

C.F. Hellmann fec. Dresde.

222



GUERNERI ROLFNCII,
PHIL. AC MED. DOCTO-
RIS ET PROFESSO-
RIS PUBLICI

CHIMIA IN
ARTIS FOR-
MAM REDA-
CTA,

Sex Libris com-
prehensa.



Frankofurti ad Moenum,
Ex Officina Jacobi Gothofredi Seyleri,
MDC LXXVI.



ILLVSTRISSIMI DOMINI,

DN. HENRICE SECVNDE, SENIOR,

DN. HENRICE NONE,

DN. HENRICE DECIME,

FRATRES GERMANI,

Domini à Plauen / Domini in Graitz / Crannichfeld /

Ger. u / Schleitiz & Lobenstein /

JUNIORIS LINEÆ, RUTHENI,

PATRIÆ PATRES,

DOMINI CLEMENTISSIMI.



Agna heroicæ præfapiæ vestræ Ruthenicæ est eminentia, magnus splendor, dignitas magna. Incerta sunt plerumq; rerum magnarum exordia, densoq; sub caliginis peplo frequenter à longinquâ ævi occultantur intercapedine. Origo illustrissimæ domus hujus est in aprico. Hanc qui ignorat, in vetere memoriâ peregrinatur. Nulla oblivionis velo illam potuit involvere annorum series.

Italia erat gloriæ vestrorum majorum theatrum, laudum plenum. In eâ magnis gerundis negotiis, sub Tiberio Cæsare, nunquam notabantur minores.

Non satis erat una tellus. Angustiis domesticis non contenti, laxius virtutis meritorumq; spatium quærebant, cupidi sua trophæa exterorum inscribere columnis, imitati consilia veterum, qui nihil se memoratu dignum gesturos arbitrabantur, nisi vim belli aliò transferrent. Cum Drusi Germanici exercitu in Germaniam migrarunt bellicosi Heroes, magnorum conatuum & arduorum laborum non autores modò, sed etiam participes, militiæ victoriosæ principes, armatæ manui ad eò venerabiles, ut nihil cum illis, & pro illis facturæ cupidissimè viderentur, arduis expeditionibus in Tartariam & Rusiam, unde & Rutheni dicti, celebres, Romanæ gloriæ vindices, hostilis ferociæ terrores, utriusq; admiratio. Militaris disciplinæ observantissimi, non absolvebant militiam à legibus, à disciplinâ, ab ordine, sed intrâ recti terminos acriter retinebant, Principesque Voigtsbergæ & Plaviæ audiebant.

Eorum res gestæ non admirationem modò & facundiam, sed & humanam exsuperant fidem. Majora fuerunt, quàm famâ feruntur, futura utique clariora, si parem rebus essent nacta scriptorem. Nitent adhuc sub Romanæ aquilæ tutelâ, in summo rerum fastigio ceræ veteres: splendent omni magno fortunæ paratu circumdati fasces, ob datam fidem indefessam, animiq; heroici promptam & expeditam alacritatem, Eois, Hesperiiisq; plagis noti.

Vos

Vos natalium excelsam originem virtute æquatis: quam majores glori-
am comparavêre armis, vos pacis amore conservatis. Naturæ dona & bona il-
lustratis studio immortalitatis, eamq; ex rerum rectè gerendarum curâ exspe-
ctatis. Per Vos templorum sacri nitent cultus: magno in precio sunt eorum
ministri: per Vos justitia floret, manibus ejus concreta bilanx omnia ex-
actissimo perpendit æquilibrio: per Vos gymnasiorum & scholarum præsides
& alumni honestis ad virtutum fastigia pelliciuntur stipendiis: Vestrâ curâ re-
gimini admotâ cuivis datur altum & pingue in literarum studiis locare ocium.
Quin etiam saluti subditorum ut consulatur, medicinam benignè habetis, of-
ficinas pharmaceuticas publicas ab omni apparatu trium regnorum instru-
ctissimas conservatis, chimiam divinum cœlitus concessum mortalibus do-
num, ejusq; cultores multis prosequimini honoribus. Imò ea vestra domus
est felicitas, quod prius defatigentur subditi laudando & admirando animi Ve-
stri magnitudinem, clementiam, & benignitatem vestram, quam Vos faciendo
gloriâ quæ digna sunt sempiternâ. Cùm non desint facundiores, qui hanc cir-
cumfusam orbi vestro serenitatem seris pandant nepotibus, ego sacra hæc si-
lento peragam, & sincero animi affectu tacitas laudes admirari malo, quàm
divinum cœlestium virtutum consensum impari prædicatione devenustare.
Magna in scenam produco vestra in me merita. Vos consilia mea medica
gratosè audivistis, me lateri vestro adsidere voluistis, muneribus mactatum
dimisistis, aliis meam tenuitatem commendastis, imò verbis ornastis, nun-
quam non aulis vestris & affinium Comitum & Baronum à triginta annis no-
tum gratiosè habuistis. Majora medicus sibi promittere non potest bene-
ficiâ. Horum memoria meo nunquam senescet in animo.

Ut vero aliquod devotissimæ observantiæ publicum existet indicium &
specimen, inscribo, do, dico, dedico nomini vestro augustissimo, & ceu voti-
vam tabulam hunc appendo libellum. Ut ferri ligula à magnete tacta in am-
plexum ejus ruit, ita liber hic cum autore, gratiosi vestri aspectus numine ta-
ctus, ad vos properare gestit. Permittite, ut à benigno judicio Vestro grati-
am, famamque impetret & vitam. De judicio omnium seculorum securus
erit, si probatus fuerit vestro,

Supremus beatæ perennitatis arbiter, Deus, Vos ad annos servet Nesto-
reos, & sospitet, vobisq; concedere dignetur vitam prolixam, imperium secu-
rum, domum tutam, senatum fidelem, populum probum, & quæcunq; homi-
nis sunt vota, & principis.

Dabam in Athenæo Salano. AN. M DC LXI. IX. CAL. OCTOBR.

Illustrissimarum Dominationum.
subjectissimus

Guernerus Rolfincius, Phil. & Med. Doct.
Pract. & Chimix Professor publ.

LECTORI

P R A E F A T I O

Ἐπι ἀναστάσεως τῶν νεκρῶν *de resurrectione mortuorum*: πάντι δόγματι καὶ λόγῳ τῆς ἐν τούτοις ἀληθείας ἐχομένῳ ἄρα φύεται τὸ ψεύδος. ἄρα φύεται δὲ καὶ ἐξ ὑποκειμένης τινὸς ἀρχῆς καὶ φύσιν ὁρμώμενον τὴν κατ' αὐτὸ, ὅπερ ἔστιν ἕκαστον αἰτίας, ἀλλ' ὑπὸ τῶν πλὴν ἐκθεσμον σποράν ὅτι διαφθορᾷ τῆς ἀληθείας τετιμμηκότων σπυδαζόμενον. *Omniibus dogmatibus, & rationibus, quæ ab harum rerum veritate pendent, & fulciuntur, aliquid falsi adnascitur & coherescit. Adnascitur autem, non ex origine & naturali rerum ductu, aut ex causis substantiæ, sed ex studio eorum, qui adulterinam sementem ad corrumpendam veritatem in pretio & veneratione habent.*

Multa sunt in arte hâc opinionum, quibus οἱ πρεσβύτεροι καὶ οἱ ὁμίχρονοι inter se certant, divortia. πολλοῖς ἔδεν τῶν ἀληθῶν ἀσυκοφάντητον, *multi nullam veritatem sine obrectatione dimittere adsueti sunt.* Hos dulce venenum vetustatis, quæ inter inimicos veritatis nomen sæpe profitetur suum, à præclarâ cognitione avertit. Illi musteam amant innovationem.

Dirimendis omnibus litibus impares fuimus. Non semper natura sine velo nobiscum loquuta: potiùs latere voluit multa, ut major esset eorum ex occulto auctoritas & admiratio. Sæpe clausam sensimus januam. Scriptus est liber magis τῶν μαθηματικοῖς, quàm τῶν ἀκουσματικοῖς. Plurima habet ἐξωτερικὰ, ob quæ non opus est Ἀρχοπαγὸν conscendere, aut transalpinare longè, pauca ἀκροαματικά, pauciora, quæ adepti somniant miracula. Ut à perfectâ scientiâ sumus procul, ita rem acu tetigisse desperamus. Palpando iter hoc carpimus.

Eâ de causâ multorum annorum intercapedine **SUPPRESSUS** liber. Zeuxin, *autore Plutarcho in Pericle*, Agathoclo, de pingendi animalia celeritate jaçtanti, cum ipse diutiùs immoraretur operi, respondisse fertur: sua se multo tempore elaborare. Diu pingebat, quia æternitati pingebat. Facilitas & celeritas in efficiendo neque diuturnitatem, neque perfectam pulchritudinem adfert: at tempus unà cum labore in opus immensum vim suam ostendit, quod id diu permanet. Cito nata pereunt citò: diu elaborata ferunt ætatem. Victura ergo ingenii monumenta diu premenda erant, severâ potestate comprehensa, non pronò impetu manu mittenda.

Prodit

AD LECTOREM.

Prodit autem nunc, doctorum virorum examen subire festinans, hoc commodi ex candido æquè æstimantium iudicio expectans, quod placiturus sit magis, quàm si privatim proprio domestico solum probetur iudicio.

Neque palinodiam canere ipsi indecorum erit, modò gravissimi viri, quique omnem in his studiis exegere ætatem, id fieri debere censuerint.

Apelli, *autore Plinio natural. histor. lib. 35. cap. 10.* perpetua fuit consuetudo, nunquàm tam occupatam diem agendi, ut non lineam novam ducendo exerceret artem. Idem perfecta opera proponebat in pergula transeuntibus, atque post ipsam tabulam latens, vitia quæ notarentur, auscultabat, vulgum diligentio-rem iudicem, quàm se præferens.

Tantæ autoritatis erit censura, ut cancellos expectaturæ sint singulæ lineæ non adprobatæ.

Multa adhuc in arcanis adservantur forulis, *πατροπαράδοτα καὶ αὐτοπροπόνητα, majorum & nostris experimentis nobilitata. τὰ δὲ ἱερὰ ἔόντα κρήμωτα, inquit Hippocrates, ἱεροῖσιν ἀνθρώποισι δείκνυται βεβήλοισι δὲ ἔθξις. Res quæ sacrae sunt, sacris hominibus ostenduntur: profanis autem non fas est. Et Trallianus lib. 10. cap. ultimo ad calcem de periaptis agens: Παρακαλῶ, inquit, ὑμᾶς, μὴ πρὸς τὸς τυχόντας ἐμφάνειν τὰ βιαῦτα πρὸς δὲ τὸς φιλαρέτους; καὶ τὰ τοιαῦτα διωαμένους φυλάττειν. Admoneo vos, ne quibuslibet huiusmodi ostendatis, sed virtutis studiosis solum, & qui ea possunt in arcanis conservare, hæc communicate.*

Videbunt & ea lucem, cum promissus de triplicis, mineralium, animalium & vegetabilium regni, ejusque incolarum genuinâ naturâ & indole libellus publicæ exponetur luci.

Interim manus admovebitur ἐγχειρήσειν ipsis, in novo laboratorio suburbano & domestico, pennæ & linguæ subjicietur oculus, & ostendetur verum esse illud Candaulis apud *Herodotum, Clio, primo inscripto libro, cap. 8. τὰ ὤτα τυγχάνει ἀνθρώποισιν ἔόντα ἀπιστότερα τῶν ὀφθαλμῶν, aures minus fidei merentur, quàm oculi.*

Dab. in Athenæo Salano. ANNO MDC LXI.

IX. CAL. OCTOB.

Nomina

NOMINA Dnn. RESPONDENTIUM.

1.
Johannes Röserus, Cassellano-Hassus.
2.
Johannes Georgius Sommer / Mellenbachio-
3. (Schvartzburgicus.
Godofredus Samuel Polifius, Francofurto-Marchi-
4. (cus.
Johannes Jacobi, Brunoviensis.
5.
Johannes Georgius Trott / Schleusing-Hennebergi-
6. (cus.
Balthasar Löschebrand / Heilbronnensis.
7.
Joannes Christianus Friderici, Wratislavia-Silesius.
8.
Caspar Gigas, Gloga-Silesius.
9.
Johannes Georgius Breunig / Budissa-Lufatus.
10.
Joannes Volschönius, Wustrovio-Brunsvicensis.
11.
Augustinus Henricus Faschius, Arnsteto-Thuringu.
12.
Christophorus Relovius, Hamburgensis.
13.
Johannes Nicolaus Großhain / Arnstadiensis.
14.
Georgius Adamus Dummer / Ratisbonensis.

GUER-



GUERNERI ROLFIN-
CII, CHIMIÆ IN AR-
TIS FORMAM REDA-

CTÆ,

LIBER I.

Prolegomena tradit, & agit de consti-
tutione chimix in genere.

CAPUT I.

*Chimix nobilitas defenditur à telis
ad-versariorum.*



Chimix dignitas & nobilitas maxima eluce-
scunt 1. ex veritate fundatâ in ratione & expe-
rientiâ. 2. ex ejus bonitate, ortâ à fine optimo,
qui est ægros sublevare, ubi nullæ divitiæ, nulla
potest humana dignitas subvenire, & sanitas,
præ omnibus bonis expetenda. 3. ex objecto
principali, quod est homo, omnium animalium præstantissimum.
4. à cultorum eminentiâ. Ab Imperatoribus excolitur & Regi-
bus. Principum aulis in deliciis, omnem ferè gubernat medelam.
5. à commodis. Cæteræ res neque temporum sunt, nec ætatum
omnium, nec locorum. At chimica studia juventutem alunt,
senectutem oblectant, secundas res ornant, adversis refugium
ac solatium præbent. Chimia beneficii semper dandi cupida,
apud omnes beneficia reperit. In eâ excellere, est inter præstan-

*Nobilitas
Chimix eluce-
scit. 1.*

2.

3.

4.

5.

A

tes

2. *Liber I. Cap. I. Argumentum contra Chimiā. I. II.*
res eminere, eam excolere, est summo homines cumulare bene-
ficio.

ofores chimia.

Habet chimia suos, eam qui parvi aestimant momenti,
ofores.

I.
Contemptum
parit.

I. **CONTEMPTUM** parit, *inquiunt*. Ille, qui in admiratione
omnium poterat versari medicus, πολλῶν ἀντάξι' ἄλλων, chi-
miæ accessione numeratur in contemptissimis. Mendacem &
futilem hominem nominare qui volunt calendariographum di-
cunt, at qui sceleratum simul ac impostorem, chemicum. Chi-
micos imperatorum prætorumque damnarunt, eorum libros,
Diocletiani Vulcano consecrarunt decreta. Si chemicus fueris,
continuò etiam magus audies. Est enim scelus hoc crimini illi
adfine. Et quia utrumque exercuit aut præ se tulit præterito
seculo Paracelsus titulo chimie, cultor hujus simul audiet, Para-
celsista, & communium deliriorum reus.

Crede ratem ventis, corpus ne crede chimistis:

Est quavis chimicâ tutior aura fide.

Re.

Re. Hoc κακαλόγιον quadrat in deceptores, non veros hujus ar-
tis cultores. Deceptores sunt auriperdæ illi, qui aurificinam so-
mniant, artis imperiti, qui arcana crepant, nullorum compotes.
Magiæ vox si generaliter sumatur, nulli est opprobrio.

2.
paupertatem
minatur.

II. Opum deprædatrix, paupertatem minatur suis cultori-
bus. Chemicus ut naturæ, cui destruendæ unicè incumbit, hostis
est, ita & opum tabes & funus ultimum, quicquid habet patri-
monii, in favillam vertit. Malè ipsum habet natum aurum argen-
tumque, & ad perniciem eorum se studiosissimè accingit. Dum
transmutando hydrargyro inhiat, seipsum transfigurat in mendi-
cum. Penotus admirator hujus artis summus, anno ætatis XCIX.
ut in extremo senio, ita etiam extremâ paupertate & miseriâ, in
nosocomio Yverduni, in ditione Bernensi, circa finem Augusti
diem obiit. Et cum Fabricius Hildanus ipsum inviseret, roga-
retque, ut si quid arcani haberet publici boni causâ communica-
ret, nihil, præter animam observavit. Ex relatione ejusdem Fa-
bricii habetur, dixisse aliquando Penotum, se, si alicui malè vel-
let, quem apertâ vi aggredi non auderet, saltem autorem ipsi futu-
rum, ut chimico studio totum se traderet. *Consulatur Sennertus:*
de consensu & dissensu cap. 2. Re. Ser-

Illustratur
exemplo Penot-
ti.

℞. Sermo est hîc de illis, quibus auri conficiendi cura cordi est potissimum. Prudentes chimiatri alium habent scopum. Sumtuosa est non nisi illis, qui aliàs soliti sunt opes profunderè, aut qui perniciosâ ditescendi cupiditate, ad Cræsi opes festinant. Non inchoandum est chemicum studium à transmutatoriâ parte. Non destruit naturam chemicus ex odio divinorum operum, sed sanctum habet propositum, exemplissimo mundi campo cum reverentiâ petere operi suo materiam, in quâ investigat arcana majestatis divinæ, & non foris tantum, sed & intus naturæ arcana cognoscat. Singularis rei integritas destruitur isto opere, non τὸ καθόλου καὶ εἶδος.

³
Metallica venenata.

III. Ars chimica metallicis utitur medicamentis. Hæc autem sunt venenata. Plures Marte medico quam bellico interficiuntur.

℞. I. Non solis metallicis utimur.

℞. Non solis metallicis utitur, sed etiam ex animalium & vegetabilium regno plurima adsciscit alia, eaque artificiosâ ἐγχειρήσει nobiliora reddit in effectibus. 2. Non omnia metallica, quibus chimia utitur, noxia sunt.

2. Nec omnia metallica noxia.

Quæ autem veneni nomine suspecta eorum centra penetrat, rimatur, materiæ crassitie vel accidentium pondere præpeditas naturæ vires ac potentias solvit, & ad destinatam à naturâ actionem deducit. Sæpè etiam duo venena committit, ut in duello se interimant illorumq; ex sanguine salutaris enascatur medicina. MARTIALIA medicamenta ritè præparata, sacra sunt ægrorum anchora. VEGE- TABILIA non absolvunt omne punctum, sociabilis mineralium harmonia accedat, sæpè necesse est. Vitio vertitur belli

Non sola vegetabilia sufficiunt ad morborum curationes.

duci, qui ad validissimam hostis invasionem levis armaturæ militem opponit. Truculentis hostibus valetudinis nostræ morbis, occurrendum non pygmæis, sed gigantæis remediis. Diræ illæ non amant placari levi victimâ. Ausim dicere, inquit Matthiolus lib. 4. epist. medic. ultimâ, neminem medicum absolutum esse posse, imò nec mediocrem quidem, qui in hâc nobilissimâ destillandi scientiâ non sit exercitatus. Id cum alibi, tum imprimis in chronicis morbis est animadvertere, ubi tota massa sanguinea in universo venarum ambitu est corrupta, & multorum morborum seminariis referta. Hi morbi citra metallica de-

Matthioli sententia hoc confirmat.

4 *Liber I. Cap. I. Quartum Argumentum.*

vinci haud possunt. Hæc enim solâ vi ignis ita attenuantur, eamque penetrandi acquirunt vim, ut habitum totius corporis permeent, cum interea plantæ eousque ignis vim non sustineant. At qui ejusmodi morbos citra scientiam chemicam & res metallicas aggrediuntur, plerunque re infecta cum suo & artis dedecore desistunt ab opere. **VEGETABILIA** ipsa tam purgantia quàm alterantia non sunt omnis noxæ expertia, ut pluribus demonstravit *Petrus Amelungius tractatu nobili primo, in quo alchimia seu chimica artis inventio, progressio, obscuratio & instauratio, tum dignitas, necessitas & utilitas demonstratur lib. 4. §. & 6.* & tamen propterea non rejiciuntur.

Vegetabilia non carent noxia.

4
Perfecta fuit medicina antiquus. Id confirmatur 1. autoritate Hippocratis. 2. aliorum.

3. ex ipsis monumentis.

β. *Hippocrates imperfectionem agnoscit.*

Et plura

IV. Hippocratis tempore medicina fuit perfecta. Δοκέει δέ μοι, inquit ipse lib. de veteri medicina, ἡ ἰατρικὴ ἀνευρεῖσθαι ὅλη, ἔσηκε γὰρ ἡ ἰατρικὴ πᾶσα. Videtur mihi medicina inventa tota, consistit enim tota. Et lib. de locis in homine. Ἰατρικὴ δὲ μοι δοκέει ἤδη ἀνευρεῖσθαι ὅλη, ἣ τις διδάσκει ἕκαστα, καὶ τὰ ἐθεα, καὶ τὰς καιροῦς. *Ars medica sanè mihi tota inventa esse videtur, quæ singulas & consuetudines & temporum occasiones docet.* 2. Accedit aliorum, qui perfectam Hippocrati medicinæ cognitionem attribuerunt, autoritas. Ita *Pætus in epistola ad Artaxerxem: τὴν σύμπασαν τέχνην αὐτὸς ἑαυτὸν ἐδίδαξεν, θεῖα φύσις κεχρημένος. Οὗτος σωτὴρ, ἢ ἀπλῶς ἡγεμὼν τῆς θεοπροποῦς ἐπιστήμης. Totam artem ille edidicit, divina usus naturâ. Hic servator & absolutissimus omnis medicationis dux.* 3. Selecta Hippocratis monumenta partim προτεχνικὰ, partim ἰξωτερικὰ, partim ἀκροαματικὰ nulli non perfectionē hanc persvadent. *Erotianus τῶν παρ' Ἰπποκράτῃ λέξεων συναγωγῆς, in proæmio, dividit in σημειωτικὰ συντάγματα, φυσικὰ καὶ αἰτιολογικὰ θεραπευτικὰ, ἐπίμικτα, καὶ τὰ εἰς τὸν περὶ τέχνης τεινόντα λόγον. Libri signorū, physica & causas explicantia, curationem respicientia, mista, & quædam alia ad artem spectantia volumina sunt clara.*

β. Imperfectionem agnoscit ipse Hippocrates in epistola ad Democritum, quæ illi adscribitur: Ἐγὼ μὲν ἰατρικῆς εἰς τέλος ἐκ ἀφίγμαι, καὶ πὲρ ἤδη γηρασέος καθεσῶς, ἔδε γὰρ ὁ τῆς ὀ ευρετῆς Ἀσκληπίος. *Ego quidem ad finem & perfectionem non perveni, quantumvis senex, neq; ejus etiam inventor Asclepius.*

Et libro περὶ ἀρχαῖς ἰατρικῆς, postquam dixerat, plurima in arte

Quintum contra Chimiã Argumentum.

arte reperta, *subjungit*, plurima alia inveniri posse. Ἡλεκτὴ δὲ πάν- ^{inveniri posse}
τα πάλαι ὑπάρχει, καὶ ἀρχὴ καὶ ὁδὸς εὐρημένη, καθ' ἣν καὶ τὰ εὐρημένα ^{confitetur.}
πολλὰ καὶ καλῶς ἔχοντα εὐρηται, ἐν πολλῷ χρόνῳ. καὶ τὰ λοιπὰ εὐρε-
θήσεται, ἢν τις ἰκανὸς τῶν, καὶ τὰ εὐρημένα εἰδῆς, ἐκ τῶν ὁρμῶ-
μεθ' ἡμῶν ζητῆ. ὅστις δὲ ταῦτα ἀποβαλὼν καὶ ἀποδοκιμάσας πάντα, ἐτέρῃ
ὁδῷ καὶ χημῆτι ἐπιχειρεῖν ζητῆ, καὶ φήσῃ τὴν εὐρηκέναι, ἐξηπάτηται
καὶ ἐξαπατῶται. *At vero in medicina jam pridem omnia subsistunt,*
in eâq; principium & via inventa est, per quam præclara multa lon-
gò temporis spatio sunt inventa, & RELIQUA deinceps INVE-
NIENTUR, si quis probè comparatus fuerit, ut ex inventorum
cognitione ad ipsorum investigationem feratur. Qui verò his omni-
bus rejeclis ac repudiatis, aliam inventionis viam aut modũ aggre-
ditur, & aliquid se invenisse jactitat, is tum fallitur, tum alios fallit. ^{Hippocratica}
^{scribendi ratio}

Duplex veterum scribendi ratio: altera in hypomnematis, ^{hypomnematica}
quibus summa rerum capita adnotabant: altera in syntagmate,
cum omnia pleniùs traderentur. Priori viâ medicinam tradidit
Hippocrates magis, quam posteriori. Hippocratem innuit Ga-
lenus 7. meth. med. cap. 2. πάντων ἡμῖν τῶν καλῶν παρεχθαι καὶ τὰ
ἀπὲρμαλα, *omnium bonorum nobis præbuisse semina*, δὲ τὰ *subjun-*
git, δὲ καὶ τὰ Ἰπποκράτους αὐτῶν, γεωργῶν ἀγαθῶν, οἱ ἀπειρεῖσι τε ^{Galenus artem}
αὐτὰ, καὶ αὐξήσασσι, καὶ τελειώσασσι προσηκόντως. *Postulant autem,* ^{totam non tra-}
quia Hippocrates ipse reliquit, non malos agricolas, qui ea tum semi-
didit.
nent commode, tum augeant, tum perficiant. Ipse Galenus totam ^{Neque Arabes}
artem non tradidit. 2. confusè multa scripsit. 3. eo nomine ^{ultimum ad-}
etiam culpandus, quod multa cum tædio repetat. 4. festino cala- ^{dicere comple-}
mo usus pauca scripta sua relegit. *Ab Arabibus* quidem in commo- ^{mentum.}
dius artis systema redacta, sed tamen, quod medicamentorum
præparatrix chimia facem non affulgeat, omnia manca & mutila.

NOVA in structurâ & usu partium INVENTA satis clarè
veterem ostendunt imperfectionem.

V. Ars chimica principia effendi, cognoscendi & operan- ^{Erronea chi-}
di habet erronea. Aliis etiam nititur hypothesibus. Ergò ^{mica principis-}
suis possessoribus relinquenda, neque antiqua medicina eâ conta- ^{essentia, cogni-}
minanda. Antecedens probatur. Sal, ♀, ☿, sunt imaginaria in ^{tionis, operatio-}
corporum mixtione, & in morborum productione, cognitione ^{nis,}
& curatione. Acor Helmontianus ejusdem est monetæ. Quam
falla-

*Acoris eadem
ratio.
Principium o-
perandi fallax.*

14.

fallaces sint chemicorum curationes, ostendit norma, quam observant in vulgatissimo therapeutico axioma: Similia curantur similibus. Verissimum autem est, contraria curari contrariis. Hypothesis nova ipsorum est, cognitionem analogiæ majoris mundi unicam esse bene cognoscendi & curandi morbos regulam. Adeo ut summo jure chimici referri queant inter eos, qui ἐτίμη ὁδῶν καὶ χήματι, *aliã viã & methodõ*, quàm quã vetus Asclepiadæa inventa sit, medicinam docere admittuntur, de quæ his verum sit, quod Hippocrates de sui sæculi novatoribus pronuntiavit, illos ἐξαπατᾶσθαι ἢ ἐξαπατᾶν *decipi & decipere.*

15. Concedimus existentiam actualem salis, φ, Ψ, ut **PRINCIPIORUM**, quocunque modo explicetur, esse ens rationis, quod objectivè solum est in intellectu: insunt olea, salia, spiritus, sed non ut principia, verum ut effecta. Eadem ratio derivationis, cognitionis & curationis morborum mercurialium, sulphureorum, salinorum ex iisdem fontibus, ut & illorum, qui acori Helmontiano, & Archæo irato adscribuntur. Omnia hæc expediri queunt elementorum & humorum, quæ varias subeunt mutationes, & naturæ mentione. **ANALOGIAM** parum conferre vel nihil ad cognoscendum, curandumve morbos concedimus. **AXIOMATA** illa duo, quorum unum *librõ de flatibus in initiõ. Ἰὰ ἐναντία τῶν ἐναντίων ἰαμασία, contraria contrariorum remedia*, alterum *de locis in homine propositum: Διὰ τὰ ὁμοίαν ἕσος γίνεται, ἢ διὰ ἰὰ ὁμοία προσφερόμενα ἐκ νοσούντων ὑγιαίνοντι, per similia fit morbus, & per similia oblata ad sanitatem redeunt*, Hippocratica sunt, & apparenter solum pugnare videntur. Πρώτως ἢ κατ' αὐτὸ, *primò & per se*, omnis curatio fit per contraria, δευτέρως, ἢ κατὰ συμβεβηκός, *secundariò & per accidens*, per similia fieri potest. Hoc quamvis chimici quidam minùs perspicaces ipsi non capiant, nec admittant, quod ignorantia & obstinationi imputandum, verissimum tamen est, & in sequentibus explicabitur. Quamvis autem hæc ita se habeant, non tamen propter ea chimia usq; deq; habenda, aut ejus studium parvi faciendum. Operæ precium non solum rectum, sed etiam obliquum scire expedit discere & docere hæc omnia, ut ex usu quæ videntur, methodice adhiberi, quæ minùs, cum judiciõ omitti queant.

*Chimicum
studium non
est vel hoc no-
mine deserend-
um.*

CAP.

CAPUT II.

antiquitatem, originem & progressum
chimie proponit.

Quemadmodum tota medendi ratio ad Deum ceu principem
originem refertur, ita & ejus pars chimia.

Deus ut omnis
boni, ita etiam
chimie autor.

OR TA seu PARTICULARIS origo sunt HOMINES. *Inter homines
hæuæpeis prima inventio IN SACRIS, nonnullorum judicio, tri-
buitur Adamo & Tubalcaino. ADAMUM chimie peritiam ha-
buisse, eamque cum philosophia partibus suos docuisse, proba-
bile quidem reddit summa viri perfectio. Cognitionem habuit
essentia Dei plenariam ante lapsum, naturæ viscera inspexit
penitus.*

prima inven-
tio attribuitur
IN SACRIS
Adamo.

TUBALCAINUS malleator, & magister in cuncta opera æ-
ris & ferri perhibetur à Spiritu sancto, in fœdere veteri *Gen. 4.
v. 22.* Verisimile est, illum non solum metalla scrutatum, quâ
ratione ad agriculturam & alios in vitâ communi usus adhiberi
possint, verum etiam eadem coxisse, fudisse, purum ab impuro se-
parasse, ut naturæ rimaretur arcana.

Tubalcainus
chimicus ha-
bitur.

HERMETI, PROFANOS inter imprimis magna inven-
tionis laus adscribitur, sed neque Græcos neque Phænices, ne-
que Ægyptios Hermeti olim artis alicujus inventionem tribuisse,
chimiamque à primis artificibus non Hermeti, sed aliis inven-
toribus attributam, ipsammet porrò chimiam non esse rem mul-
tùm antiquam, ostendit fusè *Conringius de hermetica medicina
cap. 2. & 3.*

Profanos inter
sine funda-
mento mul-
tum tribuitur
Hermeti.

Destillatoriam artem antiquissimam, & vel ipsi Salomoni,
Hippocrati, Aristoteli notam esse centent alii, ceu *Hieronymus
Rubeus libro de destillat. sect. 1. cap. 4. & Sennertus de consensu c. 1.*
contrarium demonstrant.

Destillatoria
antiquissima
judicatur.

Multò recentior est chimie aut potius chimiatrie inven-
tio. Auto naturæ scrutatores, quod quærebant, industriâ ac in-
genio ejus æquaturi vires, frustrati invenerunt, quæ non quære-
bant, remedia. Inde nata chimiatria, quam cum in naturâ funda-
tam deprehenderent, excoluerunt, & post necessitate compulsi
magni æstimarunt.

Recens nata
est chimia.
Mater ejus oc-
casso.

Ex

§ Lib. I. Cap. II. Inventio, Propalatio, Constitutio Chimia.

Susceptrix
necessitas.

Ex utrisque singularia confecere medicamenta prioribus seculis longe disparia, in multo nobilioribus forulis disposita, majoris etiam efficaciam. Aurea hæc sunt secula, talibus etiam indigent medicamentis. Ferrea sunt secula, refractarii & duræ cervicis morbi: duris ergo cuneis sollicitandi, levioribus minus edomabiles. Sunt qui ad visum amplæ ampullæ nauseant, his parcâ manu offerenda præsidia, granulatim exoptant sanari & granatim, ἔχ' ὄλω θυλάκῳ non toto horreo vel sacco.

Antiqua medicina erat
herbaria.

Cum vetera medicamenta observarentur non facere undiquaque officium, de aliis cogitari cœptum. ἡ ἀρχαία ἰητρικὴ ἐκ βοτάνης ἦν, antiqua medicina erat herbaria. In auxilium nunc adscita metallica, quæ ut centro terræ viciniora, ita cœlestium luminarium majorum & minorum virtutes propius in unum cœcuntes potestatisque unitatis naturalis recipientes, admittunt.

IN consortium
adscita metallica.

Inventio &
propalatio medica chimia
debetur
Paracelso.

ἡ εὕρεσις, INVENTIO & PROPALATIO prima medicæ chimia, debetur Paracelso, qui veterum nonnullorum scriptis, quorum tamen nullibi facit mentionem, erutis, chimiatriam primus magno cum fastu exercuit, ita tamen, ut medicinam, quam illustrare & reformare intendit, penitus & obscurare & evertere occæperit. Pluribus id ostendunt Zvvingerus epistolâ principiorum chemicorum examini præfixa. Sennertus libro de cons. & dissensu cap. 4. & Conringius de Hermeticâ medicinâ cap. 24.

Constitutio chimia consistens 1. in ordine 2. in methodo, debetur successoribus: Severino, Crollio, Andernaco, Auzori introductionis, Libavio, Quercetano, Sennerto.

Τὴν σύτασιν καὶ ἐρμηνείαν, CONSTITUTIONEM & interpretationem molitus est Petrus Severinus, principia Paracelsica planiorem redigens in ordinem, eademque methodo seu demonstratione adserens. Pluribus tamen nebulis involutam rem ferè omnem reliquit.

PROXIMIUS ad scopum chimia medicæ collimarunt Osvaldus Crollius basil. chim. Joh. Guinterius Andernacus Professor Parisiensis in suis de veteri & novâ medicinâ tum cognoscendâ tum faciendâ commentariis. Autor libri, cui titulus: INTRODUCTIO IN VITALEM PHILOSOPHIAM: Libavius Academia Jenensis olim Professor, Philosophus celeberrimus: Josephus Quercetanus chemicorum fundamentorum adsertor strenuus. Daniel Sennertus ab ineunte ætate optimis literis deditus, ingentes opes capacis &

con-

constantis ingenii ad illustrandam Philosophiam & Medicinam Hippocraticam & Galenicam conferens, Paracelsica etiam sedulo excussit principia, & revocavit in usum medicamenta. Idem *Hartmanno, Petrejo,* factitarunt *Johannes Hartmannus & Johannes Petrejus Professores Marpurgenses* celeberrimi, hisque laboribus & scriptis omnium memoriam sibi devinxerunt honorificam. Magnis accessionibus chimiam locupletarunt *Rudolphus Glauberus & Johannes Zvvelferus*, scriptisque suis aliis facem prætulērunt. *Glaubero, Zvvelfero, & aliis.*

Vivunt etiam nunc intrâ privatos parietes plurimi artis cultores, arcanis multis ægrorum consulentes salutem, sed nihil edidere hæctenus in lucem.

Τὴν τελείωσιν PERFECTIIONEM nemo adhuc adsequutus fuit. Ut embryon in matrice informis latet à primâ conceptione, paulatim vero ad distinctionem & pulchritudinem partium procedit, ita & in chimia quod momento negatum, id tempus subsequens perficit. *Perfectionem nemo suit adsequutus.*

An Aristoteles, *judicio Scaligeri in Heroibus, penes Deos habuit, penes homines Deus*, chimie habuerit peritiam? dubitatur. *An Aristoteles fuerit chimicus?* Negat *Quercetanus excurs. in Riolanum.* Affirmat *Billichius in Thessalo redivivo, & cap. 2.* ostendit, ipsi nota fuisse principia operandi, operationum formas, artis objectum, & ipsorum operum modos, & plura alia, quæ quamvis reticuerit, ignota ipsi non fuisse tamen, à posteritate eruenda. *Distinguitur.* Habuit cognita principia quædam essendi, & objecta chimica, ut apparet ex nobili meteorologia Peripatetica coronide, nempe libro 4. *Επίχεισις.* Usus verò in medicinâ nulla apud ipsum exstant vestigia.

CAPUT III.

Cultores chimie quibus dotibus debeant esse præditi, delineat.

QUæ ad medicæ artis habitum acquirendum in medico, ab *Hippocrate libro νόμος & omni bono iudice & inventore in omniscientia vel arte, autore Galeno ἐπιστάσεως ἡλεκτῶν* in scripto, requiruntur, illa etiam ad chemicum sunt necessaria. *Ad habitum chemicum acquirendum requiruntur*

B

ἡ φύσις

I. *Natura.*

ἡ φύσις, NATURA primo occurrit loco. φύσεως γὰρ ἀντι-
πρατιούσης κενεὰ πάντα, *repugnante natura omnia sunt irrita.* Per
naturam intelligi potest inclinatio singularis, deinde excellentia
ingenii, quæ ardua capere, & de iis iudicium ferre potest.

II. *doctrina.*

*Mineralium
sibi imprimis
paret cogniti-
onem.*

ἡ διδασκαλία *doctrina* alterum est requisitum. Chimix sa-
era facere qui meditatur, non debet accedere ἀγεωμέτρητῳ,
manibus illotis, sed rerum naturalium imprimis scientiæ purpurâ
imbutus. Novisse debet naturam trium regnorum, vegetabilis,
animalis & mineralis, singulorumque virtutes & potestates. Mi-
neralium natalitia loca, & quomodo ex illis metalla, media mi-
neralia & lapides eruantur, igneque doctimafticô probatoriô ex-
plorentur, vidisse expedit. Auri mineræ ferax Ungaria: argen-
ti, plumbi, sulphuris Freiberga: antimonii sylvæ Hercynia:
nitri nulla non terra: Θ̄ culinarii Halla, Francohusa & Sulza: cu-
pri Sachsenberga, Generosæ matronæ Boxbergiæ: stanni Gots-
berga perillustrium nobilem de Planiz propè Aurbachium
Voigtlandiæ, ferax. Eo vel privatis vel publicis impensis eat cu-
riosus, mirabilia videbit, & multis nebulis discussis admirabitur
artis cum naturâ stupendum in modum ludentis opera, lumen-
que sibi in densis accendet tenebris.

III. *locus.*

Ὁ τόπος εὐφυής, *locus studiis aptus* eligi debet in celebri ali-
quâ Academiâ, magnorum ingeniorum ferace, in quâ qui vivunt,
ἀρχιτέκτονες ἀγαθοὶ ἢ πολὺ διαφέροντες τῶν ἄλλων, *magistri artis
optimi, ab aliis multum differentes esse, & non solum artis cogni-
tione excellere, verum etiam experienciâ omnimodâ instructi esse
debent.*

IV. *institutio
à puero.*

Παιδομαθεΐα quartum est requisitum. Cum enim naturæ
dona sint rara & vix sextô & decimô anno vel vigesimô emicent,
integranda sunt à puero. Vel puero, vel ex ephebis egresso o-
stendenda sunt instrumenta chimica terrea, vitrea, pyxides. Ele-
gantia eorundem verbis ornanda. Jubendus interesse quasi aliud
agens destillationi aquæ rosarum & aliis, primi subsellii operati-
onibus. Ignes Æthnæi, dum præparantur spiritus Θ̄li, salis bal-
famici, etiam ipsius oculis sunt commendandi. Cum sic adsuescit
τὰ ἄτα ὑποχρεῖν τοῖς ἀείσοις εἶναι δοκοῦσιν, *aures præbere præcepto-
ribus optimis, cætera succedunt felicius.*

Φίλο-

Cap. IV. Chimiatri Requisita.

II

Φιλοπονή etiam adsit necesse est. ὁ πόνος τῆς τιμῆς ἀληθινός. *labor honoris genitor, curator, levans.* In chimiâ excellere qui amat, cum Romanis VACUNÆ otiosorum patronæ, nullum domi suæ templum, sed trans Tiberim ædificet necesse est. Ἀκονιτὶ καὶ ἀπνευσί nemo ad Divæ hujus oscula admittitur.

V. labor indefessus.

ἡ ἀσκησις exercitatio ad laborem etiam pertinet, ut ea, quæ animo comprehensa sunt, in usum transferantur.

VI. exercitatio.

ὁ χρόνος ultimum est requisitum. Non operâ desultoriâ magna rerum impetrantur precia. *Tempore* opus est, ut mature-
scant divitis ingenii, optimis seminibus instructi fructus.

VII. tempus.

CAPUT IV.

Chimiater autoritate præditus esse debet. Hæc ut conservetur, multa adsint circumstantiæ necesse est.

AUTORITATE ut valeat, & consilia ipsius habeantur pro oraculis, auxilia pro Deorum manibus, omni opera adnitendum, εἰ μὴ γὰρ ὡσπερ θεὸν αὐτὸν ὁ κάμνων θαυμάσειεν, ἢ κ' ἂν ὁ κάμνων εὐπειθῆς γένοιτο. *verba sunt Galeni 6. epidem. com. 4. t. 9. nisi medicum ager ut Deum admiretur supra alios, nunquam illius præceptis obtemperabit.*

Autoritatem conservat.

admiratio.

Admiratio hæc parit fiduciam, quæ ægrorum animos erigit in magnam restitutionis spem.

Autoritas hæc est donum Dei, πάντων δωτῆρος ἰάων, omni-
um datoris bonorum; conservatur à bonis animi variis.

Est donum Dei,

PIUM & veri numinis cultorem esse oportet ab eodemque expectare & præparationum & meditationum suarum felicem successum.

conservatur ab animi dotibus.

Chimicus medicus debet esse pius.

INGENIOSUS esse debet in inveniando : judiciosus in discernendo.

BONI VIRI virtutes comites esse debent meditationum & operationum ejus.

Ingeniosus, Vir bonus.

APERTUS esse debet chimiater, ἡ φαρμακοκρίπτῆς, operamq; suam nulli denegans, sed omnibus prodesse studens.

Apertus candidus in nendi

nicandis me-
dicamentis.
Ita jubet Scri-
bonius.

Idem sentit
Paracelsus.

Nontamen te-
netur compo-
nendi arcana
sua modum
propalare.

nendi sunt, inquit Scribonius Largus in epistolâ ad Cajum Julium Callistum, qui medicinam spoliare tentant usu medicamentorum, non à medendo, sed à potentiâ effectuque medicamentorum ita appellatam. Probandi, qui omni modo succurrere periclitantibus student. *Et paulò post* : Qui experti sunt remedium utilitatem, denegant autem usum, magis culpandi sunt, qui crimine invidentiæ flagrant, quod malum cum omnibus animantibus invisum esse debet, tum præcipuè medicis, in quibus nisi plenus misericordiæ & humanitatis animus est, omnibus diis & hominibus invisus esse debent. Idcirco ne hostibus quidem malum medicamentum dabit, qui sacramento medicinæ est obligatus. Quia medicina non fortunâ, neque personis homines æstimat, verum æqualiter omnibus implorantibus auxilia sua succursuram se pollicetur, nullique unquam se nocituram profiteretur. *Hucusq; Largus. Paracelsus paragrano tractatu 4. titulo Der vierdte Grund der Arzney / welcher ist proprietas*, jubet Medicum imitari ovem, quæ non sibi lanam fert, sed pellioni & textori, & si liberaliter illam largiatur, laudum extollitur præconiis.

Nemo obligatus est tamen, arcana sua omnia propalare in vulgus : nec illi, qui quædam secreta sibi servat, avaritiæ, ambitionis, gloriæ captationis, invidiæve crimen justo titulo imputari debet. Multò minus Magistratus publicationis necessitatem imponere illi jure potest, Vetus est dictum : **MEDICAMENTA PROSTITUTIONE VILESCERE.** Id fieri censet *Crato epist. medic. 257.* non quod communicatio boni vires enervet, sed quod familiaritas nimia promiscuo usu contemptum pariat, quando id, quod servi studio perfici poterat, in eo herilis opera impenditur. *Alibi* : *σπώνιον τὸ εὔ*, & publicatio, quam sequitur prostitutio, si non vires medicamenti, saltem auctoritatem, & per consequens efficaciam extenuat. Ratio etiam alia subest, ob quam publicæ notitiæ medicamenta, quæ in primorum inventorum & possessorum manibus magnæ efficaciam erant, limites privatos transgressi in opere deficient, quod ab aliis privati commodi respectu, promiscuè sine judicio adhibeantur.

Hippo-

Hippocrates à S. P. Q. Abderitano, ad invisendum De-
mocratium, oblato maximo honorario, vocatus respondit:
ἔατε ἐλευθέρῃς τέχνης ἐλεύθερα καὶ τὰ ἔργα. Οἱ γὰρ μισθαρενεῦντες,
δύλευεν ἀναγκάζουσι τὰς ἐπισήμας. ὡσπερ ἕξανδρα ποδίζοντες αὐ-
τὰς, ἐκ τῆς προτέρῃς παρρησίας. *Sinite liberae artis opera esse libera.*
Qui mercede operam suam locant, in servitutem redigunt nobilissi-
mas scientias, & planè mancipio dant, priori demtâ libertate.

Hippocrates
ἰατρὸς ἀνάρ-
γυρος.

Seculum hoc alios mores postulat. Non tenetur chimi-
cus medicus esse ἀνάργυρος, & sine mercède consilia & auxilia
sua impendere.

Rara avis hæc
virtus.

Avarus tamen esse non debet, & privatum nimium atten-
tus ad lucrum, nullo æquitatis prætextu, plus exigere, quàm
conveniat. Δίκαιος πρὸς πᾶσαν ὁμιλίην, *justus in omni conversa-*
tione sit oportet & æquus, monitore Hippocrate. Memor semper
esse debet *præcepti Hippocratici*, Christiano veriùs quam Eth-
nico digni: ἠδρακελεύσομαι, inquit, δὲ μὴ λίλω ἀπανθρώπῳ ἰλω
εἰσάγειν, ἀλλ' ἀποβλέπειν, ἐς τε περὶ αἰσίνην τε καὶ εὐσείην. ὅτε δὲ προῖκα,
ἀναφέρων μνήμην εὐχαριστίας προτέρην, ἢ παρεῖσαν εὐδοκιμίην, ἣν
δὲ καρὸς εἶη χορηγίας, ξένω τε ἔοντι καὶ ἀπορέοντι, μάλιστα ἐπάρκειν
τοῖσι τοῖστέοις. ἣν γὰρ παρῆ φιλανθρωπίη, πάρεσι καὶ φιλοτεχνίη: *Hort-*
tor quin etiam, ne nimia severitate utaris, sed ad abundantiam &
substantiam ægri respicias. Quandoq; verò etiam gratis cures, vel
ob gratitudinis memoriam, vel ob præsentem existimationem. Quod
si occasio exercendæ liberalitatis, ferendæve opis se obtulerit vel
peregrino vel egeno, hisce talibus maximè opituleris. Si enim affue-
rit erga homines amor, aderit etiam amor erga artem.

Avaritia à
medico exulet.

Egregia Hip-
pocratis sen-
tentia.

Paracelsus citato loco, agni non lupi rapacis mores commen-
dat in medico, sanè satis populariter, sed eleganter.

Agnum repræ-
sentare debet,
non lupum.

FORTUNAM nisi habeat chimiater respicientem, καὶ χεῖρα
πρακτικὴν eine glückselige Hand faventem, virtutes has enarratas
nihil profuturas, opinio est non vulgi solùm, sed etiam doctio-
rum plurimorum.

Fortunam in
chimiastro re-
quirunt non-
nulli.

Clarus locus est Hippocratis libro de locis in homine, quo quã-
vis omnem fortunam à medici actionibus excludere videatur,
paulò post tamen in illis fortunam locum habere concedit. βέβαι-
α γὰρ, inquit, ἰητρικὴ πᾶσα, καὶ φαίνεται τῶν σοφισμάτων ἰακάλ-
λισα

1. Hippocratis
auctoritate
freti.

Hic enim
quamvis

fortuna favore non videatur.

λιστα ἐν αὐτῇ συγκείμενα ἐλάχιστα τύχη δέϊσθαι. *Firma est ars tota medica, ejusq; præceptiones ex quibus constant, pulcherrima, minimum indigere videntur fortuna.* Paulò post aliter sentire, & illos, qui aliquid probè noverunt, fortunâ uti concedit. Οἷσι δὲ τὴν τύχην ἐξ ἰητρικῆς, ἢ ἐξ ἄλλου τινὸς ἐξελάσει, Φάμλυσθ' οὐ τοὺς καλῶς πεπρωγµα ἐπισαμένους χρῆσθαι τύχη. Ἰὸ ὑπενάντιον δοκέει μοι γνώσκειν. *At verò quisquis fortunam ex arte medicâ aut quovis alio negotio penitus ejicit, negatq; eos, qui probè aliquid noverunt, fortunâ uti, is mihi contra quam debet sentire videtur.*

Cornelius Celsus libro 3. de medicinâ cap. 1. in nullo, inquit, quidem morbo fortuna minus sibi vindicare, quàm ars potest, utpote cum repugnante fortunâ nihil medicina proficiat.

Confirmat experientia in infastis curationibus & medicamentorum chimicorum præparationibus.

Testatur experientia, multos medicos esse infortunatos, infaustis auspiciis ægros aggredi, & sæpè quo doctiores, eò infeliciores esse.

In operationibus chimicis multi adeò sunt infelices, ut vix vitrum aliquod tangant, quod non frangunt. Aliis pauca prospere succedunt in destillationibus, & medicamentorum præparationibus, imò ipsis adplicationibus. Antimoniata movent ὑπερκαθάρσεις, quæ sudorem movere debebant, alvum molestis inquietant dejectionibus, ut adeò fortuna & casus non infimum locum habere videatur in artis hujus operibus, non minus ac in naturæ, in quibus, *autore Philosopho 2. Physic. cap. 5. locum habent, ὡς περ αἰτίαι καὶ συμβεβηκὸς καὶ ἡ τύχη, καὶ τὸ αὐτόμαλον, ἐν τοῖς ἐνδεχομένοις γίνεσθαι, μὴ ὡς ἀπλῶς, μηδ' ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ. καὶ τῶν ὅσα ἀνγένοιτο ἐν τοῖς ἐνεκάτι. Cuius causæ per accidens & fortuna & casus, in iis, quæ possunt fieri non simpliciter, neq; frequenter, & horum quæcumq; utiq; fient in iis, quæ propter aliquid.*

Contraria sententia est Hippocratis libro de locis. Sic fortunam in operibus medici non agnoscit. Fortuna imperfectionis nomen. Distinctio-

Ab artis hujus nobilis confinio fortunam planè arcendam, svadere videtur ratio *Hippocratica* libro *de locis in homine* proposita, hujus sensus: Quod si à fortunâ penderent operationes medicamentorum, utique & alia, non medicamenta, solâ auxiliante fortunâ effectum illum præstarent. Fortuna imperfectionis est nomen, meritò ab arte arcendum.

Distinctione hîc opus. Fortuna sumitur vel pro cæco quodam numine ac influxu, imò Deâ quâdam, quæ

Passi-

Respondetur Distinguendo.

*Passibus ambiguus hinc inde volubilis errat
& manet in nullò certa tenaxque locò.*

15
*ne lis dirimi-
tur.*

Vel sumitur pro fortuitò eventu eorum, quæ per accidens eveniunt & ex temerariò quodam ausu. *Audentes*, inquit imperfecti operis Poëtici autor, *fortuna juvat, timidusq; repellit*. Vel sumitur pro benedictione divinâ, quæ *autore epistolæ prioris ad Corinthios scriptæ, cap. 12 teste*, unicuique dat manifestationem spiritûs ad utilitatem. Alii datur sermo sapientiæ, alteri scientia, alteri fides, alteri gratia sanandi, alii interpretatio linguarum. Hæc prudentiam largitur medico, fiduciam, & spem restitutionis in animò excitat ægri: spes parit lætitiâ: lætitiâ medicamentorum operationes feliciter promovet. Hæc opus habet chemicus medicus doctus & peritus. Alteram fortunam cognitio morborum, inventioque & applicatio remediorum, artis opera non agnoscunt sociam. *μηδὲν εἰκῆ, μηδὲν ἑπερορᾶν*, inquit Hippocrates *G. epid. sect. 1. 18. nihil temerè nihil inconsideratè.*

Hippocrates felicem exitum ulûs medicamentorum dextrè applicatorum cum fortunâ junctum intelligit, non fortunam successus felicitis magistrâ.

*Responsio ad
locum Hippo-
cratis &
Celsi authorita-
tem.*

In textu Celsi utrobique legendum natura, neutrolibi fortuna.

Experientia ostendit, nonnullos minus providos imprudentiæ pœnas luere magis, quam malæ fortunæ. Doctissimi & scientissimi medici infelices observantur interdum, quod in speculationibus, quæ ad usum artis parùm faciunt, consenuerint magis, quàm artis operibus.

*Experientia li-
mitatur.*

MAGNATES chemiæ dediti artem magnis cumulant honoribus, se autem ipsos voluptatibus infinitis.

*Magnates chi-
miâ delectari
arti cedit in
honorem.*

MEDICO chemiæ studium imprimis convenit. PHARMACOPOEI etiam sedulò in eo esse debent, ut medicamenta non solum vulgaria, sed & chemica suâ manu præparent, nec ab aliis, quorum fides non satis perspecta, improvidè coemant, aut famulis suis omnem ἐγχείρησιν concedant.

*Medico in-
cumbit chemia
cultura.*

ECCLESIASTICÆ personæ, in officio publico constitutæ, in quo satis habet quod agat circa animarum salutem, *Φαρμακοποιεῖν καὶ Φαρμακοπολείειν*, chemica medicamenta præparare & *ἢ Φαρμακοπολείειν* vendere non licet.

*Procul sit ab
Ecclesiasticâ
personâ
FOE-πολείειν.*

ut etiam à fo-
minis.

FOEMINAE segregantur à chemicis arcanis, quæ tamen eadem non rarò crepant, destillant aquas, extrahunt succos, & vulgi errore, quod illæ proferunt, id eximium est, id bonum, id effi-
cax, id magnopere excellens. Medicus cum suâ pyxide posteriora occupat nonnunquam subsellia.

CAPUT V.

hæreses seu sectas chemicorum describit.

Nomen hære-
seos.



OMEN ἀίρεσεως usurpatur à Galeno libro de sectis. Deri-
vatur ἀπὸ τῆ ἀίρεσμαι, eligo. Αἵρεσις, βέλησις. Hesychius:
SECTA communiter Latinis. Notat certam professionis
formulam & rationem, quibusdam hominibus appro-
batam & electam.

locum habet
in foro chimi-
co.
Paracelsica.

Chimia etiã medica hæreses agnoscit, inque eã explicandã,
non omnes eandem insistent viam.

Severinus.

PARACELSICA secta antiquissima est, innititur tribus voca-
tis principiis, sali, sulphuri & Mercurio, tartarumque tanti facit, ut
nullibi non in humano corpore eundem ex alimentis conceptum
sanguinem & vasa replere, inque visceribus variam & densam re-
rum præternaturalium segetem præbere doceat.

Scheuneman-
nus.

PETRUS SEVERINUS in ideã medicina, nil nisi astra, trans-
plantationes, radices, semina, salia, sulphura, & Mercurios
crepat.

Henningus Scheunemannus Paracelsicis insistentis vestigiis li-
bro, medicina reformata, inscripto, principia illustrat multis sub-
divisionibus, & ad morborum origines applicat. MERCURIUM,
liquorem aëreum, vel potius aqueum, duo habentem in se cor-
pora, unum utile, quod est spiritus, alterum inutile, quod est
phlegma, constituit quadruplicem: PNEUMOSUM, CREMO-
SUM, SUBLIMATUM, PRAECIPITATUM. Alterum principium
compositionis humani corporis SULPHUR triplex constituit,
CONGELATUM, INCENSUM, RESOLUTUM. Tertium per to-
tam corporis lithurgiam dispositum principium, Θ, ut viscosã
sulphuris dulcedine, mercuriique nectareã irrigatione contem-
peratum proportionales confœderationis servat leges, constituit
RESOLUTUM & REVERBERATUM. Hel-

HELMONTIUS ab his divortium faciens, a corem seu acidum laticem, domesticum ventriculi hospitem, limites ejus transgressum, hinc & inde per latos viridarii microcosmi campos exspatiantem, in quolibet affectu ferè damnavit capite, ceu causam unicam malorum omnium. Helmontianum

DOGMATI CO-SPAGIRICA secta censoriò oculò omnia circumspicit, quod è re sua & ægrotis in salutem cedit, amplectitur & in suos usus convertit, multis incrementis illustris. Respicit non solum elementa & humorum qualitates primas, sed etiam secundas, καὶ τὰς δυνάμεις, eorundemque salinas, mercuriales & sulphureas atomos, susque deque habens, an actu in- Dogmatico-
Spagirica secta.
sint, an potentia. Interim nemo aures præbeat vacivas *Quercetano*, qui consiliò de arthritide & calculò persuadere medico orbi conatur, lectam dogmaticam non esse distinctam ab Hermetica. De eo pluribus agit *Billichius Thessalò in chemicis redivivò cap. 16.* Distincta sunt
secta dogmati-
ca & hermetica.

CAPUT VI.

*Quanto temporis intervallo chimia doceri
potest ac disci?*



Angelus Sala auctarii & superpondii loco, aphorismis chiatricis apposuit: studiosum medicinæ intra menses sex tantum in chimica arte proficere posse, quantum sufficiat medico elegantiori. De tempore iudicium Sala.

Anth. Ganth. Billichius coronide observ. & paradoxis adnexâ, totidem septimanis cursum chemicum absolvi posse statuit, methodo hac: ut prima septimana structuræ fornacum & organorum apparatus detur: altera anatomix vegetabilium & animalium impendatur: tertiâ tractentur salia: quartâ lapides excutiantur: quintâ deniq; & sextâ metallorum theoria cognoscatur. Billichii.

Non pugnant duo hi apices, ille de accuratiori, hic de minus accurata si intelligantur. Optimè tamen rebus ille consulit suis, qui lenrò pede festinat, & cum patientia & tolerantia rationis & experientix maturos expectat fructus. Conciliatio.

CAPVT VII.

Quo ordine doceri debet chimia?

Ordo & metho-
dus hic lo-
sum habet.



N chimia docenda occurrunt res tractanda, & modus tractandi in ordine consistens & methodo. Ὁ τρόπος τῆς ἐπισήμης ἢ τῆς τάξεως, *modus sciendi per ordinem doctrinae* observatur, cum à generalibus proceditur ad specialia, separantur ad finem parùm facientia, & adducuntur, quæ ad faciliorem laborum & operum faciunt cognitionem. Ὁ τρόπος τῆς ἐπισήμης τῆς μεθόδου, *methodicus sciendi modus* adsciscitur, debet enim chimiatè δεικνύειν τὰ φαινόμενα, καὶ τὸ διότι, καὶ τὰς αἰτίας, καὶ τὸ ἕνεκα, *demonstrare, quæ apparent dubia solvere, & accidentium causas efficientem & finalem explicare.*

resolutiva.

Convenit autem commodè chimiatriæ docendæ διδασκαλίῃ τάξεως ἐχομένη, ἢ μὲν ἀνεπτυκτὴ ἢ ἐκ τῆς τοῦ τέλους ἐννοίας κατ' ἀνάλυσιν γινομένη, *ordo doctrinae resolutivus, à finis notiones, qui incipit, & ad media, quibus finis impetratur, tendit.*

Observatur
ordo analyti-
cus in γινώσκ-
νε, καὶ θεωρη-
τικῶν.

Observatur hic in præsentè opusculo, in quo post proœmiū & definitionem, quæ rei propositæ essentialis partes non sunt, agitur de fine: paulò post de objecto & hypothésibus tribus, quæ objecti principia & meliorem finis illustrationem & acquisitionem concernunt, & propterea methodi analyticæ leges non violant. Sequuntur media ad finem ducentia. Agmen claudunt effectus & opera chimica, quibus finis proximè impetratur.

Observabitur
etiam in altero
nostro opere.

Idem ordo observabitur in altero nostrò opere chemicò. Post prolegomena, quæ dignitati ampliandæ, & nobilitati à telis adversariorum vindicandæ debentur, constitutio artis chemicæ per definitionem, generis, objecti, finis determinationem proponetur. Sequetur explanatio principiorum & mediorum. Post opera chimica aliò & à priori diversò ordine proponentur, secundùm classes corporum mixtorum, initiò factò à vegetabilibus, progressu ad animalia & mineralia. Ut autem omnia hæc dilucidiora sint, cuiusque objecti naturæ per definitionem, & affectiones enodatio præmittetur. Securi sumus de censura aliorum, ordini analytico vim inde illatum iri. Ut subjecti præcognitio, ita & objecti, finis intuitu ab origine analytico non planè rejiciuntur.

CA.

CAPUT VIII.

definitionem chimiae proponit
nominalem.



OMEN chimiae ab aliis censetur Graecanicum, ab aliis Arabicum.

Zosimus Panopolita Aegyptius referente Scaligero Graeci scribunt notis ad Graeca Eusebiana p. 258. scribit per η. χημία. per η.

Graecia vetus vocabulum hoc ignorat. Apud Lexicographorum neminem invenitur.

Suidas recentior, Arabibus multo posterior, per η scribit, η τῆ ἀργύρεα καὶ χρυσῶν κατασκευή.

Emilius Portus in notis ad Suidam, utitur voce χημεία. Emilius Portus. Fortasse melius, inquit, χουμεία vel χουμία, quod à χύω, hoc à χέω. vel à κέχεωμαι, sublato ε, κέχυμαι, unde χυμίζειν.

Caelius Rhodiginus lib. 2. lect. antiq. cap. II. vocat alchimiam, quasi, ut quibusdam placet, ἀργύρεα χημεία. Caelius.

Conringius lib. de Hermetica medicina, & Reinesius variis lecti- Conringius Reinesius.

on. & in oratione de chimia, Graecos imitati scribunt per η chemia. Libavius va-

riat in scriptio-

ne, modo per υ & derivat ἀπὸ τῆ χυμεία.

Libavius variat in scriptione. In commentario Alchemiae

semper scribit per e. At libro 1. rerum chemicarum epist. 6. deriva-

tionem ἀπὸ τῆ χυμεία adprobat, additque inde Alchymiam di-

ctam Arabibus & Aegyptiis, hosque à Graecis consentaneum

esse, id nominis accepisse. Graecorum enim lingua literaque

quondam per totum orientem fuerunt cognitae, ut in Aegypto

& vicinis Austri regionibus. Nec Hispania, aliaeve occidenta-

les provinciae eas ignorarunt. Στοχασμὸς, conjectura seu censura

haec displicuit censoribus, ipsique objiciebant, non satis esse ad

hanc originationem stabiliendam: quod Graeca lingua cognita

fuerit in Aegypto, aut ibi fuerint fertiles metallorum fodinae aut

scaptensulae. Cur à Graecis non petitam artem, illorum poti-

us quam domestico appellarent nomine? dicere quidem licet

chymicam ἀπὸ τῆ χυμεία, quomodocumque notio exprimatur,

at non ut origo. Non enim à Graecis primò, sed Aegyptiis haec

ars fuit exculpta.

C 2

Respon-

Respondet.

Respondet Libavius syntagmatis arcanor. chemicor. lib. 1. c. 11. sententiæque suæ in patrocinium profert: argumentum suum primum, quo usus sit, ex conjugatorum legibus & linguæ consuetudine, exemplisque similibus vim habere. Negat quidem *Herodotus* Ægyptios in Deorum cultu accepisse quid à Græcis: at nomina tamen Græca ipsis familiaria fuere. In voce *Chymia* præposuerunt solum vocem AL.

Confirmatur hac derivatio.

Derivatio ἀπὸ τῆς χυμοῦ stabiliri potest exinde, quod in succis faciendis sit occupata. Ut natura succos exsugit ex alimentis, ita illa ex medicamentis.

Alii derivant ἀπὸ τῆς χεῖν *fundere*, & ut præpositam particulam AL derivationi includant, deducunt ἀπὸ τῆς αἰλὸς ἢ χεῖν, *fundere sal.*

Vox est Græco-barbara.

Rectè vox Arabica statuitur originario, Græca municipali jure, adeoque non purè Græca, sed Græco-barbara est, civitate donata.

Arabica vox est.

Ex Arabicâ linguâ origo depromenda est, non obscure id comprobante Arabico articulo AL.

Discrepantia in modo derivat. 1.

In MODO DERIVATIONIS discrepant auctores. 1. *Jacobus Golius*, postquam in Lexico Arabico radicis كيمى signifi- cata recensuisset, nempe, *textit, celavit* testimonium suum, *delituit*,

hæc subjicit: كيمى & كيمى *χημεία vel χαιμεία*, Suid.

Chymia, est ars Chrysopoetica est pulvis philosophicus per eum paratus. Vbi videri queat, sic dictam esse Chimiam, quod diu occultata fuerit. At idem *Golius* fol. 2087. tanquam sibi parum constans,

Chimiam refert ad particulam interrogandi, كيمى *ut qua-*

2.

rit. 2. Non desunt, qui eam derivare velint à radice *حما* *chama*, quam significare ajunt, *incaluit, exarsit, calore examinavit*

Atq; horum sententiâ chimia significat *calorem, quo aliquid examinatur*, velut argentum igne, cujus explicationis fundamentum ex Arabicâ versione *Psalmo 12. v. 7.* deducitur. 3. Id autem fieri

3.

successu parum felici, docet vir, publico bono & Orientalium linguarum incrementis natus, religiosissimus Arabicarum vo-

CUM

vocatur etiam *Hermetica* & *Spagirica*. 21

cum observator, *Frischmuthius*. Etsi enim locò citatò legitur vox

المحصية tamen illa minimè significat *probatum* vel *examinatum* igne, quippe quod sequenti voce الحجرية innuitur. Unde

apparet, si vel maximè à ح derivari chimiam obtineant, (quibus tamen Arabes ipsi repugnant,) non *examen* aliquod hâc voce significari, vel *probationem*, sed *inflammationem* vel *exarsionem*, quæ fiat ad motò igne.

Sive Arabum sive Suidæ derivatio & scriptio attendatur, Scribi latino potest.

Libavius lib. 1. *alchimia* cap. 1. alchimiam dividit in enchiridiam, manuales quæ docet operationes, & chimiam, quæ ipsas species chemicas, & illas conficiendi processus continet, adeoque sub titulo alchimia chimiam ceu partem comprehendere videtur. Verùm inter chimiam & alchimiam nullum discrimen. Utroque vocabulo eadem ars denotatur.

Duo à Libavio adsignata nomina.

Neque etiam rectam insistant viam, qui alchimiam & chimiam sic distinguunt, ut hæc solùm in artificiosâ medicamentorum præparatione, illa verò in metallorum transmutatione saltem occupata sit. Eadem est ejusdem rei appellatio, nisi quod altera præfixum habeat Arabicum Al, æquipollens Græcorum articulo ὁ, ἡ, τὸ.

HERMETICÆ titulo insignitur ab iis, qui ab antiquitate & inventoris amplitudine arti huic gratiam & auctoritatem conciliare nituntur; sed nullo jure, ut capite 2. ex *Conringio* memoratum.

Hermetici titulus.

Paracelsus & alii ΣΠΑΓΕΙΡΙΑΝ vocant, & exponunt artem segregatoriam puri ab impuro. Forsitan, addunt commentatores tyrocini *Begnini* lib. 1. cap. 1. alludunt ad Græcum μαγειρείον, quasi excoctoriam metallorum, & succorum nominaremus. Hæc illi. παραγείρια vox Græca est, denotans officia artis, τὸ σπᾶν καὶ ἀγείρειν, *disgregare*, *congregare*, quo ipso simul opera artis συγκρίσις ἢ διάκρισις designantur. Ut cæterorum Philosophorum generandi principia lite & concordia, formâ & privatione, quarum illâ quidem res unitæ dirimerentur, hâc dirimendæ unirentur, ita & chimiam se habere judicatum fuit.

Paracelsus.

CAPVT IX.

duplicem chimia acceptionem proponit.

DVplex est chimia, universalis & particularis. UNIVERSALIS circa objectum universale versatur, occupataque est in præparatione lapidis PHILOSOPHORVM, qui appellatur medicamentum, quod omnibus morbis est contrarium, & unum licet sit, omnes impuritates tamen in corpore, illæsa ejus substantia, & integro manente, quicquid in illo naturaliter est constitutum, consumere, tantumque naturæ robur afflare potest, ut morborum insultibus averruncandis sufficiat, humoresque ferocientes, ne medicamentis roborantibus resistent, refrenat. Lapis noster, *inquiunt*, animum lætificat, virtutem augmentat, juventutem conservat, senectutem arcet, sanguinem mundificat & multiplicat, corporea membra restaurat.

Rationibus adseritur.

1. *dari panaceam.*

1.

2.

Rationes EVM DARI, & vires has habere, confirmant: 1. est tanquam forma à suo corpore, ad tantam subtilitatem redacta, ut nihil habeat heterogenei, ἀφθαρτον γὰρ ἔχει τὴν ἰσότητα καὶ ἀνεμπόδιον τὴν ἐνέργειαν, *incorruptibilem enim habet substantiam, & incompscibilem virtutem*, ut in quævis instar cœlestis formæ agere queat. 2. Temperatissima est, ceu medium absque extremis, fulcit & conservat calorem insitum, quo læso omnes fiunt morbi, restituto secedunt. Fulcit autem, quia similis est.

11. *Sufficere unam probatur.*

1.

2.

3.

4.

5.

6.

VNICA medicina sufficit, quia unum est, quod in omnibus morbis læditur, impeditur, aggravatur, nempe spiritus vitalis, qui in corde est, & omnibus præsens partibus, in quem catholicum hoc medicamentum facillimè vertitur. 2. Vna est causa mors, extinctio caloris nativi: ergo unum remedium. 3. Vnicus sol vitam præbet: ergo & unum medicamentum sanitatem. 4. Sal omnia à corruptione & putredine præservat, multò magis panacea. 5. Panis & vinum omnes conservat: ergo & una medicina. 6. Ignis omnia dissipat. Panacea est ignis. 7. Vnum

7. Vnum

7. Vnum est venenum, quod vitam adimit. Ergo est unum medicamentum, quod conservat. 8. Vnus est aer salubris. Ergo & una medicina.

7.
8.

Verum his susque deque habitis, tale medicamentum catholicum *πολλοὶ θαυμαάζουσιν, ὀλίγοι δὲ γινώσκουσιν, multi admirantur, pauci plenam ejus habent notitiam.* Haud credibile est, unam medicinam universalem sufficere. Tale certè experimentum ab hominum memoriâ adhuc desideratur. Argumenta allata idem etiam non evincunt.

Επίκρισις.

IX. AD PRIMVM MEMBRVM, 1. Subtilitas hæc summa cœlestium corporum æmula est figmentum. *ἄφθαρτος* non est, quia ex rebus *ἀφθαρτοῖς* conficitur. Spiritus quamvis reficere ea possit, non tamen reficere potest, & reparare jacturam calidi, cui fomes subministratur ab alimentis. 2. Non omnes morbi à calidi nativi jacturâ & alteratione temperiei dependent, sed multi à conformatione & unitate vitiatâ. Non est similis calori nativo, quia hic *φθαρτός*, illa *ἄφθαρτος* perhibetur. Paratur ex metallicis, sed hæc non sunt analogæ nobis: exsiccat, non humectat, nec hæcticam restituet, sed calore perdet igneo. Non omnis curatio fit morbum superante naturâ, sed aliquando morbo debellato arte & medici manu, ut in fracturis & luxationibus.

Resp. ad primum membrum.

1.
2.

AD ALTERVM MEMBRVM respondetur. 1. Non soli spiritui actiones corporis in acceptis feruntur, sed etiam partium constitutioni. Morbi itaque non sunt unius illius spiritus. Cum spiritus vitæ à variis lædatur causis, non una sufficit medicina, sed plures, ut removeantur plura hæc impedimenta. Verti in spiritum vitalem ipsam panaceam, est commentum. 2. *ἡ τῆς θερμῆς φθορᾶς*, calidi corruptio à variis causis oriri potest: *στέσις καὶ μαρᾶνσις, καὶ πνίξις.* exstinctione à contrario, *marcore* à defectu pabuli, & suffocatione seu defectu calidi, *διὰ τὸ μὴ ψύχεσθαι*, ex aucto calore, idè quia non fuerit perfrigeratus. Vno medicamento hæc causæ removeri non possunt. 3. Sol vitæ autor, sed non solus. Potest esse modus constitutionis rerum unus, sed non unus destructionis. Ergo & plura medicamenta necessaria sunt. 4. Falsum antecedens. A sale multa corrumpuntur. Corrodit sal. Latens

Respondetur ad alterum membrum.

1.

2.

3.

4.

tens

5. tens in eo spiritus non parcat metallis. 5. Unus modus potest esse
 6. conservationis, sed multiplex est restitutionis. Ægri non conser-
 vantur, sed restituntur pulsus fugatisque morbi causis. 6. Si, ignis
 instar, panacea omnia absumeret, non solis pravis & à naturali statu
 alienis vim inferret, sed & bonis. Non omnes morbi pendent ab
 aliqua materia, quæ igni absumenda. Sicca intemperiei ventriculi
 igne succurri non potest. Ignis ipse non omnia consumit, sed re-
 7. linquit cinerem. 7. Non omni veneno una sufficit antidotus, 8.
 8. Non unus aër omni ægrotanti salubris,

CAPVT X.

particularem chimiam explicat.

*Particularis
duplex.*

*I.
Metallica.
Artificum no-
mina.
Antiquissima
censetur.*

*Diocletianus
combussit li-
bros.*

PARTICULARIS iterum duplex: una metallica, altera me-
dica.

ΜΕΤΑΛΛΟΥΡΓΙΑ, spe dives, versatur circa metallorum trans-
mutationes, & appellatur χρύσο καὶ ἀργυροποιία. Artifices ipsi ve-
rò, qui sacram & magnam hanc artem χυμεικὴν ἢ πῦρ χρυσο-
ποιίας profitebantur, φιλόσοφοι ἢ διδάσκαλοι τῆς μεγάλης καὶ ἱε-
ρᾶς τέχνης ἐκαλεῖνται ποιηταί, sapientes & magistri magna &
sacræ hujus artis vocabantur EFFECTORES. Videatur Reine-
sius lib. 2. variar. lect. cap. 5. Antiquissimam artem esse tradunt, A-
damo protoplastæ notam & ejus posteris. Eam ab antiquo maximè
excultam in Ægypto, liquet ex Suida, in voce χημεία, ἢ τῆ καὶ χρυ-
σοῦ καὶ ἀσκευῆ, ἧς τὰ βιβλία διερευνησάμενος ὁ Διοκλησιανὸς ἔκαυ-
σε διὰ τὰ νεωτεροθένη αἰγυπτίοις. Chimiam vocat argenti & au-
ri preparationem, cujus libros investigans imperator Diocletianus
combussit, cum observaret opum abundantia confisos Ægyptios res
novas moliri. Idem in Diocletiano: Οἱ δὲ δὴ καὶ τὰ πῦρ χημείας
χρυσοῦ καὶ ἀργύρου τοῖς παλαίοις γεγραμμένα βιβλία διερευνησά-
μενος ἔκαυσε πρὸς τὸ μήκετι πλεόντων αἰγυπτίοις ἐκ τῆς τοιαύτης
προσγένεσθαι τέχνης. μηδὲ χρημάτων αὐτῆς δαρρῶντας πειρυσίας
τοῦ λοιπῆς Ῥωμαίοις ἀντ' αἰεθν. Hic ipse antiquorum de auri &
argenti confectioe scripta monumenta percontatus hinc & inde,
combussit, ne divitias acquirendi & rebellandi Romanis materiam
inde Ægyptii haberent. Artem hanc veram esse, & famosum Jaso-

his

nis χρυσόμαλλον δέρας aureum vellus, librum fuisse putant, δέρας
σι pellibus compactum, in quo auri argentique conficiendi ra-
tio continetur.

Πὰρ ἡμῖν, inquit Aeneas Gazens de immortalitate anima, οἱ *Aeneas Ga-*
πρὸ τὴν ὕλην σοφοὶ, ἄργυρον ἢ κατ'ἕτερον παρὰ λαβόντες, καὶ τὸ εἶδ' *zans.*
ὁφάνισαντες, ἐπὶ τὸ σεμνότερον μεταβαλόντες τὴν ὕλην, χρυσὸν κάλλι-
σον ἐποίησαν. Apud nos materiarii, talium periti, argentum stan-
numque accipientes, speciem priorem delentes, in excellentiorem
rem transigunt, aurumque efficiunt pulcherrimum.

Andreas Libavius summus transmutatoriae patronus, ean- *Libavius ad-*
dem adserit, & χρυσὸν ἢ ἀργυροποιῖαν, quā ignobiliora metalla im- *mirator trans-*
perfectiora, aurum & argentum permutantur, operosissimè defen- *mutationis.*
dit peculiari libello, cuius titulus, defensio & declaratio perspicua al-
chimiae transmutatoriae, opposita Nicolai Guiberti Medici expu-
gnationi virili, & Gastonis Clavei jurisconsulti Nivernatis apologia
contra Erastum male facta & consuta, & prava. Prioris argumen-
ta confutat. Claveum autem argumenta Erasti non satis solidè re-
futasse ostendit paginā ult.

Gasto Claveus autem apologiam scripsit chrysoptæiae & ar- *Gasto Claveus.*
gyroptæiae contra Erastum, huiusque argumenta operosè refu-
tare admissus fuit.

Ioh. Conrad. Gerhardus extracto chemicarum questionum sive Ioh. Conradus
responsionis ad theoriam lapidis philosophici, transmutationem metal- *Gerhardus.*
lorum acriter defendit.

In sola hominum spe & desiderio positam transmutatoriam *In desiderio, ho-*
artem, ostendit operosè *Carrer. de natura metallor. parte 3.* *minum sua vi-*

Nicolaus Guibertus medicus Lotharingus transmutatio- *ter dormire te-*
nem metallorum ratione & experienciâ falsam esse ostendit, ne- *statur Carre-*
que ignobiliora metalla in nobiliora transmutari posse confir- *rius.*
mat, pluribus adductis rationibus.

Eleganter Guido Pancirollus novis repertis, parte postero- *Guibertus*
re tit. 7. Ars quidem vera esse potest, sed paucissimos, imò vix *Pancirollus.*
unum esse credo, qui eam calleat. Nam qui hanc profitentur,
aut fatui sunt, aut admodum proclives ad paupertatem. Est e-
nim tritum vulgi sermone proverbium: Nunquam vidi Alchi-
mistam divitem.

Baconus.

Turpiter haecenus mundo illudit, inquit *Franciscus Baconus* *sylva sylvarum* centur. 4. conficiendi auri spes, quam ego vanam non esse, nec humanae facultatis angustias excedere statuo. Sed media isti effecto destinata, fallaciis & erroribus, quoad praxin, laborant, & conceptibus nihil sani complexis, quoad theoriam.

Mercurius
Britannicus.

Alchimia, breviter *Mercurius Britannicus* in mundo altero & eodem, est ars sine arte, cujus scire est pars cum parte, medium strenuè mentiri, finis mendicatum ire, vel in patibulo superbire.

Borelli adno-
tat.

Fraudes & fallacias, quas alchimistae auro alieno inhiantes exercent in transmutationibus, detexit plurimas *Borellus hist. & observ. rarior. centur. 3. observ. 21.*

Επίκεντρος.
auctoris.

Artis transmutatoriae experimenta, haecenus credulo orbi proposita, glaucomata fuere. Qui credunt, clavum in rarithecio Florentino Magni Ducis Hetruriae, cujus media pars visitur ferrum, media aurum, continuum esse, tincturaeque transmutatoriae opus, & pharmacopolam Tarvisinum coram Senatu Veneto quid laude dignum praestitisse, aberrant à januâ.

2.
Medica chi-
mia.

MEDICA altera PARTICULARIS chimia occupatur circa corpora concreta, eorum naturam, causas & affectiones inquiri medicinae faciendae gratiâ. Inde vocatur chimiatria. Officia denotat vox ESSATA, quod essentias extrahat.

CAPUT XI.

definitionem chimiae medicae proponit realem,
ejusque genus examinat.

Definitio.

CHIMIA est ars corpora concreta solvendi, & soluta coagulandi, ut purum ab impuro separetur, & medicamenta salubria, citae, tutae & jucundae operationis concinnentur.

Genus est ars.

GENUS est ars. I. Competit ipsi DEFINITIO artis proposita à *Philosopho 6. Ethic. c. 4. τέχνη ἐστὶν ἕξις κατὰ λόγον ἀληθῆς ποιητική*, ars est habitus recta cum ratione effectivus.

II. PROPRIETATES & affectiones artis eidem competunt. 1. *ὡς εἰς τὰς τέχνας ἐστὶ βούλευσις*, ars consultat, auctore *Philosopho 3. ethic. cap. 5.* consultat etiam chimia de mediis.

2. More

2. More reliquarum artium versatur ἐν γνώσει καὶ ἔργῳ, in cognitione & effectione. Ut reliquarum artium, ita & chimiae officium consistit in tribus: 1. ἐν τῷ θεωρεῖν, certa enim habet principia, & conclusiones, secundum quas in operando progredi, & ex subjectâ materiâ artificiosum opus elicere queat, & accurate speculari tenetur. 2. ἐν τῷ πειράζειν. Operari enim secundum artem chimia debet, ut talem formam minerali, vegetabili, vel animali inducat, quam ars requirit. Omnino necesse est, in mente chimici sit idea & ratio architectatrix, secundum quam fiat operatio, si quidem ut artifex operari dicendus. 3. τὸ τίκτειν, καὶ ποιεῖν πειράζειν, π, *producere opus novum aliquod, & artificiosum etiam incumbit.* Ita producit spiritus, olea, salia, tincturas, magisteria. Non audiendi, qui nullum in chimicis operationibus agnoscunt artis opus, sed solius naturæ.

3. Δύο ὄργανα, ὑφ' ὧν αὐτορε Galeno 1. aphor. commentoy. εὐρίσκειται τὰ κατὰ τὰς τέχνας. τὸ μὲν ἕτερον ἢ ΠΕΙΡΑ, τὸ δ' ἕτερον ἢ ἐκ λόγου ΚΡΙΣΙΣ, duo instrumenta ad artes inveniendas necessaria, nunc EXPERIENTIA, alterum RATIO. De primo Philosophus τῶν μετὰ τὰ φυσικὰ cap. 1. ἀποβαίνῃ δ' ἐπισήμη καὶ τέχνη τοῖς ἀνθρώποις διὰ τῆς ἐμπειρίας, *acquiritur scientia & ars hominibus per experientiam.* ἢ μὲν πείρα ἐστὶ ἀρχὴ εὐρίσεως τῆς ἰατρικῆς, inquit Galenus *introductio seu medicus in scripto libro, cap. 2. τῆς δὲ συστάσεως ἢ εἰς σύστημα τέχνης ἀγαγεῖν ἀρχὴ ὁ λόγος, & καὶ πείρα.* *Experientia est principium medicinae, ratione inventionis: constitutionis vero seu redigendi in artis formam norma experientia & ratio.*

Ita se etiam habet res cum chimia. Experientia & ratio se habent ad eam, ut crura animalium ad animal. Experientia sola inventionem spectat, experientiæ juncta ratio unitas operas conferunt ad constitutionem. Ansam acquirendi porrigit experientia, in ejus plenam possessionem locat ratio.

Εμπειρίας vox deducitur ordinariè ἀπὸ τῆς πείρας ab experi- *Duplex experi-*
entiâ. Extraordinariâ licentia ἐμπειρίας vox fingi, & ἀπὸ τῆς πύρδος entia locum *ab igne*
derivari potest. Utraque derivatio ad chimiam accommodari potest. Helmontius se appellare solet Philosophum per ignem. Ratio utramque experientiam si illustret, tantò meliùs omnia cedunt. *habet.*

Multa quidem
dubia occur-
runt, inde ta-
men artis splen-
dorem haud a-
mittit.

Dolendum quidem, multa in chimiâ occurrere, rationibus minus firmis munita, nec omnia ex certis principiis deducta, quin imò, infiniti processus & operationum formulæ passim extant, nullis quæ nituntur fundamentis, sed imperiis obtruduntur, ut arcana. Verùm rescindenda hæc sunt: cœcæ experientiæ cultellus, cum magna minatur, & elogia crepat mera, ad rationis cotem attendendus, & fumivendulis deceptoribus os obturandum.

CAPUT XII.

*Chimia non meretur adscribi scientiis, sed artibus,
nec tamen est peculiaris ars, distincta à phar-
macentica medicinae parte, sed est
pars medicinae.*

Non est pars
physicæ con-
templationis.



Multum domini, splendoris, & magnificentiæ propriæ habet chimia, adeoque divitiis animosa suis scientiæ habitum ambire videtur, ceu βλάσημα καὶ τὸ Ἰδαφύες τι, propago, appendix, & pars physicæ contemplationis, naturalisque philosophiæ fructus. Verùm, quia ἐν τῷ θεωρεῖν non acquiescit, sed quantum ipsa habet dignitatis, medicinae dudum intulit, cui etiam adhæret tam fide, tamque amicè, ut quamvis interdum solitaria sit, secedatque in contemplationis suæ theatrum, tamen subinde ad complexum medicinae redire gestiat, rectius à physicæ consortio excluditur, & artium ordini adscribitur.

Non tamen est
ars peculiaris.

Non tamen ars est peculiaris, à medicina, & ejus pharmaceuticâ parte distincta. Statuere id quid in videtur *Beguinus tyrocin. lib. I. cap. I.* dum inquit: Finis ejus est medicamentorum suaviorum, salubriorum, & tutiorum preparatio: atque hæc ratione ars nostra à pharmacopœia vulgari, quæ etiam medicamenta concinnat, tuta quidem & salubria, sed minus grata, distinguitur.

Sed medicina
pars.

MEDICINÆ potiùs esse videtur pars, ad φαρμακευτικὴν pertinens, & ab ea nomine solùm differens. Hæc autem in medicinae complexum venit.

Sed

Serua est medicina.

Sed Domina est medicina, chimia serua.
Sustinet ut Domina medicina Galenica partes,
sic chimica ars ipsi juncta ministra fuit.

Laude ministra quidem digna est, sed temnere tentet
si dominam, flagris digna ministra foret.

Aequum est, Verba sunt Zuvvingeri epistola dedicatoria, principi-
piorum chemicorum examini praefixa, servam hanc medicinae & phy-
sicae, pedissequamque, intra suae fortunae limites se continere, nec
herae stationem invadere, ne cum Scythis mancipiis in gyrum obe-
dientiae flagris tandem ab iratis dominis compellatur.

Chimiae adminiculo destituta medicina, τέλει πη καὶ ὅλος, ἢ
πρὸς τὰ μέρη, μηδὲν ἄπεισιν, ἢ μηδὲν ἐσιν ἔξω, perfectum quid est totum,
cujus nulla pars deest, aut cujus nihil est extra, esse non potest.

Medicina chemi-
cia destituta
non est perfecta,
nec ratione in-
ventionis, nec
constitutionis,
nec interpreta-
tionis.

Sine chimia medicina perfecta, & absoluta vocari nequit, nec
perfectio essentiali, nec accidentali, μηδὲ κατὰ τὴν ὁπὸν ἐν ῥέσειω,
μηδὲ συστάσει, μηδὲ ἐρμηνείᾳ, neq; secundum inventionem, neq; se-
cundum constitutionem, neq; secundum interpretationem seu tradi-
tionem. INVENTIO imperfectionis arguitur, destituitur enim ex-
perimentis plurimis. CONSTITUTO aestimatur ex collocatio-
ne, & interpretatione: illa ordine, haec methodo perficitur, & de-
monstratione. Neutra absque chemicæ praeparationis adminiculo
ad amissim impetrari potest. Non didicit integram, καθόλου & in
sua perfectione consideratam, istam qui omisit partem.

Qui quaerunt, inquit Libavius defens. cont. Riolanum, num si-
ne chemicis praeparationibus perfecta sit medicina, nisi sponte in-
fanire velint, grate aestimabunt divinum munus, fatebunturq; ab
initio medicinam se habere ut novellam plantam seu embryo-
nem, cujus omnia membra licet a natura simul instituantur, ta-
men aliud alio citius perficitur, aliud tardius, quod suo tempo-
re in conspectum prodit, nascentisque integritatem & ornat &
complet. Si dicere velis, id, quod posterius apparet, cum nihilo-
minus in potestate communis principii fuerit, non esse membrum
essentiale nati, nec facere ad perfectionem & complementum e-
jus, parum tibi constiteris.

Libavius con-
sentit.

Nimis liberalis est idem, lib. 1. epist. chim. epist. 2. cum in-
quit: Caruit & carere potest medicina chimico apparatu, quod

Dissensus ejus-
dem.

30 *Liber I. Cap. XIII. Preparatio ad Chemicum spectat.*

*non adproba-
tur.*

artis essentiam attinet, sunt enim artes inter se distinctæ. Sed me-
lioris usus gratiâ non potest sine hâc illa esse tam perfecta.

*Vera medicina
pars est, varione
preparationis
& usus medi-
camentorum.*

Chimia dupliciter considerari potest. 1. κατ' ἐγχείρησιν, ἢ
ἐυρυθμίην τῶν χειρῶν. 2. κατὰ μέθοδον, secundum concinnatam
preparationem, & legitimum utendi modum. Utroque modo pars
est medicinæ: alterutra enim si absit, τελείωσιν complementum
suum nunquam adsequitur.

*Diversum sen-
tientes utuntur
exemplis.*

Secus sentiunt, qui chimiâ, ut & totam medicamento-
rum præparatricem partem, in essentialem complexum medici-
næ admittunt postremo saltem modo consideratam, quatenus
notat diversorum simplicium in unum aliquod certi gradus &
facultatis consociandorum peritiam, non verò primo modo,
quatenus notat concinnandi & miscendi dexteritatem. Mini-

1.

stra medicinæ est solùm, *inquunt*, ad eamque habet haud aliter
atque ars factiva ad utentem, χαλινοποιητικὴ ἀδίπικλιώ. Hæc,
equestris, jubet parare frenum, modum autem parandi ignorat.
Hujus autem partem appellare illam absurdum est, distinguun-
tur enim subjecto & fine proprio: chimia & pharmacopœa vul-
garis præparant instrumenta sanandi, medicina iisdem utitur.

2.

2. Ut μαγειρία, ars cibos in culinis præparandi non est pars medi-
cinæ, ita nec ἀστυγειρία.

3.

Verùm hæc omnia consuetudo quidem separare solet, non
tamen desinunt propterea à matre separatæ hæ partes esse filia, in
genuini amoris amplexum medicinæ matris semel receptæ. Sæpè
infeliciter cedit freni, cibandique ægrum apparatus, nisi parandi
modus & equitum & culinæ magistro sit notus.

C A P V T XIII.

*Preparatio æquè ad medium spectat, ac legiti-
ma applicatio.*

*Adprobatum
ordinatio phar-
macenicarum
offinarum.*



Interest reipublicæ, distinctum esse officium medici &
pharmacopœi, *ajunt nonnulli*. Ita est: medicus ἐργο-
διώκτης, ἀρχιτέκτων, ἀρχιτεκτονικός non potest vacare
singulis illis ministeriis, quibus humana indiget salus.

ἄχ οἶον τε πάντα μόνον τὰ νιητῶν ἐργάζεσθαι, *impossibile est, medicum
omnia*

omnia solum perficere. τὸ δὲ ὅτι, & operationum directio est medici: τὸ ὅτι, pharmacopœi.

Interest tamen simul reipublicæ, ut medici non solum tolerantur, sed & magnis honoribus afficiantur, qui artem pharmaceuticam, imprimis chemicam, animò comprehendere non solum ἐκ τοῦ διότι, sed etiam ἐκ τοῦ ὅτι, sequē λόγῳ καὶ ἔργῳ, κατὰ γνώμην καὶ κατὰ χεῖρας artifices præstare, & unâ eâdemque operâ & medici partes tueri, & ministri vices subire norunt.

Salvo jure medicorum, qui singularia habent medicamenta.

Libera singularia medicamenta suis ægris dispensandi iisdem meritò relinquitur potestas. Antiqui medici suis manibus medicamenta parabant, & ut in agendo magna eorum erat efficacia, sic magnam in præparando adhibebant diligentiam.

Iure præscriptio-
nis annorum
medicis compe-
tit libera dis-
pensatio.

Ægrorum salutis sic optimè consulitur & commodis. Medicamenta feliciter ægrotantium spes fatiant, fructusque sanitatis uberiores ferunt, medicorum manibus parata. *Gratior est pulchro veniens de corpore virtus.* Uberiorem messem refundebat tellus, cum arabatur vomere laureato & triumphali manu: ita & chimia magis splendescit, opes suas & arcana liberiùs & uberius expandit, manibus medici exulta.

Utilis est
1. agrorum re-
spectu.

2. Elevat medici eminentiam & existimationem, si & manum & mentem adhibeat, ipseque modum componendi selectissima arcana non solum norit, sed & eadem præparet, præparataque ipse communicet.

2. medicorum
respectu.

Gratulor chimiæ nostræ, inquit *Libavius epistol. chim. lib. 2. epist. 86.* quando eam propediem exortam improbissimorum hominum manibus, in possessione virorum solertium, & ab omni industria peritiæque laude instructorum futuram video, in quorum numero utinam & ego aliquid invenirem loci.

Non satis esse, in chimica contemplatione versari, sed etiam praxin ipsam requiri, ostendit *Libavius epist. chim. libro 3. epistol. 2.*

τὸ δὲ ὅτι non
solum, sed et-
iam τὸ ὅτι
scire debent.

Quod autem dubitatum fuit aliquando, numquid præter dignitatem suam faciat medicus, si ejus generis exercitiis occupetur, quæ ministris potius cedenda? id ex *Galeno 6. epid. comm. 5. r. 1.* facilem habet explicationem. Loquens enim de ministris medici, qui herbas colligunt, unguenta parant, coquunt, cata-

Quæstio? an-
non sit contra
dignitatem me-
dicæ manum
admoveat?

plasma

ν. negando.

plasmata adhibent, humore conspergunt, clysterem suffundunt, scarificant, venam secant, cucurbitas affigunt, subjungit: εἰδ' ἡμεῖς καὶ ταῦτα μεμαθήκα μέν τε καὶ πράττομεν, ὁμοίοντι ποιῆμεν ἔρεσεν ὅπως αὐτῶν κυβερνήτη, καὶ ῥαδίως ἐπ' αἵμα ἀναβῆναι δαυαμένω ἢ ἰσθ', ὅσα τ' ἄλλα τῶν ταυτῶν ἔσιν ἔργα γινώσκοντί τε καὶ πράττοντι. καὶ γὰρ στρατηγοὶ πολλοὶ πολλὰ καὶ τοξεύειν, καὶ ἀκονίζεῖν, ἔμαχεσθαι διὰ ξιφῶν τε ἔδοξάν τε ὅπως ἀνὰ τε ἔπραττοσιν. καὶ βασιλεῖς ὡσαύτως. ἀλλ' ἔχ' ἢ βασιλεὺς, ἢ στρατηγὸς ἦν ἀλέξανδρος ὁ μακεδὼν, ἢ φιλίππος ὁ πατὴρ αὐτοῦ. ταῦτα τὰ τῶν στρατιωτῶν ἔπραττον. ἀλλὰ καθ' ἑτέρας τέχνας ὑπερέβηεν τῆν στρατηγικῆν τε καὶ βασιλικῆν, καὶ τόντω ἔμαχεσθαι ἢ μὲν ἰατροὶ, γινώσκοντες ἑκάστη βοηθήματα ποιότητά, καὶ ποσότητά, καὶ κατὰ τὸν τρόπον χρῆσεως. ἢ δ' ὑπηρετῶν φλεβοτομήμεν ἔσκιάζοντες, ἔτα ἄλλα διὰ τῶν χειρῶν ἐνεργεῖν. *At si nos etiam hac didicimus & facimus, perinde facimus atque gubernator remigandi peritus, & facile summum malum conscendere valens, & omnia alia naturarum munera cognoscens, & exsequens. Etenim multi imperatores saepe & arcu uti, & jaculari ac pugnare gladio hastâque sciunt, & faciunt, & reges pariter, sed non ut rex, ut imperator erat Alexander Macedo, ut ejus pater Philippus, sed per alias artes imperatoria sive regia inservientes hac militaria munia obibant. Itaque & nos ut medici, cujusque auxiliî qualitatem, quantitatem cognoscimus, occasionem etiam, & utendi modum: ut ministri verò, venam scindimus, cucurbitulas adhibemus, & reliqua manibus operamur.*

Imperator nunquam militis gregarij vices sustinet.

Submissio hæc in laude.

Sicut bonum imperatorem militis gregarij partes aliquando sustinere, id est, in excubiis stare, gladium & aciem stringere, & hostem, si necessitas urgeat, ferire turpe non est: ita dedecori non erit medico, si præparandorum medicamentorum rationem non tantum κατὰ γνώμην, sed & κατὰ χεῖρα aggrediatur, veterum ea in re exemplum imitatus, quos citra existimationis jacturam idem factitasse demonstrari potest. Submissio & humilitas hic pro salute ægrorum suscepta eum neutiquam dedecet, non magis, quam sputorum & urinarum inspectio, stercoreumque exploratio. ὁ μὲν ἰατρὸς, *autore Hippocrate lib. de flatibus, ὁ γὰρ τὰ δεινὰ, θυγαίνει τὴν ἀνδρῶν, καὶ ἐπ' ἀποτρίψιν ἑυφορήσιν ἰδίας καρπέται λύπας.* *medicus videt horrenda, tractat injucunda, & ex aliorum miseriis proprias decerpit miseriis.*

CAPUT

CAPUT XIV.

finem Chimiæ explicat.



TO ὄν ἐνεκα, cuius gratiâ seu finis duplex constituitur à *Jacobo Zuvingero chim. principiorum examine*. Internus est res quævis in idoneum remedium coaptata: externus verò ejusdem usus ad ægri corporis *περὶ εἶναι καὶ ἀφαι- ρεσιν* adhibitus.

Commodiùs τὸ ὄν ἐνεκα seu finis duplex designatur, internus *Finis duplex* unus, externus alter.

INTERNUS ὦ, σκοπὸς, est objecta sua præparare, elabo- *Internus est pu- rare, ut partes eorum puræ vitæ humanæ salutare ab impuris cor- rum ab impuris* ticibus separentur solutione & coagulatione, eæque secundum *separare.* medendi methodum ægris, indicationibus erutis, applicentur. Nihil est à naturâ creatum, quod puri & impuri partibus non constet. Impurum autem puro officere, quò minùs profit, clarum est. Inde necessariò inferendum: purum ab impuro separandum, ut in usum humanum sit commodum, nec purum posse homini conducere, quin impuri facta sit separatio. Archæus quidem hoc habet officium, sed artis opera si accedat, felicior sequitur successus. In medicamentis communem quæ cedunt in usum, quæ sunt diversæ substantiæ: **UNA VIRTUOSA**, potestatum salutarum plena, altera **INERMIS ET NUDA**. Quod integra possunt, non mole materiæ præstant, sed virtute essentiæ latitantis. Dum cortices cum principiis conjuncti & quasi concatenati, virtutem suam exlerere promptè nequeunt, compedibus solutis, nuda in libertatem adserta spargunt radios.

PURUM ita docent *chimici quidam*, consideratur **GENE- *Purum consi- deratur gene- raliter.*** **RALITER** & latissimè in concreto de totò purò, quale illud existit in rebus ante separationem, & insignitur ab *Hippocrate* **ΔΥΝΑ- *valiter.*** **MIS**, **POTESTAS**, quia actionum causa, **ASTRUM** propter splendorem, **SEMEN** propter fecunditatem, **BALSAMUM** propter incorruptibilitatem, **RADIX** propter regenerationem, **QUINTA ESSENTIA**, ob vitale, quod creditur habere in centro, principium, *τῆ ἑστίαι τῶν ἀσρῶν σοιχείω ἀνάλογον.* 2. **SPE-
 E CIA-**

Specialiter.

CIALITER, magis proprie seu abstractè de singulis puri partibus, ut illæ existunt post separationem, consideratum, indigitatur tribus nominibus, ζ & quæ eò referuntur spiritus, aquæ, essentiæ: φ & olea: θ , & quæ eo referuntur solida corpora.

Medicamenta chimica operantur.

Purum hoc ab impuro secretum chimica medicamenta reddit humano generi salutaria, facitque, ut ea tres bene, id est $\beta\rho\omega\chi\acute{\iota}\omega\varsigma$, $\acute{\alpha}\sigma\phi\alpha\lambda\acute{\epsilon}\omega\varsigma$, $\kappa\alpha\iota\ \eta\delta\acute{\epsilon}\omega\varsigma$ citò, *tuto*, jucundè medendi à Galenò 14. seu ultimo methodi cap. 13. propositos scopos adsequantur.

citò.

ΕΝΕΡΓΗΤΙΚΑ' *καὶ* ΔΡΑΣΤΙΚΑ' *εἶναι*, CITO OPERANTUR: ad subtilitatem enim redacta, tantæ sunt efficaciam & activitatis, ut veluti ictu oculi penetrent omnia, consumant superflua, removeant deperdita, sanent morbida, nec facilè ulteriorem admittant corruptionem. *Τὸ* etiam exhibentur, si artifex non rudis & naturæ simplicium, regiminisque ignis ignarus, & usus ad sit circumspectus. *τοῦ* τεχνίτου σφάλματ' *οὐ* δεῖ νομίζεσθαι εἶναι τῆς τέχνης. *artificis errata non possunt imputari arti.* VIOLENTA non sunt ab arte, nisi τῇ φύσει in abdito antè talia fuerint, imò ab arte truculentia hæc mitigatur. VENENATA non sunt ritè præparata, licet minimâ dosi exhibeantur, sed præposterò usum damnum excitare possunt. A cortice nudatæ qualitates minùs naturam gravant, citiùs erigunt, labascentemque statuminant. Sæpè quando ipsi pugnandum cum diversis medicamenti partibus, vel cum pluribus compositis, antequam ad optatum finem perveniat, lugubrè succumbit. JUCUNDA etiam sunt, & illectiva.

*tuto.**jucundè.*

Multa in his encomiis censurâ sunt digna, deque iis in genere verum est, quod *Philosophus 1. de reprehens. sophist. cap. 1.* de quibusdam inanimatis refert: *τούτων τὰ μὲν ἄργυρον, τὰ δὲ χρυσός ἐστιν ἀληθῶς. τὰ δὲ ἔστι μὲν, ἃ φαίνεται δὲ κατὰ τὴν αἴσθησιν. οἷον τὰ μὲν λιθάργινα, ἢ τὰ κατιτέρινα, ἄργυρῶν: τὰ δὲ χολοβάφινα, χρυσῶν. ἢ aliqua argentum, quedam aurum verè sunt: illa verò non, sed solum talia apparent ad sensum: ut lithargirina, stannea, argentum, & felle tincta, aurum.* Verum etiam est de iisdem quæ *Billichius Thessalo in chimicis redivivo cap. 15.* & *Conringius de hermet. medic cap. 21.* proponunt. Nihilominus tamen ne-

Multa quidem in his encomiis hyperbolica.

gari

gari non potest, delectu & judiciu adhibitu, plurima laudem *plurima tamen*
hanc mereri. Separentur reliqua suspecta fidei, & non satis pro- *laudem merentur.*
bata activitatis, securitatis, suavitatis. Medicamentis Græco-
rum & Arabum stat sua laus, in delectu adhibitâ circumspectio-
ne & judiciu. Pari ambulent passu utraque pharmacopœa, so-
tores gemellæ, natae experienciâ matre, susceptæ & educatæ à
ratione nutrice. *Σὺν δυοῖν ἐρχομένοιιν* omnia feliciter eveniunt,
& amicabili conjugiu unitis utrisque remediis, de morbis me-
dicina feliciter triumphare potest.

Medicamenta hæc sunt *εἰς παλαιῶσιν μεμελητημένα, ætatem* *Ætatem ferre*
ferre possunt & vetustatem, minus enim in se habent aqueæ humi- *possunt.*
ditatis putrescibilis.

Non sunt SUPERFLUA *respectu agrorum,* sæpè enim in- *Non sunt su-*
tegra simplicia & composita expectationi non satisfaciunt. *perflua.*

Affectuum calore abripiuntur, qui inutilia vocant *respectu* *1.*
sui, adeoque eò nomine Galenicis postponenda, quod *Διακρίσις* *respectu agrorum*
solutione pereant *αἰ κρᾶσις* mistorum & facultates, adeoque per *2.*
has præparaciones multò ignobiliores edant effectus. Pereunt *respectu sui.*
solum facultates, *autore Zvinger princip. chemicorum examine* *Objectio.*
cap. 11. quæ formam totius sequuntur, non verò quæ portionum *Et.*
singularum temperiem comitantur.

Alii ita insurgunt: Quæcunque ex mistis, ratione forma- *Alia objectio.*
rum & temperamentorum penitus abolitis seu deperditis, fiunt
vel parantur medicamenta, ea sunt inutilia & nullius momenti.
Sed medicamenta chimica fiunt vel parantur ex mistis, quorum
formæ & *κρᾶσις* in præparatione penitus abolentur & deperdun-
tur. Ita cum paratur oleum, sal absinthii, spiritus salis, \oplus li, \ominus ,
perit ipsorum mistorum forma. Ergò medicamenta chimica
sunt inutilia & nullius emolumenti.

Respondetur. Magna medicamentorum chemicorum *Et.*
diversitas. Locum minor habere solum videtur in iis, quæ
fiunt per generationem primi modi, in iis autem, quæ secundo
& tertio modo generantur, non item. In his non est abolitio,
sed potius separatio & manifestatio. Sed neque in illis etiam
minor indubia. Non enim in iis abolentur *κρᾶσις* misto-
rum, quæ igni chemicorum subjiciuntur. Formæ substantiales

pereunt, non verò omnis simul *κράσις*, aut omnium virium possessio. Hoc confirmare videtur exemplum elementorum. Ex iis dum producitur mistum: elementorum quidem formæ pereunt, sed non simul omnes qualitatuum gradus, aut omnium virium possessio. In elementorum transmutationibus, dum ex igni fit aër, ex aëre ignis, ut voluit Aristoteles, forma quidem & natura aëris perit, non tamen omnes qualitatuum gradus. Aër fit calidior in primò, ignis calor minuitur in secundo exemplo. Cùm ex sanguine fit caro, substantialis adest immutatio. Perit sanguinis forma, non verò tota crasis & omnium virium possessio. Nam sicut sanguis calidus & humidus, sic etiam partes inde productæ. Remanent *δυνάμεις*, vires & virtutes elementares quædam, ex iisque mistum dicitur confici. Clare *Philosophus* 1. de generat. & corrupt. cap. ultimo. Non corrumpuntur, quæ miscentur, aut ambo, aut alterum, *σώζεται γὰρ ἡ δύναμις αὐτῶν.* Salvatur enim eorum virtus atque potentia. Idem dici potest de chemicis, dum ex mistis eliciuntur, medicamentis. Non corrumpuntur (penitus & omni modò, ut planè nihil de illis maneat superstes) sed (formis licet deperditis vel abolitis) salvatur aliquid de viribus vel qualitatibus eorundem, à quibus qualitatibus etiam vel viribus postmodum fit denominatio, ut ex. gr. hoc sal dicatur absinthii, non verò misti alterius. Talibus in medicamentis cessat & acquiescit finis internus.

Externus finis
est sanitas.

EXTERNUS finis *διὸ*, propter quid, ultimus licet sit executione, primum tamen movens est intentione, nimirum SANITAS subjecti sui principalis, nempe hominis.

C A P U T XV.

Chimie objectum explicat.

Objectum chimia sunt



Ο *ἡ φυσικὴ* chimicæ artis *objectum* non sunt corpora naturalia, quatenus naturalia, imò ne quidem materialiter considerata: comprehendit enim corpus naturale sub ambitu suo corpora simplicia, quæ ad objectum chimicæ non pertinent. Genuinum objectum sunt corpora perfectè vel imperfectè mixta concretaque. *Phisicus* de iis agit.

corpora mixta perfectè

agit.

agit, quatenus sunt partes sui subjecti, seu species corporis naturalis, constantes materiâ & formâ, & utraque pars proponitur, ut existens, subjectumque scientiæ ipsum complens, vocaturque subjectum demonstrationis, agitque de iis solius scientiæ gratiâ. Chemicus medicus agit quidem de iisdem, sed earum alterâ parte tantùm, materiâ nempe, quæ operationis est subjectum. Altera enim pars non subjectum est, sed finis, quem vult efficere. Agit de iisdem, quatenus sunt solubilia & coagulabilia, simulque medicæ operationis iustrumenta. Et hic modus considerandi non est aliqua existens res, quæ proponitur ad cognoscendum, sed significat aliquid non existens, quod proponitur ad efficiendum, ὃ δὲ τρόπον ἔπισημῆς, hic formalis considerandi modus ita singula limitat & distinguit.

In triplici vegetabilium, animalium & mineralium regnō hæc reperiuntur objecta. Reperiuntur
hæc in regnō

VEGETABILIA prima chemicæ objecti occupant subsellia. CRESCENTIA indigitantur à Paracelsō lib. 4. archidox. de quintâ essentiâ, in quo caput inscribit de crescentibus. Per infixam radicem è terrâ trahunt alimentum, suntque herbæ, frutices, & arbores. 1. vegetabilium.

ANIMALIA triplici se offerunt serie, suntque terrestria, aërea, volatilia, vel aquatica. 2. animalium.

MINERALIUM nomen derivatur à mineris, quæ sunt eorum matrices, in quibus illa proprias & genuinas sedes possident: suntque duorum generum: τὰ μὲν ὀρυκτὰ, τὰ δὲ μετὰ νεύρα. Illa fossilia rursus duplicis ordinis: alia pulveres colorati, alia lapides: hæc verò metalla, eaque vel perfectæ, vel imperfectæ. 3. mineralium.

CAPUT XVI.

Tres Paracelsicorum hypotheses consideratu dignæ. Earum prima est de objectorum suorum principis, quæ tria utilia statuuntur, ἠ. ῥ. ῥ. duo inutilia, phlegma & terra, statuuntur, & autoritatibus stabiliuntur. Non intelliguntur ἠ. ῥ. ῥ. vulgaria.

E 3

Πᾶσα

Omnem doctrinam nisi hypothesis tradūt Philosophus & Hippocrates.

Paracelsica etiā suas habent suppositiones.

Trium principiorum utilitū veritas adseri-
tur

Patroni huius sententia.
1. Geber.

2. Isaacus Hollandus.

3. Paracelsus eadem approbat

Π Ἄσα διδασκαλία ἢ πᾶσα μάθησις Διανοητικὴ, ἐκ προὔπαρ-
χούσης γίνεται γνώσεως, *verba sunt Philosophi posteriorum a-*
nalit. lib. 1. cap. 1. omnis doctrina, omnisq; disciplina, quæ ratione
constat & intelligentia, ex antecedente fit cognitione. Adserere
idem videtur Hippocrates, cū libro de principiis, necesse esse do-
cet, κοινὸν ἀρχὴν ὑπὸθεσθαι, *commune principium supponere*, si
quis de arte medicā commentari velit.

Paracelsici idem ad animum revocantes, sollicitos se osten-
dunt de HYPOTHESIBUS quibusdam, quarum quædam con-
cernunt principia essendi, Θ. ♁. ☿. quædam cognoscendi ana-
logiam majoris & minoris mundi, & tertio principia seu metho-
dum curandi per similia.

In singulis ferè ex abyssō in mundanam hanc scenam pro-
deuntibus corporibus mixtis quinque observantur: TRIA NO-
BILIORA, sal, sulphur, mercurius, DUO IGNOBILIORA,
phlegma, seu aqua insipida, & terra. TRIA prima vocant
PRINCIPIA ὑποστατικά, cujuslibet rei constitutiva, eō modō,
ut actu inexistant, inque iis tribus latere ajunt τὰς δυνάμεις, o-
mnium actionum causas. Eadem designant fundamentum affe-
ctionum, coloris, odoris, saporis, inflammabilitatis, quæ elemen-
tis competere nullo modo possunt. Sal saporum, ♁ odorum,
☿ colorum esse fontem ajunt, τὸ φλογιστὸν etiam sulphuri acce-
ptum ferunt. ELEMENTARIIS duobus corporibus nullas
adscribunt actiones.

Geber de alchimia, seu traditione summa perfectionis lib. 1. part. 3
cap. 27. tria naturalia principia metallorum statuit: sulphur, arse-
nicum, & argentum vivum. Per arsenicum intelligit Θ.

M. Johannes Isaacus lib. 1. operum mineralium cap. 108. ea-
dem principia confirmat his verbis: sapientes omnibus rebus pro-
bè perspectis intelligebant, omnia primam originem duxisse ex
aquâ simplici, quæ erat quædam essentia mercurii, ac Deus ter-
ram suam in eâ collocabat, quæ terra in se naturam sulphuris ha-
bebat, & aquam illam coagulabat. Hæc duo manere simul non
poterant, nisi per quoddam medium. Id verò est sal.

Paracelsus paramiro lib. 1. de origine morborum è tribus primis
substantiis cap. 2. tria esse, quæ cuilibet suum largiantur corpus,
seu

seu quodlibet corpus in tribus consistere docuit, trium autem horum nomina hæc esse, SAL, SULPHUR, MERCURIUM. Tria hæc sunt in quolibet ligno, & in corpore humano. Quod ardet, sulphur est, quod fumat, mercurius est, quod relinquitur cinereum, sal est. Sulphur solum ardet: Mercurius solus fumat: in cinerem quod vertitur, solum sal est. In his tribus latent omnes morbi, & non in elementis. Et *libro de natura rerum I. qui inscribitur de generatione rerum naturalium*, Hermetis tres substantias, spiritum, animam, & corpus, ex quibus metalla generantur & componuntur, nihil aliud esse, quam sal, sulphur & mercurium statuit. Mercurius est spiritus, sulphur est anima, sal est corpus. Medium: quo spiritus & corpus uniuntur, subjungit esse sulphur, quod animæ respondet. *Aliis in locis plurimis* elementa nullius esse, ait, in mixtis efficaciam, omnibus destituta arcanis, non habere in se Cherionium naturæ, sed steriles saltem qualitates rellaceas innatas, in quibus nulla est confluentia innata, nulla conspiratio cum astris morborum; proinde nec ullam medicinam ex illis confici posse.

Et 1. tria utilia ostendit in lignis & in homine.

ea demq; comparat spiritui, anima & corpori.

Elementa inutilia principia vocat nullius efficacia.

Petrus Severinus Danus de medicina Philosophica cap. 7. agnoscit tria principia Aristotelica, materiam, formam, privationem. Admittit etiam *elementa*, at nullam iis *δυνάμιν* internam, sed steriles saltem caliditates, frigiditates, humiditates, siccitates, levitates, gravitates, in quibus nulla est impressio fecundanda, sine sapore planè insipida, attribuit. Extollit autem ALIA CORPORA ab his diversa, in quibus lateant *αἱ δυνάμεις*. Et illa judicat indigitare *Hippocratem* in libellò de antiqua medicina, ubi proficitur: *πάντα ἀπὸ δυνάμεων γίνεσθαι*, fieri omnia à potestatibus. Diversa hæc corpora seminum proprietates imitantur, quarum impressiones fecundæ sunt, & tincturam post se relinquunt constantem. In his SAPORUM, ODORUM & QUALITATUM omnium vitalium vestigia manifestè deprehenduntur. Et quamvis concurrant caliditates, frigiditates, humiditates, siccitates, ab iis tamen actiones non procedunt: pro præsentia solùm adstant legatorum comites. Designat demum certis nominibus principia, quæ corpora universa conficiunt, SAL, SULPHUR & MERCURIUM. Per sal non intelligit SAL comüne, nec per ♁ & ♃ , SULPHUR aut MER-

4.

Severinus agnoscit tria principia Aristotelica. Admittit etiam elementa.

Extollit tria principia, in his locat δυνάμεις Hippocraticas.

Colorum, saporum, odorum constituit fundamenta.

Non intelliguntur.

⊖. ♀. ☿.
communia.

MERCURIUM communem. Ex his nullum corpus constituitur cum sint individua in suo genere absoluta. Unumquodque horum tria in se pariter principia continet. Sed quia differentias trium substantiarum, ex quibus universa corpora componebantur, proprietates, conditiones in nullis totius naturæ speciebus magis explicatas animadvertenterunt, placuit ex iisdem appellationes mutare: idque philosophicâ autoritate.

♄.
Hartmannus
idem sentit de
principiis, ac
Severinus; ☿
statuit tria u-
tilia:

☿.

♀.

♁.

Duo elementa-
ria inutilia.

aquam

terram.

Hartmannus Severini vestigia κατὰ πόδα lectatus disp. hermeticâ de principiis rerum natural. realibus, in quâ aperitur & monstratur via vera ad vitalem Philosophiam adversus errores & παρὰ τὰς φύσεις materialium & elementariorum ambulatorum, PRINCIPIA TRIA adserit VITALIA activa & formalia corpora. ☿ vocat liquorem acidum, rarum, permeabilem, ætheream ac spirituosam substantiam, formæ proximum instrumentum, vitæ pabulum. Hoc reliqua duo actionum frequentiam ad ficcitatem & senium in horas festinantia, assidua irrigatione refocillat, & fluidâ labilique substantiâ mixtionem faciliorem reddit. In hoc COLORES potissimum conspicui. ♀ vocat medium spagiricum principium, quod licet apice sursum se erigat & jactans, ignis affinitate superbiat, crucis tamen appendice elementorum admisionem prodit. Hoc est humidum illud oleaginosum, viscidum, coloris naturalis pabulum, mercurii & salis gluten. ODORUM præcipua censetur origo. ♀ quadratum schema tertium notat principium, salis conditionem describens, quod, ut character innuit, maximâ cognatione terram attingit. Estque corpus illud firmum, fixum, substantificum, priora duo in unum compingens, congelans, & cuncta solida reddens. In salibus omnes SAPORES deprehenduntur. DUO subjungit ELEMENTARIA corpora mortua, carentia arcanis, nil nisi relolaceas & passivas qualitates possidentia, servilia pecora, perenni fluxu generationibus inservientia: AQUAM primum rerum elementum, humidum, insipidum phlegma, omni sulphure & mercuriô destitutum, nullô odore vitalive aurâ præditum, & TERRAM illam absurdam, arenosam, maledictam, seu cinerem omni sale per aquarum lixiviam exutum, caput mortuum, quod est alterum elementum siccum, grave, immobile, opacum, iners.

Hen-

Henningus Scheunemannus medicin. reformat. c. 1. cæcam
 & surdam omnem vocat philosophiam, quæ privationes, infor-
 mesque materias & mortuas qualitates sectatur, & ex his morbo-
 rum productiones, generationes, transplantationes produci,
 eorumque curationes absolvi posse, inani jactura pollicetur. Ele-
 menta vocat crassa corpora, à seminibus remotissima, idcirco
 mortua, arcanis carentia, nil nisi mortuas qualitates possidentia.
 ALIA CORPORA ab elementis diversa, quæ seminum pro-
 prietates imitantur, quarum impressiones fecundæ sunt, & tin-
 cturam post se relinquunt constantem, in quibus SAPORUM,
 ODORUM & QUALITATUM VITALIUM vestigia mani-
 festè deprehenduntur, designat Θ . Φ . Ψ . Ex horum corporum a-
 nalyti morborum origines & conjurationes peti debere
 & ad decem classes omnia refert. Sunt autem hæ: Ψ pneumosus,
 cremosus, sublimatus, præcipitatus. Φ congelatum, resolutum,
 coagulatum. Θ congelatum, resolutum, reverberatum.

6.
*Scheuneman-
 nus approbat
 principia.*

*ad eadem
 morborum
 causas refert.*

Crollius principia hæc agnoscit omnium conditorum pri-
 ma, ex quibus materia prima oriatur triuna, & post in quatuor
 distribuatur elementa.

7.
*Crollius prin-
 cipia hæc con-
 firmat.*

Quercetanus de rerum signaturis externis eadem tria principia
 defendit, & SAPORUM diversitatem à salibus, ODORUM
 à sulphure, COLORUM ex utrisque, præcipuè tamen à Mercu-
 riò, qui salem rerum omnium volatilem admixtum habeat, dedu-
 cit. *Idem* in defensione hermeticæ medicinæ contra anony-
 mum *lib. 1. cap. 14. pag. 126.* materiam, formam, privationem con-
 cedit, esse omnium prima & simplicissima principia, ex quibus
 res omnes naturales primùm constant, sed tamen esse solùm
 principia notionum, intellectu potiùs quàm sensu perceptibili-
 um. Proxima autem, ex quibus proximè res omnes mixtæ com-
 ponuntur & constant, vocat Θ . Φ . Ψ . phlegma, terram. Et in
processu capitis; tria formalia principia asserit, ornata atque di-
 tata primis ac præcipuis seminum astralium facultatibus. Ele-
 menta verò principia materialia simplicia vocat. Illis activas,
 his passivas tribuit qualitates. Elementorum autem visibilia
 corpora duo constituit, alterum *siccum*, terram scilicet damna-
 tam, alterum *humidum*, phlegma, nullò odore, sapore, vitalivè

8.
*Quercetanus
 tria hæc vocat
 fundamentum
 colorum, odorū,
 saporum.*

aliâ qualitate præditum, quodque totum humectare potest citra ullam ἐνέχυρον. AER verò tertium rerum elementum, *subjungit*, seorsim capi aut considerari nequit, sed vel in auras evanescit, vel sulphuri aut mercurio permistus manet, imprimis autem Mercurio. IGNIS elementum non agnoscit aliud, quàm cœlum & ætherem, à flagrando & ardendo dictum.

9.
 & admittit ut
 principia
 vocat, quæ
 tamen suffi-
 cient potentiâ
 in esse, neque
 etiâ omnia
 mista in
 ea resolvun-
 tur.

10.
 Beguinus.

11.
 Nollius.

12.
 Sennertus &
 Sperlingius
 singularem de
 principiis fo-
 vent opinio-
 nem.

Martinus Rulandus progymnasmatum alchimia, questione 4. sal, sulphur & mercurium perfecte mistorum principia *πρωταρχικά* vocat, disputatque contra illos, qui factitia esse, aut aliam formam à nativâ, mediante igni artificiali accepisse, nec esse à naturâ insita, sed arte acquisita interunt. Non tamen tanto perè actu inesse urget, sufficere judicat *quest. 5. δυνάμεις* ipsorum inesse. In-omnia mista in sunt & elementa mistis, non actu, sed potentiâ, quæ tamen nihilo fecius dicuntur principia rerum naturalium. Concedit *questione sexta*, non omnia facessere intra chemicorum principia, sed quædam in elementa tantùm. Ex aquâ & terra limus paratus, nec ♁, nec ☉, nec ☿ exhibent. Idem sentiendum de mineralibus, ex quibus non omnia eliciuntur.

Beguinus tyrocinio chimico ☉. ☿. ♁. vocat principia *πρωταρχικά* elementa verò *νοητικά*.

Molliori incedunt pede *alsi*, ut *Nollius vera physices compendionovo cap. 3.* Si ad elementa hæc principia referantur, & cum iis conferantur, non erunt principia. Si verò comparentur cum corpore, cui insunt, & ex quo per resolutionem artificiosam extrahuntur, principiorum *τῶν πρωταρχικῶν* rationem rectè subeunt. Phlegma autem & terram damnatam, cum non sint activa, è numero principiorum excludit.

Sennertus libro de Chemicorum & Galenicorum consensu & dissensu cap. II. Sperlingius instit. phys. lib. 5. cap. 4. ab antecessorum decretis secedunt multis modis, 1. trium utilium principiorum, ☉ ♁ ☿ solum faciunt mentionem, nullam inutilium, phlegmatis & terræ. 2. nolunt esse corpora simplicia ante elementa, sed 3. vel PRIMA MISTA, vel principia sui generis, quæ vel inter se, vel cum elementis mista omnibus concretis corporibus largiuntur materiam, formas tamen elementis nobiliores habent, à quibus odores, colores, sapes & inflammabilitas oriun-

oriun-

oriuntur. Idem paralipom. cap. 9. neque, inquit, proximè corpora naturalia perfecta vel generantur ex elementis, vel resolvuntur in elementa, sed ex mistis aliis, seu primis seu secundis, sub unius formæ dominio in unam naturam redactis constant, sicut & in ea resolvuntur. Equidem corpora talia ex elementis secundum materiam constant, verùm non sunt pura elementa, sed præterea à Creatore suas formas habent, quæ sunt rerum & elementorum vincula, & quæ diversa elementa uniunt, & unita conservant. Id quod manifestè in Θ e & Φ re apparet.

Thomas Willis, medicus Oxoniensis, priori diatribæ medico-philosophicæ, quæ inscribitur de fermentatione capite 2. quinque Paracelsica principia approbat, & doctrinæ de fermentatione accommodat.

CAPUT XVII.

Argumentis principia chemicorum adferuntur.

PRæter elementa talia corpora in mistis dari, eaque variarum affectionum, colorum, odorum, saporum, inflammabilitatis esse causas, confirmatur autoritate & rationibus.

AUTORITAS est Hippocratis, qui susque deque habitocalido, frigido, humido, sicco, libro de veteri medicina, alias actionum causas designat; & dubio sine hæc principia intelligit. *παντα ὑπὸ δυνάμειων. τὸ δὲ θερμὸν, ψυχρὸν, ὑγρὸν, & μεγάλην δύναμιν ἔχει. Omnia sunt à potestatibus: neq; calidum, frigidum, humidum, siccum magnam potestatem habet: Eadem principia delineare videtur per τὸ ὄξι, καὶ πικρὸν, καὶ γλυκὺ, καὶ ἀλμυρὸν, καὶ παντοῖον, acidum, amarum, dulce, salsum & omnigenum. Et libro de hominis natura, iterum nominat τὸ πικρὸν καὶ ἀλμυρὸν, καὶ γλυκὺ, καὶ ὄξι καὶ σφυφνὸν, καὶ πλαδαρὸν, καὶ ἄλλα μύελα παντοίας δυνάμειας ἔχοντα, πλῆθ' ὅτε καὶ ἰγνύ, amarum, salsum, dulce, acidum, acerbum, insipidum, aliâq; infinita, quæ pro copia & viribus varias habent facultates.*

RATIONES, quibus utuntur, varix sunt.

1. autoritate Hippocratis.

F 2

1. Ne-

I. Necesse est, colores, sapes, odores, inflammabilitatem, quæ mistis insunt, per commune aliquod principium actu inexistens inesse. Tale autem elementa esse non possunt; nullam enim ad has affectiones producendas habent efficaciam & potentiam. Ergò constituenda alia principia. Nulla autem commodiora, quàm Θ . φ . Ψ . colores Ψ , odores φ , sapes Θ , τὸ φλογισδὸν etiam sulphuri ferri possunt in acceptis.

II. Quicquid non habet actu colorem, odorem, saporem, καὶ τὸ φλογισδὸν, illud has affectiones alteri tribueré nequit. Sed elementa non habent has affectiones. Ergò nec illa rem sapidam, odoratam, coloratam, inflammabilem reddere queunt.

III. In quæcunque ceu in principia materialia corpora resolvuntur, exiis actu constant corpora, quæ resolvuntur. Sed corpora resolvuntur non solum in elementa, sed etiam in tria hæc: Θ . φ . Ψ . & duo alia, in phlegma, & terram inspidam. Ergo exiis constant actu.

Major.

Major est Aristotelis doctrinæ conformis, 3. de cælo cap. 3. r. 30. & sequent. Probat quatuor elementa esse in mistis, primum argumentum desumit à generatione, alterum à mutatione, tertium ab excretionem, quartum à motu. Tertium hujus est instituti ab ἐκκρίσει resolutione desumptum. Φανερά inquit textu 33. ταῦτα ἐξ ἐκείνων ἐκκενόμενα Manifesta sunt hæc ex illis segregata In quæ corpora resolvuntur per ἐκκείσιν ex illis constant per σύγκρισιν καὶ σύνθεσιν.

Minoris probatio.

I. in vegetabilibus.

Minor probatur experientiæ & sensuum testimoniò. Videmus vegetabilia, ut lignum viride combustum, fumare, ardere, & cineres relinquere. Jam, autore Paracelso antè allegato, quicquid fumat, Ψ , quicquid ardet, φ , in cinere sal est. Phlegma etiam & terra damnata sunt manifesta. Ad exemplum lignorum viridium etiam provocat Beguinus tyrocin. lib. 1. cap. 2. Hæc si cremes, inquit, egredietur primò aquosum quiddam, quod ignis flammæ concipiendæ idoneum est, & in fumum si convertatur & colligatur, in aquam resolvitur, diciturque Ψ : deinde exhibit oleaginosum quid, facile inflammabile, quod in vapores resolutum, si cohibeatur, in oleum abit, vocaturque φ : tandem remanet succum & terrestre, in quo Θ . Non elicerentur, nisi inessent.

Ex

EX ANIMALIUM partibus sal volatile, sulphureum oleum, & Mercurialem spiritum elici, res loquitur ipsa. 2. in animalibus

MINERALIBUS hanc anatomen competere docet *Quercetanus lib. 1. hermet. disciplina defensione cap. 16.* & quâ ratione 3. in mineralibus
Quercetanus.
 plumbum in tria principia resolvi queat, monstrare conatur.

Angelus Sala anat. § sect. 1. cap. 2. modum, quo ♁ in sua principia resolvatur, proponit. Sala.

Disquisitio Heliana ♀ ex ♂ & ♀ elicere docet.

Disquisitio Heliana.

Beguinus omne corpus mixtum in eadem principia factum ternariò constantia resolvi posse adserit, & ad inspectionem ocularem provocat *lib. 1. cap. 2.* Beguinus.

Libavius syntagm. arcanor. chemic. lib. 7. exempla plurima resolutionis vegetabilium, & *cap. 8.* mineralium & metallorum in hæc chemicorum principia, ex mente chemicorum proponit. Libavius.

IV. In microcosmò etiam sal, sulphur, mercurium actur, & reverâ talia in sanguine contineri probatur, ex saporum & colorum præsentia, quæ necessariò principiorum horum præsupponit existentiam. ACTU SALIA in sanguine redundare, manifestissimè evincitur ex sapore falso feri, & ex sale volatili, quod in magnò per retortam ex eo distillatur proventu: præterea ex scabie, pustulis & ulceribus falsò madore fluentibus. Serosum excrementum SANGUINIS, urina, nihil aliud esse videtur, quàm sal resolutum, quod in vesicâ, cœu mari occidentali, colligitur, postquam à mari mediterraneò (ita enim vena appellatur cava) separatum est. Tincturam & flavedinem suam urinam à sale actu inexistente habere, nihilque aliud esse quàm lixivium, statuit *Helmontius*. Alii sulphureo oleo eandem adscribunt. Idem confirmant exemplis SUDORUM salforum, qui nonnunquam linteaminibus stiriarum instar coagulati adhærescere observantur. In ALVI EXCREMENTIS fœtidum observatur ♀ . Imò crepitus ventris per indusium transmissi ad motâ candelâ sulphureum halitum repræsentant. Fimeta columbæria sale turgent. Augias rex Græciæ intelligens fimo subesse agrorum salinam luxuriam, jejunia eorum stercoratione saturare sibi turpe non putavit.

IV.

V. Salia in rebus, ex quibus eliciuntur, inesse, $\Phi\upsilon\sigma\delta$ nom

V.

F 3

verò

verò ex misto fieri, nec accidere solùm terrenis partibus, ut mi-
 tentur propter igneam exhalationem, in falsam qualitatem, sed
 tantum arte chemicâ separari confirmat 1. quod ubi sal ex ci-
 neribus plantarum aquæ affusione diligenter extractus est, et-
 iam si reliquam terram centiesuras, ulteriùs nihil inde salis eli-
 cietur. ☉ salis ♀, quantumvis multorum dierum spatiò paten-
 te igne aduratur, nullum amplius sal præbet. 2. Si adustione
 salia generarentur, absque quòd actu præinexisterent, quælibet
 res essent salis feraces. Sed lateres maximò ignis reverberii æstu
 excocti & calcinati, pulveriscentur licet, iisque aqua affunda-
 tur, nullum præbent lixivium acredinis alicujus aut falsedinis par-
 ticeps. Plantæ etiam aqueæ, ut cucurbitæ, nymphææ, nullum
 sal, quamvis adurantur, præbent: econtrà carduus benedictus,
 centaurium minus, absinthium, copiosum. 3. Sine omni cinere-
 scentis flammæ adminiculò, & absque omni adustione sal essen-
 tiale præbet terra nitrosa. 4. Vinum sine ullo extraneo calore
 tartarum à se expellit, & ad vasorum doliare affulas adpellit, qui-
 bus hoc firmiter adhærescit. 5. Solâ coctione è salinis puteis
 extractæ muriæ faceffunt in sal. 6. Salia essentialia apparent in
 liquoribus absinthii herbæ decoctis. Conspicienda ostendun-
 tur non ab arte, sed à naturâ. *Quercetanus hermet. disciplina
 defens. contra anonym. cap. 23.* refert, Cracoviensem medicum
 novisse artem parandi cineres ex omnibus plantæ cujusvis par-
 tibus, exiisque plantas excitare, lucerna fundo admotâ. *Idem*
 refert, Dominum de Luynes, in ædibus suis in lixivio urtica-
 rum combustarum colato & noctu congelato, manè vidisse ur-
 ticarum formas, radice, caulibus, floribus constantes. *Libavi-
 us Syntagm. arcanor. chim. lib 1. cap. 22.* in hac historia admiratur
 occultam Dei potentiam in naturâ, nec dubitat, in sale plantali &
 animali esse occultum quoddam semen, quod aliquando inde in
 actum prodit. Recenset in appendice hujus capituli in fidem ma-
 gisterii resuscitationis nostræ historiam plantulæ ex ∇ Trifelati-
 nâ (quæ est in Misniâ ad tres abietes non procul Cycnæâ ur-
 be) destillatâ enatæ, quam describit ex observatione Jeremiæ
 Cornarii, icone additâ: anno Domini M. DC. VIII.

*Quercetanus
hoc illustrat.*

*Libavius con-
firmat.*

VI.

VI. Quamvis multa sint, quæ principiorum chemicorum veri-

veritatem & primorum mistorum sinceritatem demonstrare possint, imprimis tamen aceti generatio ea declarare censetur. Miserè se torquent & frustra laborant, qui neglectis principiis chemicis, ex elementis simpliciter generationem aceti deducere conantur. Contra manifestè apparet, facilimum esse à principiis chemicis eam declarare. Acetum non fit nisi ex iis liquidis, quæ spiritum ardentem suppeditant. In hoc spiritu duæ rursus sunt substantiæ volatiles, altera sulphurea, altera falsa. Acetum fit, si pars sulphurea pereat, & sal volatile, à quo acrimonia est, figatur, seu fixus reddatur à tartaro.

VII. Metallurgi ut non producant metalla per novam generationem: ita nec ignis & chemicus. Separant solùm, & in apri- cum producant mineras, antè inexistentes.

VI.

CAPUT XVIII.

aliter de hypothesebus in genere, & in specie, de chemicis principiis sententiarum antiparacelsicorum mentem exponit.

Commendanda est chemicorum curiositas, de formâ suâ artis ritè effigiendâ & hypothesebus fulciendâ, sed opera danda fuisset, ut illæ sint veræ. Vanas & inanes suppositiones damnat Hippocrates libro de veteri medicina *διὸ οὐκ ἤξιολωγῶ γε κενῆς τινὸς ἰν τρικλῶ ὑποθέσεως δ᾽ εἶσθαι, ὡς περ τὰ ἀφ᾽ ἀνία καὶ ἀπορομήμα, non censeo ego vanis artē medicam hypothesebus, ut obscura, dubia & incerta indigere.* Non admittit inanes & commentitias, quibus nihil subest τοῦ πράγματος, & potiusque sapiunt πιδανλὼ ἀνάπλασιν τοῦ λόγου. Non admittendæ etiam sunt chemicorum suppositiones, & Paracelsica præjudicia, seu præcepta judicia, domo adlata, non ex ipsa re capta.

Et PRIMA quidem hypothesis si consideretur, agrè ferunt Aristotelici sacris initiati, antistites chemicæ eis ἔτερον γένος μεταβαί- νεσθαι falcem in alienam messem mittere, & quæ solis medicamentorum præparationib. debebatur, illam principiorum naturalium theoriæ & sanitatis morborumque causis se immiscere.

Equi-

Hypotheses utiles sunt, modo verae.
Vanas rejicit Hippocrates, & fictas, quibus nihil subest rei. Hujus culpa etiam consentur chimica.
I. Hypothesis.

Aristotelici agrè ferunt falcem in alienam messem mittere chemicos.

*Et principia
physica uerbare.*

Æquiori animò quidem id fieri posset, si non eò proterviã devenirent, ut naturæ bellum indicentes, *dictatoris summi* decreto, stabilita tria principia prima, materiam, formam, privationem, exque eorum legitimâ confociatione quaterna maximè simplicia corpora elementorum eliminare satagerent, non attendentes, quòd manifesta elementorum in suis operibus existent impressa vestigia: phlegma enim aquam, spiritus aërem, oleum ignem, solida substantia terram repræsentat. Hæc illi enim nominibus Θ . φ . Ψ . phlegmatis & terræ designant. Sal terrea, solidaque est substantia: Sulphur, oleum est ac ignis: Mercurius aër est ac spiritus: Phlegma est aqua. Se hæc ita habere probat *Zwingerus locò citatò cap. 10.* ex eo, quòd si jam factum sal continuò igne fatigetur, in cinerem abeat & terram. Oleum si incendatur, conflagrat & vertitur in ignem. Spiritus à suo phlegmate liberatus, dicto citius, nisi cohibeatur, in auras abit, & aërescit.

*Mitius sentiunt
de illis, qui ele-
mentis posteriora
agnoscunt.*

Mitius sentiunt de iis, qui salvis antiquis dogmatibus, Θ . φ . Ψ . non pro primis principiis, sed ex elementis PRIMA MISTA corpora agnoscunt. Offenduntur tamen rursus, quod affectiones corporum, odores, colores, sapes his primò attribuant, tum inflammabilitatem, quæ referri solent ad elementa.

*Elementis de-
bentur forma.*

His debetur forma substantialis, cui omnes *δυνάμεις*, Hippocraticæ agendi potentia & spiritus acceptum feruntur. Non agnoscunt *Zabarella & Billichius* misti formam ab elementorum formis re distinctam, sed ex iis unam factam: horumque sectatores unanimiter concludunt, cum chemicorum principia nihil rerum naturæ conferant ad essendum, nihil etiam conferre intellectui nostro ad cognoscendum & operandum, adeòque in solis elementariis qualitatibus acquiescunt.

*Patroni magni
adstant.
Erastus.*

Favent hisce partibus viri supra laudum positi præconia, qui Paracelsicam hanc nubem pro Junone amplecti nolunt.

Thomas Erastus disp. de medicina nova Paracelsi, parte altera principia Paracelsica acerrimè perstringit, & multis rationibus convellit.

Libavius.

Andreas Libavius, acerrimè ingenii vir, olim Jenensis Academiae Professor, in examine Philosophiæ viventis secundum descriptionem Hart-

Hartmanni statuit: principia Paracelsica non esse univocè principia, sed singula misceri elementis, igne dominante in ♀, aquâ in ☿. terrâ in ☾. Aerem dividit in olea aëria & liquores. Dotes & signa mercurii ☿. sulphuris ♀. & salis ☾ pluribus perstringit, & principia Aristotelica adferit modis.

Εναντιολογίας de colorum principiò exagitat, *examine eodem sect. 29.*

Idem principium ♀ suspectum reddit *singularium parte 3. lib. 1. cap. 4.* & bitumen potius tertium principium constituendum esse docet, non verò ♀. cum & ipsum ♀ minerale materiam suam bitumini debeat, ex parte tertiâ suæ compositionis. Illustrat quatuor rationibus, & concludit: Si itaque chemicorum principia aliquid merentur in disciplinâ physicâ autoritatis, bitumen erit ex eis unum, sal nitrosus calchantinus secundum, tertium liquor mercurialis.

Georgius Martini commentatiunculâ in libri, qui inscribitur *de chemic. cum Aristotelicis & Galenicis consensu ac dissensu c. 11. quod est de principiis chemicorum, tractationem questionis: an ☾. ♀. ☿. prima perfectè mista, & reliquorum perfectè mistorum sint principia*, plurib. exsequitur, rationes in illò librò adlatas, doctè sanè & pereruditè, quidque ponderis habeant, edisserit, eo nimirum fine, ut postliminii jure reducatur veritas doctrinæ de principiis Peripateticæ & Galenicæ, in ea loca, ubi exulat, vel stabiliatur, ubi nutat.

Acerrimi chemicorum principiorum oppugnatores & expugnatores alii etiam adsunt. *Hermannus Conringius de Hermetica medicina cap. 22.* *Johannes Zeisoldus*, Physicæ in hoc Athenæo Professor excellentissimus, honorarius, *dissertationibus physicis enucleatissimis.* *Anton. Guntherus Billichius* in *Thessalorèdivivo* Aristotelicæ philosophiæ pro salute, seu pro aris & focis nunquam non strenuè pugnant.

Et quidem admirandum est, veteres artifices, quæ metallorum transmutationibus, aut remediorum præparationibus intenti, casu fortuito invenerunt corpora, pro principiis habuisse diversis, & nullum commercium cum elementorum familia habuisse.

Ε' τινεσσι.
Mirum est veteres hac casu inventa corpora pro principiis habuisse.

liâ habentibus, imò, quòd hæc principia νοητικὰ, illa verò ὑποστατικὰ appellare non fuerint veriti, cùm tamen

- I. I. Ipsa sint horum soboles. Principiata sunt, ex elementis composita.
- II. II. Major difficultas deducendi affectiones corporum, colores, odores, sapes, ex Θ , Φ , Ψ . quàm ex elementis, ut pluribus ostendit *Martinius lib. de consensu & dissensu commentariò.*
- III. III. Non in omnibus mistis actu existere, sed in pluribus, imò maximâ eorum parte per ἀνάλυσιν de novo fieri, hoc confirmatur argumento: Ubicunque nova forma inducitur vel educitur, ibi res non latet actu in corpore, quod est subjecta operationis materia. Sed in plurimis Chemicis operationibus nova forma (vel res ipsa habens formam) educitur vel inducitur. Ergo in pluribus operationibus chemicis res non latet actu in corpore, quod est subjecta operationis materia.
- IV. IV. Pauca mista denominari possunt, in quibus actu latent olea, salia Θ , Φ , Ψ , ita ut per solem generationem secundi & tertii modi Aristotelici, assignati & illustrati producantur.
- V. V. Veritati dictorum principiorum multum derogat DISSENSUS procerum hujus artis, qui tantus est, ut sibi in nullis non contradicant.
 1. 1. Nonnulli elementis priora hæc esse principia ajunt, alii posteriora.
 2. 2. Nondum convenere inter se, cui debeantur colores, odores, sapes. *Dornaus de genealog. mineral. cap. 7.* colores ait provenire à sale naturæ, in quo consistunt unâ cum balsamorum, & coagulatione. *Faber myrotheciospagyrico lib. 2. c. 9.* colores adscribit Φ . Alii Φ primum odorabile statuunt, & reliqua omnia talia esse propter Φ . Sal primum esse lapidum & gustabile, ac omnia, quæ saporem habent, cum propter sal habere nonnulli tradunt. Alii advertentes, non omnis saporis, non dulcis, nec acerbi, nec austeri aut acidi subjectum sal esse, differentias saporis deducunt à Φ & Ψ , dulcem à sale, cui sulphur, acidum verò, cui Mercurius mistus. Variato alterutro horum principiorum, variantur vel abeunt sapes. Mel cum aduritur, amarescit,

scit, acrimoniam consequitur delectâ dulcedine, quia partes sulphureæ, in quibus dulcedo residebat, adimuntur.

3. An actu hæc principia in mistis insint, an potentiâ, etiam dissident. *Martinus Rulandus progymnasmatum alchem.* concedit *δυνάμει* inesse: alii pro actuali inexistentiâ tanquam pro aris & focis pugnant.

4. Dissensus maximus suspectam doctrinam veterem reddit in eo, quod nonnulli recentiores eminentissimi de inutilibus nihil, de utilibus tribus, eam foverint sententiam, diversam à prioribus, quòd Θ . φ . Ψ . sint prima mista corpora. Nascitur inde dubium ingens. Oporteret esse in omnibus actu, & omnibus per *ἀνάλυσιν* educi. Sed in multis corporibus majore compositione constantibus, illorum nullum ad oculum demonstrari potest vestigium.

VI. PRIMA MISTA esse ex elementis, & secundum materiam ex elementis constare dici non potest. I. Quomodo enim ex illis venire possunt qualitates, quas elementaribus nobiliores esse dicunt? nempe sapes, odores, colores & inflammabilitas? In scholâ Peripateticâ primum mistum statuitur exhalatio, fumus videlicet vel vapor, Θ verò, φ , & Ψ referuntur inter perfectè mista. Deinde, dici non potest, præter materiam ex elementis, habere formas, quæ sint elementorum vincula. Veriùs dicitur, virtutes elementares in materia esse dispositiones pro forma misti. Hæc sunt causæ, quibus sine non potest esse forma in materia, hæc servant unionem formæ & materiæ. Hinc extinctô calidô innatô cordis, perit & moritur animal. Tertiò, affectiones memoratæ, color, odor, sapor, inflammabilitas, à primis illis mistis emanare nequeunt, nec ratione formæ, nec materiæ. Non ratione formæ. Formæ enim non cadunt sub sensum. Exploderetur, qui diceret formam alicujus corporis substantialem albam, nigram, flavam, viridem, fœtidam, bene odoratam, dulcem, amarâ. Deinde, nec materiæ affectiones hæc in acceptis ferri queunt: nam, ut ipsi volunt chimici, hæc est merè elementaris naturæ, quæ nec lapida est, nec colorata, nec odorata, affective vel effectivè. Ergo sic nec ab his principiis ratione materiæ qualitates illæ derivari queunt, nec meliùs

3.

4.

VI.

An prima mistica sint, dubium est.

I.

2.

se expediunt hi scriptores ac aliàs peripatetici. *Quartò.* Entibus istis, quæ corpora vocant composita & perfecta, suâ materiâ, suâq; formâ constantia, definitio principiorum nullo modo competere potest. Nam principia, *autore Philosopho*, oportet non esse ex aliis, i. e. ut principiis, in eo genere, quo ipsa sunt principia. Entia autem illa, uti habent materiam, ita & ipsa dicuntur materia, i. e. uti sunt ex alio, ita & ex iis sunt alia.

VII.
Causa morborum variis modis explicantur à chemicis,

VII. Cùm ad causas morborum Paracelsici sua principia & tartarum accommodant, bone DEUS, quæ non adferunt rationi insona ! Unicus in scenam procedat *Scheunemannus*. Varietates ab eo adsignatæ sunt ociosi hominis figmenta. Ipse auctor *Ascherslebi*, teste fide digno *Johanne Engelbarto*, ejus urbis tum Physicò ordinariò, & Illustrissimi ac Celsissimi Principis ac Domini, DOMINI LUDOVICI ANHALTINI &c. ob heroicæ virtutes, seculorum memoriâ dignissimi, archiatrò, privatæ & ab omni conversatione politicâ alienæ vitæ deditus latebat, valetudinarius, calculi & arthriticis doloribus alternatim ludibria debens. Medicamenta ab illo proposita ænigmata sunt, lucem fugientia, nullis ægris communicata, fortè etiam non præparata, neq; ab experientiæ luce irradiata fuere. Credit ipse, quæ somniavit, & ex fertilitate ingenii excogitavit.

CAPVT XIX.

argumenta pro chemicorum principiorum patrocinio allata ventilat.

Primum ab autoritate Hippocratis productum argumentum diluitur.



AUTORITAS Hippocratis, indeque speratum patrocinium, nullum censetur hîc habere locum. Id solum docet: ὅσα κακοπαθεῖ ἄνθρωπος, πάντα ἀπὸ δυνάμεων ἐρχεσθαι, omnia quæ homopatiuntur, à potestatibus oriri mala. Potestates illæ etiam sunt in qualitatibus primis, non in abstracto, sed concreto consideratis.

Hippocrates non simpliciter rejicit primas qualitates.

Qualitates primas non simpliciter rejicit Hippocrates, sed propter hypothesin aliorum suspectas facit. Considerabant enim illas abstractivè solum, eorum ut materialium, & concretivè

tivè sumtorum ferè penitus obliti. Hippocrates autem volebat, non qualitatem nudam, sed solùm cum materia conjunctam ad morbos facere. Hinc duo morborum principia materialia, πνεύματα καὶ ῥεύματα, non inò locò ponit. Qualitates cum materia junctæ otiosæ planè non sunt. Πῦρ, inquit, librò de dietâ, πάντα κινεῖν, ὕδωρ πάντα τρέφειν δύνηται. Ignis omnia movere, aqua omnia nutrire potest. Ad hunc mitiorem sensum verti potest, cum negat, calidum, frigidum, μεγαλύτεν δύναμιν ἔχειν, aliàs sibi non leviter ipse contrariaretur. Nam lib. de natura humana, & 5. aphor. 16. calido tantò plus tribuit. Contradictionem hanc ut evitaret *Billichius*, dubitavit cum multis, an liber πρὸς ἀρχαίης ἰητρικῆς sit genuinus. Quantumvis autem τῷ πικρῷ, ἀλμυρῷ, &c. multum tribuat, inde tamen non evincitur, ipsum docuisse, δυνάμεις illas à θ. ♀. ☿. ceu principiis humanum corpus constituentibus oriri.

Malè merentur de innocentia Peripateticorum, qui ipsis imputant, quod ubique alicujus effectus in natura causa reddenda est, statim ad qualitates primas confugiant, sed contra leges demonstrationis, quæ semper cujusque effectus, & accidentis causam proximam requirit. De Peripateticis id non magis, quam de Hippocrate verè dici potest. Non enim hi solas ac nudas qualitates primas adducunt, sed certo modo temperatas, aut in certis subjectis existentes. Docent hoc abunde definitiones colorum, saporum, odorum, & coctionum genera.

Non nudis
qualitatibus
primis inni-
tuntur Peri-
patetici.

AD RATIONEM PRIMAM, quæ erat: Ad quod producendum elementa nullam habent efficaciam, id dare vel conferre non possunt. Sed elementa ad producendum colores, odores, sapes, nullam habent efficaciam. Ergo.

Prima ratio.

Respondetur, negando minorem. ἢ habere & inesse dupliciter intelligi potest: 1. κατ' ἐντελέχειαν. 2. κατὰ δύναμιν. Quicquid elementa nullò modò habent, neque virtute efficiendi, ad illud producendum nullam habent efficaciam, vel illud dare sive conferre non possunt. Jam negatur minor propositio. Quamvis elementa non contineant istas qualitates, colorem, saporem, odorem, actu, continent tamen virtute efficiendi, eò modò, quò omnis causa continere, vel in se habere dici-

Et
distinguendo.

tur suum effectum : in potestate quidem efficiendi , si sit efficiens , in potestate autem passivâ & receptivâ , si sit materia seu subiectum.

Non est necessum , ut efficiens causa formaliter sit id , aut actu habeat illud , quod efficere aptum est natum. Quidnî itaque & elementaris vis id conficiat , quo actu destituitur , aptam modò materiam fuerit nacta? Cœlum , ipsò *Quercetanò defens. Hermet. disciplin. cap. 14. teste* , licet nullius complexionis , nec calidum , nec frigidum , nec humidum , siccumvè sit , aut dici possit , omnibus tamen rebus ex suâ scientiâ & prædestinatione calorem impertit , frigiditatem , humiditatem , siccitatem. Sol calefacit , ipse tamen calidus haud est. Ignis generatur ex ferri & silicis contactu , neutrum tamen calidum est aut igneum actu. Sicut in ferro & chalybe est visignifica , in pyro vispyifica , & ratione hujus virtutis ignis est in ferro & silice , pyrus in pyro , ita in elementis est vis odorifica , & saporum & colorum formes : continentur enim in Elementis , eorumque qualitatibus , partim ut in efficiente , partim ut in materiâ.

II. argumen-
tum.

II. Alterum argumentum ex ante dictis resolvi potest : inverti etiam potest hoc modò : Quod principia chemicorum actu non habent , illud etiam conferre non possunt. Sed colores , odores , saporos , inflammabilitatem non habent. Ergo eadem conferre non possunt. Minor confirmatur domestico chemicorum testimonio. Non intelligunt hi per principia sua vulgaria & usualia , quæ suos habent colores , saporos , odores , inflammabilitatem , sed plura , harum qualitatum expertia.

Ad tertium re-
spondetur.

I.
ad majorem
propositionem.

In TERTIO ARGUMENTO major , quæ erat : *In qua corpora resolvuntur , ex iis constant* , cum grano salis est accipienda. Vera est de partibus physicis essentialibus. Sic homo resolvitur in corpus & animam. Egò ex iis constat. Vera etiam est de τῆ ἑλῆ ἐμμενέσῃ , de materiâ immanente , & partibus , integrantibus , se ipsis actu existere potentibus , vel ejusdem rationis , vel diversæ : *ejusdem rationis* , ut cùm aqua in plures particulas , quarum quælibet est aqua , dividitur : *diversæ rationis* , ut cùm domus in ligna , lateres , lutum : animal in ventres & artus ; dissimilares
in

in similes partes dividuntur. Partes hæ sunt materia immanens, quæ actu integræ manent in composito.

Quod si major de his partibus actu inexistentibus materialibus, ex quibus compositum conflatum est solis non intelligatur, sed ulterius *πρὸς τὴν ὕλην παρεκβαίνουσαν*, ad materiam transeuntem, adque ea, quæ composito, non actu, sed potentiâ tantum inexistant, extendatur, multis faller modis. Compositionis hujus exemplum in elementis proponit *Philosophus de cælo lib. 3. cap. 3. ἐν μὲν σαρκὶ, αἷτι, καὶ ξύλω, καὶ ἐκάσῳ τῶν τοιούτων ἐνεσι δυνάμει πῦρ ἢ γῆ, φανερὰ γὰρ ταῦτα ἐξ ἐκείνων ἐκκελόνμενα. in carne enim, & ligno, & unoquoque talium inest potentiâ ignis & terra: manifesta enim sunt hæc ex illis segregata.* Cum composita in hæc resolvuntur. falsum est, actu ex iis constare, sed quæ fiunt in hac resolutione, potentiâ inerant, & per novam fiunt generationem, quâ distinctis temporum intervallis, aliæ atque aliæ introducuntur formæ. In ultima resolvi nequeunt, nisi actu inextiterint antea: est enim id contra naturam transmutationis.

Vulgaribus exemplis idem illustrari potest: Caseus resolvitur in vermes: ergo ex iis constat. Cibi resolvuntur in chylum, chylus in sanguinem. Ergo ex iis constant. Fumus & flamma per combustionem corporum oriuntur. Ergo actu in iis delituere. Conclusiones absurdæ. Ergo altera præmissarum. Non minor: ergo major.

Non omne ergo, quod ex aliquo producitur aut elicitur, statim actu inest. Quædam quæ CHIMICE fiunt, in sunt potentiâ, quædam actu. Quæ ACTU INSUNT, producuntur per generationem secundi & tertii modi, ab *Aristotele I. de generatione & corruptione cap. ultimo. t. 84.* propositam, & separantur vel 1. per disgregationem coexistentium *μετατοπιζῶν*, localem, vel continua dislocantem, vel 2. per disgregationem localem actu inexistentium. Prioris separationis exemplum sunt corallia, margaritæ, cum eorum corpora coexistentia & integraliter unita discontinuantur per menstrua corrosiva. Posterioris exemplum sunt succus ab herbâ viridi separatus, & oleum ex semine lini, nuce moscatâ, juglande, expressus. Quæ verò POTENTIA in sunt, producuntur per generationem primi modi ab *Aristotele*

le

le locò citatò propositum, per ἀλλοίωσιν μεταβλητικὴν *transmutationem substantialem* seu separationem corruptivam, ut cum una res interit, & alia inde oritur. Ita ex ligno fit sal per combustionem. Hic occurrit transmutatio rei subjectæ, quâ una res interit, & prodit sive oritur alia. Adest hîc resolutio & separatio μεταβλητικὴ, non μετατοπικὴ. Deinde non inexistere actu, inde etiam probatur, quòd educantur ex materia subjecta per veram actionem productivam. Quod autem ita producitur, non est actu in materia subjecta. Materialia principia non nisi potentia sunt id, quod ex iis nascitur, minimè verò actu.

2. Minoris in tertio argumento infirmitas magna est.

I.

Non ens est univèrsalis hac anatome.

Etiã in mineralium classe culter chemicus hebes est.

MINOR etiam, quæ erat: *sed corpora resolvuntur in tria hæc* non est integræ fidei. Non omnia concreta admittunt resolutionem in tria corpora hæc: Modus autem resolutionis notat modum compositionis. Ergò neque ex iis constant.

Ex superabundante inverti potest argumentum. In quæ non fit resolutio corporum mistorum, ex illis etiam ea non constant. In tria ista corpora non resolvuntur mista. Ergò neque ex iisdem constant, adeoque non eorundem sunt principia.

Minoris confirmatio hæc est: In metallis cultrum anatomicum hebetem, neque ex omnibus principia hæc elici posse, ostendunt *Conringius de Hermeticâ medicinâ cap. 22. & Billichius lib. 1. observ. & paradox. chemic. cap. 2.* Non ens est Θ & Ψ rius Θ lis, Δ næ, Γ ris, Φ ris, $\text{I}ni$, $\text{Z}vis$, $\text{J}nii$.

Adamas, ipse *Quercetanus librò de prisca medicina cap. 2.* inquit, omnium factus lapidum durissimus ac solidissimus, ex ætissima principiorum unione ac cohærentia, quæ nulla arte separationis in solutione suorum principiorum principalium disjungi queat.

Responderi etiam potest, corporum resolutionem magis evincere elementa. Id declarari potest exemplo lignorum viridium. Quod si concremetur lignum viride, inquit *Billichii Thesalus cap. 10.* videbis in sudore aquam, in fumo aerem, in flamma & prunis ignem, in cineribus terram. Idem in unoquoque horum seorsim quatuor elementa demonstrat ad oculum, eòdem artificio, quo in ligno viridi.

IV. QUAR-

ostenduntur, per novam generationem ritè producta fuere.

V. ratio ventila-
latur.

1.

V. Quintum argumentum, exemplò salium iterum innixum, plura habet membra. 1. Eductio salium non procedit in infinitum. Non totum mixtum aptum est, ut in sal convertatur. Ex ipsorum chemicorum sententiâ, datur terra inutilis in mistis, relollacea, nullius virtutis: quomodo ergo ignis illam in sal convertere potest? Operationes chemicæ non simpliciter sunt artificiales, sed succedunt tum demum, ὅταν ἡ φύσις συμπράττει τῇ τέχνῃ, cū in objectâ materia aliquid superest, ex quo per ignis adminiculum aliquid per generationem elici potest. Illud autem in vero ☉ non datur. Sic cum ex cineribus absinthii post incinerationem sal est extractum, cineres illi spoliati sunt omni materiâ, ex qua porò sal confieri queat.

2.

2. In altero membrò negatur consequentia. Non enim quodlibet generatur ex quolibet. Lateres cocti nullum sal præbere queunt, quia sunt damnata terra. Aquæ plantæ parum salis præbent. Quamobrem quædam vegetabilia, ut lignum sanctum, helleborus, parum salis præbeant, hanc causam adsignat *Zwelfers mantissa Hermetica cap. de salibus*, quod vegetabilia modicum salis fixi suppeditantia, plure sale nitroso, quod oleorum resinoso firmiter adhæret, sunt imprægnata. Id ipsum oleum, cum in calcinatione vegetabilium deflagrat, rapit secum sal suum homogeneum nitrosum, quo absorto exiguum quid relinquitur salis fixi: non secus ac ☉ ipsum, si resinâ aliquâ permixtum, ignique immediatè injectum, totaliter consumitur. Fluit autem idem diu multumque in igne, si immediatè ab eo non tangatur.

3.

3. Terra nitrosa sal præbet actu ante existens: collegit matricem hanc ex urinis animalium. Præter nitrum enim nativum, quod vel in terræ mineris, vel fluminibus ac fontibus reperitur, datur etiam factitium, ex nitrosâ tali terrâ confieri solitum, terrâ nempe, ab urinis animalium, ovium, boum, vaccarum imprægnatâ. Fimus enim columbinus & anserinus præclaram materiam nitri præbere solet, hocque nitrum evadere optimum, cæterisque omnibus præstare, docet *Quercetanus lib.*

nus lib. de priscâ medicinâ cap. 3. Inde autem non adseritur affectata principii dignitas.

4. In multo tartarus actu adest, ut pars compositi. Feculentus secedit in doliis, fundoque & lateribus adherescit, per generationem secundi & tertii modi, non primi. Inde verò principiorum chemicorum nulla confirmatio expectanda.

5. Cum ex muriâ fontium salinorum solâ coctione conficitur sal, inde nihil colligi potest, quod salis actualem in mistis inexistenciam confirmet. Muria illa est sal ipsum aquis sylvestribus dilutum. Facile itaque solâ coctione & exhalatione aquei liquoris sal ad talem consistentiam redigi potest. Exinde colligi non potest salis ut principii præsentia.

6. Salia essentialia, Tartara crystallina ab *Angelô Salâ* appellata, subsident: subsident in aliis etiam lutosa, argillosa. Inde nihil ad adserenda principia chimica, & salia actu inexistencia colligitur.

Exempla *Quercetanea* stupenda & suspicienda, (ut à *Begui-* *no* appellantur) ut aliter sentiamus, non persuadebunt, ait *Thessalus* in *chimicis redivivus Billichii cap. 7.* *Exempla nihil probant.*

PRIMA relatio de Medico Cracoviensi suspectæ fidei. Demonstrationes experientia aliena, nullas verò domestica sua confirmatas se habere, etiamsi nihil non fecerit, ut haberet, *addit.* Suspectum est testimonium, quod autorem suum vel ignorat, vel non audet prodere. Nomen excidisse, *inquit Quercetanus.* Sed quis credat, tam labilis eum fuisse memoriæ? Magnus erat medicus, & amplæ famæ. Parva latent, mediocria apparent, magna eminent. NON hæ demonstrationes sunt, *concludit Billichius,* sed veritatis ludibria.

ALTERUM exemplum *Quercetaneum* stupidum planè est, Glaciem hyperboreô rigore, marpesiæ cautis instar, stantem vidit Dominus de Luynes non salia formis variis micantia.

Cornarii resuscitatio est NONENS CHIMICUM. In qua Trifelatina in Misnia ad tres abietes non procul urbe Cycnea hoc factum *ait* miraculum, Sed nec de hac aqua, nec de loco quicquam constat Cycneis. Non temperassent sibi annales, non memoriæ hominum siluissent. *Quercetaneæ* relationi habuisse fidem,

indeque admiratum fuisse occultam Dei potentiam in naturâ , nec dubitasse in sale plantali esse occultum quoddam semen , quod inde aliquando in actum prodit, ex eoque petere argumentum, quo facilius resurrectionem corporum nostrorum intelligere possumus, *Libavium*, in prodigiis numerandum, cum ille vir ad rationis trutinam nihil non appenderit, in oculisque habere solitus fuerit generosam *Philosophi* sententiam, *i. de moribus* *cap. 4.* propositam: δόξειε δ' ἄν ἴσως βέλιον εἶναι καὶ δεῖν ἐπὶ σωτηρίας τῆς ἀληθείας καὶ τὰ οἰκεία ἀναγεῖν. Ἀμφοῖν γὰρ ὄντοισι φίλοι, ἴσιον προσιμαῖν τὴν ἀλήθειαν.

Idem iudicium meretur ejusdem *Libavii* propensio in Cornarianam resuscitationem. Dedit eo ipso aliquid amori amici non in postremis, viri magnæ autoritatis & celebritatis. Verisimilior tamen est hæc relatio. Fieri potuit, quod semen aliquod in fundo vasis delituerit.

VI.

VI. Aceti generatio à Galeno, Zabarella, & aliis tradita non exhaurit difficultates, nec tenebras, quibus eandem natura involvit, dispellit. Ingeniosa & judiciofa est chemicorum, habet tamen multos scrupulos & scopulos, neque suorum principiorum, aut primorum mistorum actualem inexistentiam eo, quo illi volunt, modo in apricum ponit. Adest in vino, adest in aceto. Salia in vino & aceto adsunt fixa & volatilia. Ex elementorum mistione provenêre singula.

VII.

VII. Exemplum ἰῶν μεταλλουργῶν, ab iisque desumpta comparatio parum probat, nec universaliter procedit. Diversa horum & chemicorum sunt opera, diversæ etiam operationes. Major ergo negatur. Metallorum actio non est productiva rei de novo, sed segregativa. Illi liquant metalla, separant separanda, impurum à puro, cuprum ab argento. At chimici non semper purum ab impuro separant, aut continua disjungunt, neque minarum particularum divisionem moliantur, sed quandoque etiam totum immutant per agentia applicata, & esse substantiale per substantialem corruptionem rei tollunt, ut novam moliantur & condant. Sic salia cineritia non fiunt, nec fieri queunt, nisi per veram productionem, & cum interitu rei subjectæ, ut, nova res dum fit, prior aboleatur, per formæ suæ abjectionem.

CAPUT

CAPUT XX.

Altera hypothesis Paracelsicorum, de analogia & similitudine utriusque mundi, omniumque rerum in parvo mundo existentia, ejusque cognitionis ex astris origine ventilatur.

A *Naxagoras* statuebat *πανταεργυλαια*, quâ omnia continentur in omnibus.

Anaxagora,

Platonici censebant, omnes res in naturâ esse per semina, in animâ per rationem, in mente per ideam, in Deo per eminentiam.

Platoniconum hypothesis.

Paracelsici addiderunt quintum ordinem, quo **TOTUS MUNDUS INSIT IN HOMINE**. Omnia, hæc est ipsorum hypothesis, & singula, quæcunque sunt in mundo majori, esse etiam in minori, realiter, oculariter, sigillatim & singulatim: secundum speciem non mortua, sed viva, eamque facere tum ad felicius inveniendam & constituendam medicinam, tum etiam exercendam.

Paracelsica thesios summa.

I. CONVENIENTIA QUOAD NATURAM & ESSENTIAS rerum ostenditur à *Paracelso* in *Paragrano*. Ex iis, inquit, quæ extra sunt, compone totum hominem, & invenies in ipso omnium materialium corpora, **OCULARITER**, omnes species membrorum, sanitatis & morborum, & juxtâ omnes eorum essentias, quomodo se habent ad se mutuò. *Addit*: par numerus eorum, quæ in firmamento sunt, & quæ existunt, in hominis corpore, nec plura, nec pauciora. Vult, medicum cognoscere in homine caudam draconis, arietem, axem polarem, lineam meridionalem, orientem atque occidentem. *Præterea* verum medicum esse scribit, qui possit dicere: hoc in homine est saphirus, hoc mercurius, hoc flos cheiri.

Convenientia quoad essentias asseritur à Paracelso.

Petrus Severinus ideâ *medicina philosophicæ*, medicus universæ naturæ latitudinem, omnes omnium creaturarum species & genera in homine intuetur, inquit: Si mineralia, metalla & gemmas inquirat, si canopum, stellasque ursæ oppositas

Severino.

positas, si animalium miras & monstrosas species intueri vult, humana natura omnia ostendet, & longe majora. Neque est alia ratio ad vitalis astronominae methodum restituendâ accommodatior. *Alibi tamen* cautiùs loquitur. Non oportet, *inquit* c. 13. formas ipsas & externas naturalium rerum formas, bovem, cupressum, fagum, vitem, in microcosmi anatomia inquirere, sufficiunt proprietates scientiæ, dona, prædestinationes, tincturæ, seminales vitæ & potestatis custodes.

Crollio.

Crollius repetit *præfatione*: homo totius mundi partes habet. Est in nobis totum firmamentum cum stellis & planetis. Quot species mineralium in mundo, tot in homine. Magnus & parvus mundus sunt unum in essentiâ & formâ internâ, & iidem saltem externâ discernuntur.

Communis a-
liorum senten-
tia.

1.
2.

Omnes eò inclinant: Ut magnus mundus constat corpore externo visibili, & interno spiritu invisibili, qui anima mundi dicitur: ita etiam in homine est corpus physicum, & spiritus internus olympicus, qui homo olympicus interior & invisibilis dicitur. 2. Ut visibile mundi corpus dicitur in cœlestem & elementarem globum, quorum ille firmamentum cum astris, hic aquam & terram cum omnibus ex eâ nascentibus completitur: ita & hominis corpus totum cœlum cum omnibus astris includet, etiam terram cum omnibus vegetabilibus, animalibus & mineralibus.

Rationes pro
analogia.

1.

RATIONES eorum autorum pro hâc analogiâ hæ sunt: 1. Homo est filius magni mundi: cœlum pater & terra mater. Qui novit patrem, novit etiam filium, Filius habet in se omnia realiter, quæ habet pater; quæ in causa, sunt etiam in causato. Ergò etiam microcosmus omnia in se continet, quæ habet macrocosmus.

2.

2. Imago respondet suo prototypo. *Autore Thomâ*, imago dicitur ab imitando, quasi imitago, quia fit ratione prototypi, seu primi exemplaris, estque similitudo ad idem representandum expressa. Homo est imago magni mundi. Ergò exactè respondet ipse, cum partibus suis, magno mundo. Inde rectè etiam appellatur microcosmus.

3. Ex quo homo factus est, id in se fert homo. Sed factus est

ex

Ex mundo : extractum enim est quatuor elementorum. Ergò mundum in se fert homo.

II. CONVENIENTIA QUOAD MORBORVM GENERA & SPECIES ex eâdem analogiâ petitur. Quot enim sunt partium differentiæ, tot etiam actionum species, tot permutationum & vicissitudinum morborum, ex suis qui oriuntur seminibus, genera, & proinde, qui horum numerum nescit, illorum etiam varietatem & differentias ignoret, necesse est. Qui nescit, inquit Paracelsus in Paragrano, quid faciat cuprum, & vitriolata, is nescit quid faciat lepram. Qui nescit, quid faciat, æruginem, is nescit, quid faciat ulcera. Qui nescit, quid faciat terræ motum, is nescit, quid faciat febrilem rigorem. Oportet, ut mundus det medico scientiam parvi mundi. Qui cognoscit crescentia & fructus terræ, herbarum, arborum, quod videlicet omnia ex semine & astris progrediantur, ille simul cognoscit in corpore physico tam varios morbos latere, qui morbi non ex quatuor fictitiis humoribus, sed propter analogiam majoris & minoris mundi, è SEMINE veriùs oriuntur.

II. Conventia quoad morborum genera.

Statuit etiam, morbos non referri debere ad humores, sed dicendum esse: hic morbus est acorinus, antheræ, pulegii, melissæ, fabinæ, hellebori, napellinus, arsenicalis.

Libro de caduco matricis docet, astra matricis morbis omnibus præbere originem. Astrum ignis in macrocosmo tonitru, terræ motum, aëris fragorem, aquæ sonitum excitat. Id applicat ad morbos uteri.

III. CONCORDANTIA macro- & microcosmi AD CURATIONEM etiam facit. Qui Philosophus est, factus ex lumine & cognitione naturæ, is debet pedem inferre tandem in medicinam. Conversio & permutatio illa facit medicum, quando ex macrocosmo fit microcosmus. Et porrò inquit idem Paracelsus: Ex hâc anatomiâ ratio procedit fabricandarum receptarum, ut membrum membro, arcanum arcano, morbus morbo concordet. In hoc est momentum, & non in gradibus. Contraria contrariis non curantur, sed morbi curantur arcanis. Hæc sunt verè contraria quæ se pellunt. Ita scorpius curat scorpionem: realgar suum realgar, mercurius suum mercurium:

III. Concordantia ad curationem, auctore Paracels.

melissa suam melissam : membrum majoris ad membrum minoris accommodatum.

Crollio.

Crollius, anatomia, *inquit*, effata & elementata ostendit morbos & recepta. Membra magni sunt remedia membrorum parvi mundi. Qui scit, quomodo astra mundi exterioris, quæ sunt remedia, concordanda sint cum astris interioribus hominis, ex quibus morbi oriuntur, is omnes curare morbos potest. Est enim astrum cujusque rei vera medicina, sulphur vitale, & balsamum naturæ, cujus potestate omnes omnium morborum causæ absolvuntur.

Hartmanno.

Hartmannus natura consulto medico, etenim, *inquit*, ad naturam bene movendam, quicquam stabile perpetuumque adhiberi posse negatur, etsi quis probè omnia majoris mundi opera cum minore conferre didicerit.

In eandem sententiam *Mylius in prefatione tomi i.* postquam majoris mundi œconomiam perscrutatus fuerit, & sibi cœlum & terram, & omnia, quæ in eis sunt, familiaria reddiderit, tandem ad minorem mundum conversus, in eodem omnia illa explorari & gubernari poterunt singula, ad conservationem & restaurationem facientia.

Origo cognitionis hujus analogia.

UNDE HÆC COGNITIO oriatur, noluit etiam reticere *Paracelsus*. Ex phantasiâ proprii cerebri, *inquit*, id ipsum non intelligitur, sed ex lumine naturæ, quod accenditur à nono cœlo, quod discipulo suo sapientiam & intelligentiam revelat per sua opera.

In eandem sententiam *Crollius* : cœlum est doctor omnis sapientiæ mundanæ, totiusque medicinæ. Quemadmodum calor fornacem ferream, & sol vitrum penetrat, ita etiam hominem sidera cum omnibus suis proprietatibus : sicque ex sideri firmamenti spiritu possumus omnia naturalia discere. Porrò firmamentum est lumen naturæ, quod homini omnia naturaliter infundit.

Præterea cœlestia, *ajunt*, disci ex astronomiâ, sublunaria ex philosophiâ, illique succenturiatis artibus, physiognomiâ & chimiâ. Hæ sunt artes venatrices subsidiariæ.

CAPUT

CAPUT XXI.

ostendit analogiam hanc esse vanam.



Analogia est proportio, aut convenientia, aut comparatio inter multa, eodem nomine significata: analogum verò est, quod continet ordine quodam, unum prius, alterum verò posteriùs. Triplex autem est omnis analogia: 1. inæqualitatis, 2. proportionis seu attributionis, & 3. proportionalitatis.

Analogia attributionis constituit analogum per se, quod tribuitur pluribus cum ordine quodam, & ratione cujusdam habitudinis $\alpha\gamma\theta\sigma\ \epsilon\upsilon\ \eta\epsilon\upsilon\ \alpha\phi\ \epsilon\upsilon\theta\sigma$, uni per prius, alteri per posterius. Unum appellatur absolutè tale, reliqua ab illo, & in ordine ad illud. Nisi prius sic esset, aut diceretur, reliqua quoque sic non essent, aut dicerentur. Duplex hoc rursus est: unum est ita analogum, ut forma denominans solùm formaliter & intrinsecè competat uni analogato, aliis verò per denominationem extrinsecam, ut sanum respectu animalis, medicamenti, & urinæ: & hoc analogum est æquivocum. ALTERUM ita analogum est, ut forma denominans competat omnibus analogatis, intrinsecè & formaliter. Sic ENS à quibusdam dicitur analogum respectu substantiæ & accidentis, conceptus enim entis non solùm à substantia, sed & ab accidente intrinsecè possidetur, & hoc analogum est univocum.

Paracelsici videntur intelligere analogiam attributionis univocam, imò identitatem $\delta\epsilon\iota\omega\delta\eta\upsilon$. Hæc verò tam apertè inanis est, ut eam recentuisse sit refutasse. Confirmatur id

1. AUTORITATE gravissimorum virorum, inter quos eminent Sennertus lib. de consensu & dissen. c. 2. Libavius in exam. Crollii. Eusebius Schenckius, Professor hujus Academiae eminentissimus. prædecessor meus, nunquam sine honoris præfatione nominandus, in sua de veteri medicina dissertatione.

Hi concedunt, inesse in microcosmo ea, quæ sunt in macrocosmo, NON REALITER, sed per quandam duntaxat SIMILITUDINIS rationem, quæ à reali entitate rectè distinguitur:

Æquivocatio
voci analogiæ
expeditur.

Paracelsici intelligunt analogiam attributionis univocam.

Rejicitur eadem.

Autoritate.

Hi similitudinē agnoscunt, non identitatem.

tur : cùm aliud sit res, aliud similitudo rei, & qualiscunque convenientia, quæ utrobique pluribus adest modis : & ne quidem in hâc adeste singula generum, sed solùm genera singulorum.

1. rationes materia prima.

secunda.

I. Adest convenientia ratione MATERIÆ primæ. Hujus ratione omnia sublunaria sunt in homine, quia materia prima est omnia potestate. Adest etiam convenientia materiae secundæ remotæ. Quatuor humores propter qualitates primas, earumque συζυγίας, quatuor elementis, quæ materia sunt omnium mixtorum, respondent.

2 figura.

II. FORMÆ EXTERNÆ accidentalis ratione admittitur analogia, admittitur etiam convenientia. Caput ob rotunditatem, cœlo : oculi propter fulgorem, astris : ossa propter soliditatem, lapidibus comparantur.

3 operationum quarundam.

III. In OPERATIONIBUS etiam quibusdam singularibus occurrit analogia. Spiritus ex corde emanantes in totum corpus, respondent solaribus radiis.

4. mutationum communi-
um ratione.

IV. In MOTUUM etiam & MUTATIONUM quibusdam differentiis occurrit analogia. Catarrhi respondent imbribus, ἀτροφίαι siccitatibus, febres æstivis ardoribus, flatus & βορβορυσμοὶ ventis, rigores terræ motui. Vesica respondet mari, quòd sicut in mare, quod salsum, fluvii omnes, ita & in ipsâ serosi humores colligantur.

5. morbificarum causarum ratione.

V. CAUSARUM morbificarum ratione etiam similitudo occurrit. Corruptiones humorum tales sunt nonnunquam, quæ referunt arsenicum, corrodendo, aconitum, scorpium, calidum nativum opprimendo, napellum suffocando.

VI. Quod talis & similis analogiæ ratione homo rectè dicatur *μικρόκοσμος*, pluribus ostendimus *dissertat. anatomic. libro I.*

Rationes, quibus sententia hæc impugnatur.

RATIONES etiam non desunt, quibus sententia hæc impugnari & expugnari potest.

I. Si magnus mundus, & omnia in eo contenta ita in microcosmo inessent, ut hic realiter ea contineret, contineret ea uno horum modorum : vel 1. formaliter, idque rursus dupliciter, vel corporaliter, vel secundum proprietates formales. Vel 2. virtualiter. Vel 3. per rationes seminales. Sed neq; formaliter, nec virtualiter, nec per rationes seminales. Ergò nullo modo continet.

MI.

Minoris primi-
mum mem-
brum confir-
matur.

I.
nonformali-
ter.

MINORIS membrum primum confirmatur. 1. Si FOR-
MALITER & corporaliter, actu parvus mundus in se contine-
ret, quæ magnus mundus continet, visibilia & invisibilia, vel
omnia reperirentur in unoquoque, vel singula in omnibus. Si
Hoc, non quilibet homo erit microcosmus, & sic cognitio illa
esset inutilis, tum ad cognitionem artis, tum ad usum. SIN IL-
LUD, in corpore esset infinitus, aut saltem vix numerabilis ani-
malium, vegetabilium, mineralium numerus. Posterius est ab-
furdum.

Deinde, si omnia inessent corporali substantiâ in microcos-
mo, vel sensu id cognosceretur, vel ratione. Sed non SENSU:
quis enim ☉, ☽, juniperum monstrabit? nec RATIONE, quia
ratio procedit à sensu.

Deinceps: Si omnia actu inessent in homine, vel inessent ut
principia, vel ut partes. Non ut PRINCIPIA, pauca enim suffici-
unt, nec cuncta illa per modum principiorum ad constituendum
hominem concurrunt. Non ut PARTES, quia aut distinctè in-
essent, aut confusè. DISTINCTE inesse nequeunt, quia impos-
sibile: non CONFUSE, quia esset chaos Anaxagoræum. Ergo
non insunt actu.

PROPRIETATIBUS formalibus etiam non insunt. Sine
corporeâ substantiâ nec hæ subsistunt, & operationibus se adesse
demonstrarent. Aristoteles 2. de generat. & corrupt. cap. 6. t. 45.
δηλον, ὅτι εἰ μὴ πῦρ ἢ ψυχὴ, τὰ πάθη ἀνάξιστα αὐτῶ, ὅσα πνεῦ, ἢ
πῦρ. Manifestum est, quod, si quidem ignis anima sit, passiones ine-
runt ei, quæcunque igni, secundum quod ignis.

2. non propri-
etates.

Alterum
membrum
Virtuale etiam
non habet lo-
cum.

MINORIS alterum membrum: QUOD VIR TUTE effi-
ciendi insunt omnia in microcosmo, inefficax planè. Nulla enim
pars in macrocosmo, quæ per virtutem à se productam causaliter,
vel eminenter, vel à se communicatam, Solem, Lunam, Venerem
in microcosmo producere potest.

nec tertium.

TERTIUM etiam MEMBRUM, fundatum in SEMINA-
LI ratione, evanescit. Nunquam enim visum, aurum, argentum,
in vivente vel mortuo homine producta, multò minùs boves, o-
ves, leones, &c.

Cum

Cum itaque nec formaliter, nec virtualiter omnia insint in microcosmo, nec secundum rationes seminales, ritè colligitur, nullo modo ACTU, secundum speciem inesse.

CAPVT XXII.

vanitas inexistentię realis, participationis aut identitatis specierum macrocosmi, earundemque differentiarum Paracelsicę, ostenditur remotione modorum, quibus aliquid alteri inesse potest.

Octo sunt in-
essendi modi.

1.

Philosophus 4. physicorum cap. 3. octo recenset modos, ποσυχῶς ἄλλο ἐν ἄλλῳ γίνεται, quos aliud est in alio. Usurpat verbum inesse etiam de iis, quæ non reverâ insunt, sed solum competunt vel conveniunt quocunque modo. Nullus horum, inexistentiæ huic macrocosmicæ reali, competit in microcosmo. 1. Non insunt partes macrocosmi in microcosmo ὡσπερ τὸ μέ-
ρ⊙ ἐν τῷ ὅλῳ· καὶ δάκτυλ⊙ ἐν τῇ χειρὶ, ut pars in toto, aut digi-
tus in manu. Nec enim sunt partes hominis: divideretur enim homo in illas partes. Sed nulla potest talis fieri divisio, realis. Deinde, aut essent partes essentielles, aut integrales. Non essen-
tiales: sunt enim illæ corpus organicum & anima rationalis. Non integrales: essent enim aut similes, aut dissimiles. Sed non similes, quarum minimum est sicut maximum; nec dissimiles ex illis compositæ. Ergo mundi corpora vel species non insunt in homine tanquam partes.

2.

2. Nec insunt ὡς τὸ ὅλον ἐν τοῖς μέρεσιν, ut totum in partibus: cum enim οὐκ ἔστι τὰ μέρη τὸ ὅλον non sit præter partes totum, his ab-
sentibus, nec illud locum habere potest.

3.

3. οὐδὲ γὰρ ἔνεσι τρίτον τρόπον, ὡς ὁ ἄνθρωπος ἐν ζῳῳ, καὶ ὅλῳ, ὡς εἶδος ἐν γένει, neque etiam tertio modo insunt, ut homo in animali, & in universum, ut species in genere. Homo enim non est genus ipsorum.

4.

4. Nec insunt, ὡσπερ τὸ γένος ἐν τῷ εἶδι, ut genus in specie. Quamvis enim homo sit species, non tamen corpora mundi

ut

ut melissa, leo, vitriolum, ☉. ☽. sunt genus vel genera hominis.

5. Corpora mundi etiam non sunt in homine, ὡς περ τὸ εἶδος ἐν τῇ ὕλῃ, ut forma in materiâ: nec enim ista sunt formæ hominis, nec homo est materia recipiens tot diversas formas, & tot diversa corpora.

6. Nec sunt in homine ὡς περ ἐν τῷ πρώτῳ κινητικῷ, ut in primo movente & efficiente, nec enim homo est efficiens ipsorum, aut ipsa movet.

7. Nec ista in sunt in homine, ὡς ἐν τέλει, ut in fine & optimo diligibili: nec enim homo est finis & desiderium corporum totius universi. Quantumvis omnia ad hominis conservationem sint destinata, non tamen inde realis infertur inexistencia.

8. Nec ista corpora sunt in homine, ὡς ἐν ἀγγείῳ, seu in vase aut in locô. Quomodo enim in vasculo hoc continerentur tot mundi species? nulla enim proportio inter continens & contentum.

CAPVT XXIII.

realis inexistencia impugnatur, quod sit vaga, ad hominem non referatur solùm, sed ad alia etiam.

N Mis ἐκ τῶς ἰδοῦ latè hæc identitas extenditur à Paracelsicis, & extra oleas, cum præter hominem, non sine magnâ absurditatis notâ, ad alia animalia & ad singulas animalium partes accommodatur. In cerebro, corde, matrice, omnia, ajunt, esse astra, & elementa. 3. In potentis etiam singula inesse concedunt. In PANE, ait Paracelsus de caduco matricis paragrapho 1. creaturas omnes cum suis astris esse docet.

CAPVT XXIV.

propriùs ad rem accedit, & ostendit, analogiam hanc non facere ad cognitionem causarum, morborum, & curationem.

K

Ad

Analogia hac non fuit ad cognitionem rerum prater naturam, nec curationem.



AD cognitionem naturæ hominis comparatio hæc parum facit, quia medica intentio non spectat hominem solùm, quatenus est talis naturâ, & ex talibus compositus, & hoc modo genitus; sed quatenus ex his, vel illis causis, tum internis, quas *δυνάμεις τῶν ὑγρῶν, καὶ χημικὰ μελέων*, potestates humorum & partium conformationem: tum externis, quas *τὰ πινόμενα ἢ ἐθιόμενα*, potulenta & esculenta vocat, cum reliquis rebus naturalibus, ægrotat, & conualescit, teste ipso Hippocrate *Ἐὶ ἀρχαίης ἰητρικῆς*, de veteri medicina.

Analogismi cognitio hæc non facit ad cognitionem morborum. Generalis est & confusa, non individualis ac distincta, Non curatur homo, sed hic homo.

Non facit etiam ad curationem Cælum & stella, si inessent in homine corporaliter, & ægrotarent, à cælo & stellis etiam essent petenda præsidia, utpote similibus. Posterius est absurdum.

CAPVT XXV.

respondetur ad rationes Paracelsicorum.

R.
ad primum
argumentum.



IN primo argumento distinguitur *Major*. Vera est de causâ efficiente *ὁμοειδῆ, ἡνινοκά*, quæ ejusdem est speciei, non verò *æquivocâ*, quæ agit per *ἐντελέχειαν*. Ex illa generatio est univoca, ex hac *æquivoca*. Deinde negatur *minor*. Homo non est filius mundi, sed ex homine generatur homo. Cælum concurrat ceu causa universalis. *Ἄνθρωπον γὰρ ἄνθρωπος & ἡλῆ, καὶ ἡλῆ & ἡλῆ*. Ita *Philosophus 2. de cælo cap. 2. tom. 26. hominem homo generat & sol.*

R.
ad secundum

1.

II. In secundo argumento negatur *minor*. Duplex est imago: accidentalis, & essentialis. I. ACCIDENTALIS non exactè respondet prototypo: ut imago Cæsaris respondet Cæsari solùm per figuram, lineamenta & colores. II. ESSENTIALIS iterum duplex est. I. COMMUNIS, & respicit GENERA PARTIUM in exemplari. II. respicit PROPRIA & PARTES GENERUM. PRIOR IMAGO locum habet in homine, & mundo. Utenim imago & simulacrum mundi sit homo, sufficit si
OMNIUM

OMNIUM ENTIVM & NATURARUM GENERA in homine adumbrata reperiantur. Summa autem τῶν ὄντων genera in magno mundo sunt quatuor elementa, viventia, & plantæ, sentientia, ut animalia, intellectu prædita, ut homines. Et hoc sensu etiam dicitur microcosmus. POSTERIOR IMAGO locum non habet in analogiâ magni & parvi mundi: univoca enim tantum est, ut in patre & filio. Non omnes enim modi essendi, & omnes partes, quæ in patre & filio reperiuntur, in microcosmo occurrunt & macrocosmo.

2. Imago sumitur, 1. latè, & notat similitudinem, quandamque conformitatem in specie rei, vel saltem in aliquo signo speciei, quæ in corporeis rebus notat figuram. Sic licet color alicujus rei depingatur in pariete, non dicitur tamen esse imago, nisi appingatur figura. 2. Strictè loquendo, ad imaginem non sufficit similitudo speciei, sed etiam dependentia, productionis origo, & habitudo imaginis ad imaginatum, ut unum factum sit ad repræsentandum alterum. Inde ovum licet simile sit & conformitatem quandam habeat cum ovo altero, non tamen ejus est imago: non enim ad repræsentandum alterum ab agente naturali est productum. Primò modo homo est imago mundi, non posteriori. Non enim homo productus est hoc modo à magno mundo.

3. Imago est perfecta, vel imperfecta. Perfecta est species indifferens rei, quæ est prototypus, seu unita & indiscreta similitudo rei ad rem coæquandam. Imperfecta est, in quâ est similitudo non secundum commensurationem, sed secundum aliqualem proportionem, id est, in quâ imago non exhaurit adæquatè naturam imaginati, sed illud solùm aqualiter refert, & imitatur. Homo est imago macrocosmi, non primo, sed secundo modo.

III. Tertium argumentum etiam facilè diluitur. Major limitatur. Vera est de illis, ex quibus constat aliquid, seu partibus componentibus, immanentibus, non verò de transeuntibus. Fit aliquid ex aliquo dupliciter: 1. per generationem. 2. per mixturem & compositionem. Priori modo falsum est antecedens. Ex cadavere hominis, bovis, fiunt apes, ex cadavere

K 2 asini

2.

3.

Et ad tertium.

asini fiunt vespæ, non tamen insecta hæc in corporibus his contenta fuere. Deinde nullâ probabili ratione demonstrari potest, hominem esse extractum quatuor elementorum, aut terræ glebam, ex quâ formatus fuerit Adam, omnium rerum formas, proprietates, virtutes in se habuisse concentratas.

CAPUT XXVI.

tertiam hypothesein Paracelsicorum de curatione per similia instituenda proponit.

Enunciatum
Hippocrati-
cum: contraria
contrariorum
remedia.



Ξίωμα θεεργεινικόν, totius methodi medendi fundamentum est: τὰ ἐναντία τῶν ἐναντίων ἰάματα, *contraria contrariorum remedia*, propositum ab Hippocr. lib. de flatib. in principio. Ratio declaratur ex Philosopho 1. de generat. & corrupt. cap. 7. t. 49. Ἐγὰρ ἐξίσασι ἑαυτὰ τῆς φύσεως ὅσα μὴτ' ἐναντία, μὴτ' ἐξ ἐναντίων ἐσίν, non extrudunt se ipsa à naturâ, quæcunque neque contraria, neque ex contrariis.

Paracelsici si-
milibus curari si-
milibus confir-
mant.

I.
autoritate.

II.
experimentis.

III.
rationibus.

1.

2.

3.

4.

Paracelsici curationem similibus fieri ostendunt. Nituntur AVTORITATE Hippocratis lib. de locis in homine: Διὰ τὰ ὁμοία νοῦσος γίνεταί, ἢ διὰ τὰ ὁμοία πρὸς φερόμενα ἐκ νοσούντων ὑγιαίνοντα. *Per similia morbus fit, & per similia adhibita à morbo liberantur.* Et 6. epid. cons. 2. t. 9. ἐργάσαθ' τὸ ὁμοίον, ὅταν ὀδύνη παύεσθαι ὀδύνην, *facere simile, ut dolor sedat dolorem.*

EXPERIMENTA plurima vomitum vomitu, alvi fluxum purgantibus sedari ostendunt. Frigida aqua tetano à causâ frigidâ producto medetur, exterius affusa. 5. aphor. 21.

RATIONIBUS idem confirmant. 1. Contraria naturam lædunt & opprimunt. Quod curare autem debet, juvare debet. Inde medicamenta vocantur βοηθήματα. 2. Curatio est virium reparatio. Quæ similia sunt, vires reparant, quæ contraria, perfundunt. Ergo similibus fit curatio, non contrariis. 3. φύσεως νοσούντων ἐντροί, *natura morborum medicatrices confortantur similibus.* 4. Spiritus morbo obsessi expetunt remedium. Spiritus morbo obsessi expetunt similia, in fame solida alimenta, in siti liquida. Ergo similia sunt remedia.

Verum

Verum τῆ ἐναντιώσῃ sua constat dignitas: τῆ ὁμοιότητι sua *Conciliatio Galenica.*
 laus. Conciliatio duplex à Galeno proponitur: Prima 6. epid. com. 2. t. 9. Πρώτον καὶ κατ' αὐτὸ curatio fit per contraria: δευτέρως καὶ κατὰ συμβεβηκός fieri potest per similia: Altera de arte medica cap. 89. Medicamenta, quibus curatio instituitur, semper sunt contraria δυνάμει, facultate, potentia, affectu: licet similia nonnunquam sint: τῆ φαντασίᾳ, ἢ αἰσθήσει, imaginatione & sensu, ut cum salini morbi salinis, tartarei tartareis curantur remediis. Eadem videntur ad sensum, at facultas diversa: salia volatilia dispellunt fixa, & tartarea resoluta dispellunt coagulata. Ad secundum hunc Galenicæ conciliationis modum reducitur Vallesii distinctio proposita, lib. controvers. 8. cap. 4. inter contraria denominatione & operatione. Duo tamen hi postremi modi facilè reducuntur ad primum. *Vallesiana.*

Conciliatio illorum, qui statuunt curationem fieri per *Alia conciliationes rejiciuntur.*
CONTRARIA respectu **EXTREMORVM**, quatenus scilicet terminus curationis est sanitas, quæ est morbo contraria, per *1.*
SIMILIA autem respectu remediorum, quatenus sanitas, quæ in morbi locum succedit, requirit medicamenta similia, incongrua est. De remediorum contrarietate & similitudine est sermo, non extremorum. *2.*

Illorum etiam, qui censent curationem fieri per contraria morbo, at similia causæ, est ἀπὸ τοῦ ἐναντιοῦ, nam & causa contrarium postulat remedium: causa replens, avacuans, calor, refrigerans. Cum θ ononidis curat calculum, non id agit, quatenus sal salis est simile, sed quæ sal dissolvens, calculo à sale coagulato, est contrarium.

Argumenta adlata solutu facilia.

AVTORITAS Hippocratis ex propositâ limitatione dilui potest. *Respondetur ad argumenta ab autoritate.*

Ad meliorem etiam sensum trahi possunt **EXPERIMENTA**. *1. experimento.*
 Cum dolor dolorem, fluxus fluxum, vomitum vomitus, frigida aqua tetanum sanat, id fit non per se, nec primariò, sed per accidens, & secundariò. **DOLOR** non curat dolorem primariò, sed remedium tollit adfectum, cui dolor est adjunctus, & quem dolor sequitur, ceu umbra corpus. **FLVXVS** non curat fluxum

per se, sed opponitur repletioni & cacochymia, quæ causa erat fluxus: illa dum tollitur, conquiescit fluxus **CONSEQUENTER**, FRIGIDA affusâ dum tetanus curatur, accidentaliter id fit, ob ἀντιπείσασιν calore concentrato: ille se ipso validior effectus exteriora illustrat. *Ultimum innuit Hippocrates, cum inquit; Θερμὴ δὲ τῶν τὰ φύεται, calor hæc sanat. Prius Galenus in com. δήλον, inquit, ὡς ἔκατὰ τὴν ἐαυτῆς δυνάμιν ἰατικὸν τῆ νοσήμα- τος ἐστὶ τὸ ψυχρὸν, ἀλλὰ κατὰ τὸ συμβεβηκός. Inde manifestum est, non virtute propria frigidum esse affectus hujus remedium, sed per accidens.*

*ad rationes re-
spondetur.*

I.

RATIONES contra ἐναντίωσιν propositæ facile dilui possunt. In I. negatur minor: contraria hæc naturam non opprimunt, sed contrariantur causæ, quæ opprimit naturam. 2. Contraria toto genere, ut venena, quæ vinci & superari à nostro non possunt calore, naturam opprimunt. Medicamenta verò, quæ ægro propinantur, non sunt toto genere contraria: est enim inter ipsa & naturam nostram quædam cognatio adhuc, ex parte materiæ elementaris & modo mixtionis, cujus respectu etiam vinci & superari possunt, utut eam rursus alterent & afficiant qualitatibus. Atque eo ipso ab alimentis distinguuntur, quæ circa alterationem & mutationem à naturâ superantur, in ea usque transeunt.

II.

II. In secundo argumento negatur minor. 1. Curatio non est reparatio virium, sed pravæ constitutionis, primò actiones lædentes, in naturalem statum restitutio. 2. Virium reparatio sequitur pravæ dispositionis per contraria ablationem.

III.

III. Similibus natura corroboratur per se quidem semper, aliquando tamen etiam contrariis, sed per accidens, quatenus morbus iis corrigitur. Vires enim post per se redintegantur. 2. Curatio non semper est opus naturæ. Morbi compositionis & solutæ unitatis manus operam requirunt, ἢ καὶ ἀνευ ἐναντιώσεως.

IV.

IV. Spiritus morbo obsessi non expetunt ea, quæ sanitatem restitunt.

GVER-



GUERNERI ROLFIN-
CII, CHIMIÆ IN AR-
TIS FORMAM REDA-
CTÆ,

LIBER II.

media, quibus chimia finem suum
assequitur, proponit.

CAPUT I.

De operationibus in genere.



Media, quibus chimia finem suum assequitur, sunt tria:
1. operationes. 2. causæ seu instrumenta ad operatio-
nem necessaria. 3. effectus operationum.

*Media ad fi-
nem chimia
tendentia.*

Operationes.

OPERATIONES ἔργα, μηχανήματα, Paracelsus tri-

ἐνεργήματα, nihil sunt aliud, quàm anatome corporum mistorum. Paracelsus anatomes vocabulum novâ licentiâ, sub latiori signifi-
catione, *paramirol. l. i. de origine morborum ex tribus primis sub-
stantiis c. 6.* extendit, triplicemq; humani corporis anatomen con-
stituit, & commendat localem, materialem & morborum. LO-
CALEM vocat, cum humanum corpus dissecat, ubi, quid ossa,
caro, venæ sint, & quam sedem habeant, spectatur; sed hanc omni-
um minimam censet. MATERIALIS potior est, ea nimirum,
quæ, quid sit sanguis, quale adsit sulphur, mercurius, sal, in quibus-
que partibus, corde, vel cerebro, demonstrat. MORBORUM
tertia anatome est, quæ viam monstrat, per quam mors microco-
smum ingrediatur.

*Paracelsus tri-
plicem consti-
tuit anatomem*

MATERIALIS prosectio in chimico omne punctum fert
foro. Ad eam pertinent functiones spagiricæ. De his non omnium
eadem est sententia. Quilibet sibi placet.

*Materialis a-
na: omne consti-
tit in functio-
nib. spagiricis*

Li-

76 *Lib. II. Cap. II. Medium primum sunt operationes.*

Deiis sententia
Libavii,

Libavius comm. alchimie part. I. lib. 3. de operationibus his prolixè agit.

Beguini.

Beguinus tyroc. chim. omnes refert ad solutionem & coagulationem.

Billichius de constit. chim. cap. 28. aliter delineat, ac in observ. & paradox. lib. cap. 1. Hic etiam Beguinum operationes chemicas, subtiliter distribuendo, crassissimè confundere & explicando obscurare, ostendit.

Sennerti.

Sennertus de consensu & dissensu c. 19. easdem dividi comòdè posse censet in διακρῆσιν, σύγκρῆσιν, & immutationem.

Rhenani.

Joh. Rhenanus libro ☉ è puteo emergentis, seu dissertation. chimiotechnicæ 1. thes. 119. omnes reducit ad solutionem & coagulationem.

Nulla harum
divisionum
perfecta est.

Nulla harum delineationum perfecta est, aut omnibus caret nævis. Non enim semper ἡ διαίρεσις γίνεται τοῖς ἀντικειμένοις, *divisio fit per opposita*, quod volebat *Philosophus 1. de part. animal. cap. 3.* nec semper subdivisiones excludunt diversa, à specierum proprietatibus. Sæpe operationes sunt mixtæ, rarò simplices. Satiùs tamen est prodire tenùs, si non datur ultrà. Conducibilius est operationes usu cognoscere, & experienciâ earum notitiam sibi comparare, quàm argutè de earum divisione disputare.

CAPUT II.

operationes chemicas in specie aggreditur, & 1. διακρῆσιν ejusque primam speciem, quæ vocatur separatio, seu divisio.

Prima & principalis chimica operatio est διακρῆσις.

PRIMA praxeos & ἐγχειρίας chimicæ pars & PRINCIPALIS est ΔΙΑΚΡΙΣΙΣ, διαχώρησις, διαμερισμὸς, *solutio, separatio*, quâ corporis compages resolvitur, & quod erat unum, dividitur.


Prima ejus iterum est separatio.

SEPARATIO seu DISSOLUTIO, prima διακρῆσεως species, nomine utitur ampliæ significationis. Optandum aptius vocabulum, in quod genus ipsum minus haberet juris. Tendit ad corporum dissolutionem, & partium separationem.

IN

TABULA INSERENDA

pag. 76.



IN PURIFICATIONE talis specialis apparet *ἀκρίσεις*, *Purificatio.* multis modis. Tartarus à terrestribus & lutulentis partibus segregatur, primò pulverisatus, dein lixivio lotus, post coctione solutus usque ad superficiem crustaceam, tum filtratus & coagulatus. Locum etiam habet in succis vegetabilium, antequàm concinnentur essentia.

IN EXSICCATIONE etiam talis occurrit dissolutio. Dissol- *Exsiccatio* vuntur tenues partes, & secernuntur evaporatione à crassis.

SUBTILIATIO est dissolutio partes subtiliores separans à *Subtiliatio.* grossis.

Μικροχρονική est, cum ea brevi temporis spatio absolvitur. In *Μικροχρονική* eâ partes subtiles & volatiles instar fumi, vi ignis elevantur & in *κνή* summitate alembici condensantur.

METEOPΙΣΜΟΣ, *ὑψωσις*, *ἐπαρσις*, *εἰράνωσις*, *sublimatio*, *Sublimatio.* appellatur sicca elevatio, in quâ partes siccae subtiliores spirituales, concretiles, à fundo elevantur, excitæ in sublime attolluntur, ibique consistunt instar nubis pendentis, & capitulo adherent, in minimas atomos redactæ. Sublimatione hâc mortificatur mercurius, mistus cum ☉ & ☿, & crystallinus nivis instar albicans evadit, ut memorat *Paracelsus de morte rer. naturalium*. Sublimatione eâdem Mercurius cum ♁ mistus & sale, & ab utroque morti traditus & liquefactus, ascendit in alembicum cinnabarinus, rubore provocans hæmatitidem lapidem *autore eodem cit. loc.* Flores ♁ & * eodem modo elevantur in alembicum, simplices, & compositi Martiales. De hâc operatione pluribus *Libavius comm. alchimie parte. 1. lib. 4. cap. 7.*

DESTILLATIO humida est elevatio & descensio, stilla *Destillatio* um seu guttularum instar. Usurpatur vox hæc modò *ἐνεργητικής*, ipsamque functionem & ministerium designat, modò *πᾶθη λίαν*, & notat *πᾶθη* ☉ ejus liquoris, qui effectus est istâ industria. *duplexe est.* Destillatio est vel naturalis, vel artificialis.

NATURALIS est adnotata à *Philosopho. 2 de part. animal. cap. 7. & lib. 1. meteorol. cap. 9.* in generatione pluviae & psecadum. In eâ est *ἀνω καὶ κάτω*, *sursum & deorsum*, deinde *ἀνω φέρεσθαι καὶ κάτω φέρεσθαι, ἀναφορὰ τῆ ὑγρῆ καὶ κατὰφορὰ*
L τῆ

τῆ ὑπερ. Ejusmodi per guttas casus nominatur καλαρυμὸς ἀπὸ τῆ στάζειν, stillare, cum guttulæ aqueæ in summo collectæ, pendulæque, in declive paulatim feruntur. Naturalis eadem stillatio occurrere creditur in catarrhis microcosmi, cum fuliginosa excrementa ex cordis & ventriculi foco per arterias, caminorum vicem gerentes, in sublime elata, prope meningas cerebri in liquorem condensantur. Ab hujus similitudine hanc chemicam operationem nomen accepisse volunt. Videatur *Zwingerus principiorum chemicorum examine cap. 6. Conradus Victor Schneiderus lib. de catarrhis 2. cap. 6.*

artificialis

ARTIFICIALIS chimica destillatio est duplex: recta & obliqua.

recta.

RECTA est, quâ partes humidæ subtiliores in halitus à calore resolutæ εἰς τὸν ἕρανόν, in cœlum destillatorii vasis elevatae, frigidisque alembici cameris adhærentes, in humorem concre- scunt, per ejusdem canalem seu rostrum unum vel alterum in appositum recipiens vas guttatim destillant, in formâ aquæ, olei, & spiritus, ἢ εἰς τὸ ἀρχαῖον redeunt. Mira res, & ultra mortalem sortem laudanda! In destillatione gravia corpora fiunt spiri- tus: spiritus crassescunt, & evadunt corpora: rerum vires, quæ mole obrutæ, conculcatæque suis veluti in loculis delitescabant, puriores, tenuiores, eæque veluti non suâ forte contentæ, nobili- ores in sublime educuntur, salutiferis potestatibus plenæ. Plura videantur *lib. 2. epist. chemicarum Libavii epist. 18. & comm. alch. part. 1. lib. 4. cap. 14.*

Ejus laudes.

Veteribus fuit nota.

Veteribus hæc destillandi ratio fuit nota, autore *Jacobo Zwingero de principiorum chemicorum examine, cap. 6. Actius ποδοσταίτης & ἰτροβοσκίματ* dum facit mentionem, rosarum & endiviæ stillatitium liquorem intelligit. *Mesue de simplicibus cap. 10.* memi- nit aquæ rosarum destillatæ.

Obliqua.

OBLIQUA INCLINATORIA ad latus elevatio est, quando ad latus inclinatâ phialâ, cum alembico destillatio insti- tuitur. Delineatur à *Libavio comm. alchem. part. 1. lib. 4. cap. 15. Per retortam* appellatur, cum instrumentū collo retorto adhibe- tur. Ita destillatur spiritus \ominus li, \ominus , \ominus , butyrum ⊕ glaciale, & alia, quæ spiritus habent tenaciores & graviores.

DESCEN-

DESCENSIO CALIDA, vulgò destillatio per DESCENSUM, locum habet, præcipue in lignis, & ossibus quibusdam, quorum liquor spirituosus & oleosus propter gravitatem ascendere nequit, aut non ita facile potest. Nota est hæc destillandi ratio mulierculis, cùm aquam rosarum æconomico artificio in ollis linteo velo opetris parant. Videatur Libavius *comm. alchem. part. 1. lib. 4. cap. 9. usque ad cap. 23.* Picis confectio eâ specie destillationis absolvitur, dum, autore Theophrasto *histor. plantar. lib. 9. cap. 3.* carbonarii struem tædarum, τὴν γῆν ἐπιβάλλοντες, καὶ αὐρὸν πύρρον, ὅπως μηδαμῶς ἐπιδιαλάμψῃ τὸ πῦρ· ἀπὸ δὲ τούτου γὰρ ἢ πίτλα τέτρα συμβάλλοντος, terram superinjicientes occultant, obstructis spiraculis, ut ignis nulla ex parte emicare possit. Pix enim peribit, si id acciderit. Defluit hoc modo pix in terræ scrobem. Similis aliquo modo ritus observatur in paranda pice, in Voigtlandia, sed minore tædarum strue. Alibi resinam abrafo cortice piceæ arboris exsudantem, ollis recondunt inferna basi perforatis. Igne liquefacta per bacillorum ligneorum exilium struem transfluens, depurata decidit in canales lapideos.

Destillatio per descensum.

Hæc rosa destillantur.

Eadem destillationis specie pix è strue tædarum concissarum defluit in terræ scrobem.

RECTIFICATIO destillationibus ferè omnibus communis est, tum aquarum, tum spirituum vegetabilium, mineralium, animalium, tum oleorum. Est terminus artis, & technicum vocabulum, notatque purificationem, aut exaltationem alicujus substantiæ. Aquæ rectificantur, ut à phlegmate liberentur. Spiritus eodem fine alembicum repetunt, ut penetrantiores evadant. In acidorum, ut aceti, spiritus salis, & li rectificatione, phlegma levius primò adscendit, spiritus ponderosior sequitur. IN OLEORUM vini rectificatione prius ascendit spiritus, sequitur phlegma. Sulphurei, oleosi, crassi liquores post primam destillationem opus habent rectificatione, ut nidorosum emphyreumaticum deponant odorem, mitiore ignis afflatu, per repetitam elevationem. Ita olea gummatum, succini, aqua largiore affusa clariora prodeunt & nitidiora. In SALIUM & spirituum volatiliū ex animalium partibus destillatorum rectificatione prius descendunt salia, sequuntur spiritus.

Rectificatio.

DESCENSIO FRIGIDA est, quando dissolutus liquor descendit in frigido.

Descensio frigida.

DELI-

Deliquium.

DELIQUIUM, desfalliance *Gallis*, est, cum corpora coagulata, frigido & humido aeri exposita super marmore, vel tabula vitreâ, in liquorem resolvuntur. **IMMUTATIO** quædam est, quæ peculiare ac novas vires nullas tribuit, sed solum peculiarem consistentiam. Locum habet in Θ φ quod in cellâ frigida humida in liquorem vertitur. Salia cineritia dicta etiam hoc modo solvuntur. Omnia talia in calido rursus coagulantur. De deliquio seu liquidatione per humidum pluribus agit *Libavius comm. alchem. part. 1. lib. 3. cap. 7.* Videatur *Laurentius Straus theatr. sympath. Digb. i. p. 88.*

Nota hæc operatio fuit Philosopho, &

Operationem hanc notam fuisse *Aristoteli*, liquet ex *lib. 4. meteorolog. cap. 6.* cum inquit: τῷ γὰρ ξηρῷ θερμῷ ἐναντίον ψυχρὸν ὑγρὸν· εἰ δὲν ἐπιξεθάρπερον, θάρπερον λύσει. ἔτω γὰρ τὰ ἐναντία εἰς αἰτίαι τῶν ἐναντίων. *Sicco & calido contrarium est frigidum & humidum. Si ergo unum compegerit, solvet alterum. Ita contraria sunt causa contrariorum.*

Dioscoridi.

Novit etiam *Dioscorides lib. 5. de re medicâ cap. 86.* tartarum ustum, calidæ, & igneæ naturæ, ταχὺ διαπνεῖν, citissimè exanimari & resolvi in madorem. Exanimatio hæc nihil est aliud, quam solutio per deliquium.

Filtratio fit 1. per chartam bibulam.

FILTRATIO est descensio frigida, humores aquosos separans ab impuritatibus, vel partibus nobilioribus. Et varia est. Fitque **I. PER CHARTAM BIBULAM** complicatam in modum infundibuli, simplicem, duplicem, vel triplicem, vitreo infundibulo immixtam. Usus ejus est in separationibus oleorum destillatorum crassorum quorundam à spiritibus & aquis, quæ transeunt, illo in chartâ relicto. Ita spiritus φ ab oleo suo crasso separantur. Locum habet in separatione oleorum ligni sancti, corylini, ebeni, à spiritibus suis. Spiritus cornu & sanguinis cervi à suo oleo hoc modo separatur. Vocari potest filtrum colatorium, seu colus chartaceus.

2. per vitrum hypoclepticum.

II. PER VITRUM hypoclepticum separatio eorum, quæ liquoribus sunt permixta, commodè instituitur. Olea vegetabilium hoc modo ab aquis separantur tutissimè. **SEPARATORIUM** generaliter dicitur. Digito medio, vel epistomio exili clauditur inferius foraminulum. Inde aqua & oleum per exile infun-

infundibulum infunditur, ferè ad summum. Cùm pleum omne ascendit, & supremum locum occupavit, aperitur inferius orificium. Aqua effluens excipitur vase peculiari, oleum alio. Iteratur infusio aquæ reliquæ, donec oleum apparet. In hac separatione suffuramur aquam, quæ subsidet.

III. PER PANNVM LANEVM, LINEVM, vel FILA ^{3. per pannum.} CRASSIORA separatio etiam à liquoribus instituitur crassiorum, impuriorum vel puriorum. In præparatione crystallorum si solutum colatur per pannum album laneum. Destillatio per lacinias bubulæ linguæformes, ἐπιλίχμασις, *lambicatio* in specie dicitur. Lambere solemus linguâ, paulatimq; humorem delingere. Per fila LANEA CRASSIORA fit hoc modo: impletur vitrum ^{per fila lanea.} aquam & oleum continens, usq; ad summum, & post imposito filo laneo, oleum supernatans extrahitur, & ab aqua in vas subiectum vel appositum separatur.

De his frigidaë descensionis, seu filtrationis modis pluribus agit *Libavius com. alch. part. 1. lib. 3. c. 14. 15. 16.* & icones addit.

ΜΑΚΡΟΧΡΟΝΙΚΗ subtiliatio tempore longiori res dissolvit. *Μακροχρο- νική subtili- atio.*
EXALTATIO, ἐντελείωσις, materiæ exaltatæ tribuit for-
mam nobiliorem, τῶ ἐῖναι substantiæ ipsi, ejusq; accidentibus. *Exaltatio.*

CIRCVLATIO est exaltatio essentiarum per circularem in vase Hermetico, pelicano vel geranio reductionem, & ab impuritatibus separationem. *Circulatio.*

ABLVTIO est exaltatio crebris infusionibus res immun- *Ablutio.*
das abluens, & ad puritatem reducens.

IMBIBITIO est ablutio, quando liquor corpori adjun- *Imbibitio.*
ctus elevatur, & exitum non inveniens in corpus recidit, tan-
demque cum ipso unitur, fixusque tandem manet. Denotat
etiam quamcunque imprægnationem alicujus corporis factam
humore aliquo. Imbibitio est, cum ad arcani ꝑ præparatio-
nem, sal tartari aceto destillatõ tamdiu imprægnatur, novâ af-
fusione, donec ebrium sal acidum spiritum rursus emittat per
alembicum.

CERATIONIS vox denotat actum, quo aliquid cerâ in- *Ceratio.*
volvimus. Id Græcis est κηρῶν, ἢ καλακηρῶν. καλακήρησις ἢ ἐγκή-
ρησις, notat incerationem. Chimici utuntur hâc voce de ma-

M

gisterio

gisterio lapidis. *Libavius lib. 2. epist. chim. 69. & comm. alchem. part. 1. lib. 5. cap. 11.*

Cohobatio.

COHOBATIO est liquoris corpori sæpius affusi frequens abstractio, seu destillatio, & reiterata affusio. Vocis origo latet an, quasi cohabitatio? Duplicem habet scopum, ut materia aliquid vel virium, vel substantiæ in menstruum sæpius aggestum & evocatum, simul transmittat, & quod prima destillatione non fuit separatum, in secunda & tertia educatur. Ita aqua fæniculi extillata reaffunditur massæ in vesica ahenea relictæ, ut oleum liberaliùs extrahatur. 2. Ut viceversa eadem materia sibi non nihil identidem retineat, & materia, quæ volatilis adhuc est in liquore, cum fixa jungatur. Cùm volatile superat fixum, hoc se habet passivè, se submittit volatili, & in ejus familiam transit, & contrà. Eo fine salis & spiritus vini aliquoties affunditur, ut illud fiat volatilius, & magisterium evadat efficacius. Salia enim fixa libenter sibi uniunt volatilia.

Digestio.

DIGESTIO est subtiliatio *μακροχρονική*, res crudas in mediocri calore dissolvens, crassas incidens & attenuans, graviora terrestrioraque in suum locum rejiciens, subtiliora elevans, ut sic tota natura artificiosæ digestionis & *διάκρισιν* respiciat & *μίξιμ*. Separationem procurat natura. Ordinatio licet magis sit consilii & *εργασίας*, qualis fit in acie dispositio, & ordinum adsignatio, hic etiam evidenter locum suum tuetur. Vid. *Libav. comm. alchem. part. 1. lib. 6. cap. 6.* Digestio immediate fit in vitro, nonnunquam alembico cæco superimposito nonnunquam in phiala, cui alia inverso modo apicetenus intruditur: mediate in balneo, arena, cineribus, equino fimo, vinaceis.

Fermentatio.

FERMENTATIO & PURIFICATIO, *ζέσις ἢ σήψις*, differre videntur gradibus. Mistra corpora sicca, ut: semina, vel succulenta, ut: fructus arborum, poma, vel media: ut bacca juniperi, antequam destillentur, fermentatione resolvuntur. Procuratur illa 1. **AQVÆ** affusione, ut fiat atomorum disgregatio liberalioris vel parcioris, pro variatione constitutionis, sicca vel humidæ ipsius objecti. 2. **CALOR** mediocris accedat, necesse est. Mustum in hypocaustis adservatum citiùs ferment-

Ejus requisita.

1. *Liquor.*

2. *Calor.*

men-

mentatur, quàm in locis frigidis. 3. AER liberior accedat ne-^{3. Aer.} cesse est. Hinc nostratia Jenensia musta occlusis doliis adseruata fermentari nesciunt, albi mustei coloris, & dulcis saporis etiam post medium annum tenacia.

PVTRERACTIO ARTIFICIALIS, quanquam in re na-^{Putrefactio.} turali naturaliter fiat, quia tamen ab extremo principio, artis scilicet regitur & limitibus includitur, nomen hoc merito retinet. Non tendit simpliciter ad corruptionem καὶ ὄλον, secundum totum dictam, sed inhibetur ab artifice, secundum regulas ideæ ante mente conceptæ, contento impetrare aliqualem separationem seu τὴν κατὰ μέρος, secundum partem dictam. Separatio fit à naturâ, ab arte continuatur. In vegetabilibus, ut rosarum floribus, putrefactio mutat colorem, odorem, saporem. Color Assyrius mutatur in fuscum: odor gratiosus acidum præ se fert. Est digestio à nativo calore profecta, substantiam rei ex vaporum retentione, calidique externi accessione, ad rem præstantiorem generandam dissolvens, veterem rerum naturam consumens, novamque introducens. Videatur *Libav. comm. alchem. part. 1. l. 3. c. 17.*

EXTRACTIO γενικῶς sumpta notat actionem quamcun-^{Extractio.} que, quâ quod purum est, ex re quâvis ratione excipitur secundum artis leges. Talis est ἐκκρῖσις διὰ πλεηνὴν καὶ ἔγκοψιν, ἣν μὲν οἱ ἀρχαῖοι ἐπισμὸν ἐκαλεῖσθαι. Ipsam τῶ ὄπῃ collectionem vocant ἐπίζειν. Egregiè illa delineatur à *Libavio comm. alchem. part. 1. lib. 4. cap. 1.* Eidicῶς est digestio, qua, quorum optima corporis alicujus parte hæret substantia rejectis ignobilioribus evocatur. χυλισμός, ἐκθλισις τῆς χυλῆς, ἄποχύλισμα in genere appellari potest. Quamvis enim alia extractione fiunt præter succos, quia tamen præstantior & frequentior est operatio in succis, καὶ ἐξοχλῶν nomen χυλισματῶ, καὶ ἐκχυλίζειν retineri potest. Extractio fit idoneo adjecto menstruo, vel aqueo, vel spirituofo, cum coctione, vel sola digestionem. CVM COCTIONE exem-^{Per coctionem.} plum extractionis proponit *Dioscorides lib. 3. c. 3.* in radice gentianæ. χυλίζετω δὲ ἡρίζηθλασθεῖσα καὶ βεραχεῖσα ἐν ὕδατι. εἶτα ἐψυθεῖσα ἐν τῷ ὕδατι, ἄχρις ἂν ὑπερέχωσιν αἱ ρίζαι, καὶ μετὰ τὸ ὕδαρ διηθεῖται δι' ὄθονισ. καὶ ἐψηται, ἄχρι ἂν γένηται μελιτῶδες

τῆς αὐτῆς. Tunditur radix, diebusq₃ quinq₃ madescit in aqua, coquitur deinde in eadem aqua; usq₃ dum superstent radices. Cumq₃ gelaverit aqua, per linteam trajicitur, coquiturq₃ usq₃ ad crassitudinem mellis. Eodem modo extractum parat ex centauro minore per coctionem lib. 3. c. 7. SINE COCTIONE, solâ INFUSIONE extracta parantur, in aqua simplici, vel destillata, vel succo, ut in pilulis rosatis, violatis: vel spiritu vini simplici, vel tartarifato, ut in extracto absinthii. Materia infusionis ad extractum rhabarbari parandum est ∇ cichorii, adjecto Θ ♀. modico. Omnia hæc vulgata. Arcanus modus Glauberianus parandi extracta per liquorem Alkalestinum, qui nihil est aliud, quàm Θ purgatum, fixatum, & per deliquium solutum, optimus est. Scopus extractionum est Tinctura, Essentia, Balsamus.

Liquefactio.

LIQUEFACTIO est corporis mineralis, vi ignis majoris, dissolutio.

Simplex.

SIMPLEX liquefactio est, quando corpus nullum alium in finem, quàm ut fundatur, liquefit, ut cum plumbum liquefit. Liquefactio fit, cum atomi ignis se insinuant in poros. Cum illæ abiere, remoto ab igne vase, ad pristinam corpus redit consistentiam. Philosophus 4. metropol. cap. 6. σίδηρον καὶ κέρασ ἀλυτὰ, inquit, αἰδὰ μαλὰ τρετὺ δὲ αἰὸ εἰργασμένον σίδηρος, ὡσεὶ γρὸς γίγνεσθαι, καὶ πάλιν πήγνυσθαι. Ferrum & cornu insolubilia, nisi superabundet caliditas, sed mollificantur. Liquescit autem & elaboratum ferrum, ita ut liquidum fiat, & iterum concresecat. Eναντιοφάνες conciliantur à Libavio lib. 2. epist. chim. 97. ad gradus ignis habito respectu.

Probatoria.

PROBATORIA liquefactio est, cum corpus liquatum probatur, imperfectumque à perfecto separatur.

per cineritium.

PER CINERITIVM probatio est, cum metallum, ut D, per plumbum fulminatur in probatorio furno, sub tegula fornicata, in catillo ex ossium vitulinorum cinere parato. Apparatus delineatur à Libavio lib. 2. epist. chim. 90. & dissert. chim. nostra quarta de metallis perfectis, c. 5.

per ⚔.

Per ⚔ probatio fit seu fusio, aurifabris notissimo modo, eoque non solum ab aliis metallis, sed etiam ab argento liberatur. In ea regem lupus devorat, & vitæ crematus reddit. Apparatus delineatur à Libavio lib. 2. epist. chim. 92. & dissert. suprâ cit. cap. eod.

CAPVT

CAPUT III.

alteram *Διακρίσιως* speciem, quæ calcinatiō vocatur, proponit.



CALCINATIO altera *Διακρίσιως* species est, rerum durarum, ut mineralium, & quæ metallicam duritiem habent, vel lapideam. Hæc ita resolvuntur, ut in pulverem redigi queant tenuissimum, impalpabilem. Videatur *Libav. comm. alchem. parte 1. lib. 3. c. 19.*

Calcinatiō.

CORROSIO est calcinatiō res concretas per corrodescentes spiritus in calcem reducens.

Vapida.

VAPOROSA 1. per aquas dulces fit, cum cornu cervi, al-
cis, vel in alembico destillatorio, vel in singulari ligneo laconico
vaporibus emollitur, ita ut in pulverem à cortice nudatum facile
redigi queat.

1.

2. Super **AQVAS FORTES** in vase lati fundi, orificii angustioris, laminæ ♂ suspensæ calcinantur, & corrodesuntur croco superficiem ornante.

2.

3. Super vapore acetī plumbi fit mortificatio & corrosiva calcinatiō in cerussam. Eam parandi modum duplicem proponit *Paracelsus de natura rerum l. 5.* qui inscribitur *de morte rerum naturalium.* **AD MEDICINAM**, laminatum plumbum in vase vitreato suspenditur, bene tecto orificio. In loco calido superficies plumbi cerussa exornatur, leporino pede abstergenda. **AD TRANSMTATIONES** eadem calcinatiō corrosiva vaporosa fit: si in aceto solvatur*. Cerussa parata inservit ad purgandum ♀ & ♂, ut & dealbandam ♀.

3.

4. Recrementa uvarum putrefacta vaporem emittunt corrosivum, quo ♂ calcinatur.

4.

5. **VAPOR PLUMBI** corrodit ♀ vivī pedes, ut currere dediscat.

5.

6. Per ♀ fuliginem calcinationem proponit *Paracelsus de natura rerum lib. 3.* qui inscribitur *de conversione rerum naturalium,* & *lib. 5.* qui inscribitur *de morte rerum naturalium.* Locatur in vase angustioris oris, lati fundi. Subjecto igne elevatur vapor,

6.

M 3

me-

metalla laminata corrodens & fragilia reddens. Trabs seu catena ferrea, tota eâ parte, quâ ☿i fomentum excipit, instar vitri fragilis redditur. Pari inimicitia insidiatur magneti, vim attrahendi omnem necat, radicibus extirpat, spiritusque ferri ad se trahit, in centro ejus reconditos.

*Immersiva
corrosio.
Humida.*

IMMERSIVA corrosio est, cum corpora aliis rebus immersa in calcem rediguntur.

HUMIDA est, cum corpus aliquod fluidæ alicui massæ, aut liquori corroderenti acido immergitur, & sic calcinatur.

Μάλαγμα.

AMALGAMATIO est calcinatio metalli per ☿. Corruptum vocabulum est, ex Græco μάλαγμα. Modus proponitur à Paracelso loco sæpius cit. lib. 5. de mort. rer. natural. Metallum in tenues bractæas, vel laminas ductum, miscetur quinto plâ proportionem cum ☿. Post per corium cervinum exprimitur vivus ☿. metallum calcis instar in corio remanet. Mercurio abacto calx relinquitur in crucibulo. Præter hunc Paracelsicum modum, super igne lento ☿us abigitur, & metallum tenuis instar calcis relinquitur. Nonnunquam in hac amalgamatione ☿cum metallo relinquitur. Metallorum princeps ☉ ophiricus cosmetico sapone ablutus, cum ave Hermetica amicabili connubio copulatus, amalgamatus, claudique Vulcani custodia traditus, primò quidem in sylvam arbuti aurei adsurgit, quasi crescit, jucundissimumque spectaculum præbere videtur: post facessit in calcem purgandi corpus viribus præditam.

*Corrosio im-
mersiva hu-
mida.*

*Exempla per
acidis spiritus
facta.*

SOLUTIO per aquas FORTES CORRODENTES alteram speciem corrosionis immersivæ humidæ constituit. Hæc speciosè illustratur à Paracelso de natura rerum lib. 5. antè citato, exemplò ACETI. Laminæ chalybis, in igne aperto candefactæ, extinguuntur in ✕ aliquoties. Cum tinctum fuerit ✕ leni calore evaporet humiditas. In fundo elegans CROCUS. Occurrit eadem in solutione perlarum, corallorum, oculorum cancri immerforum in spiritu aceti, vitrioli vulgaris, vel philosophici. ☉ corroditur à spiritu ☉ suo fale inebriato, vel ☿, aut ☽ forti flor. ✕ inebriatâ. ☽ corroditur ab ☽.

*Per aquas
fortes.*

INUNCTIONIS CORROSIVÆ humidæ exempla à Paracelso de mort. rer. nat. lib. cit. adducuntur. Laminæ ☽ inunctæ ☽
ele

elegantem promunt crocum. Idem crocus impetratur inunctione ∇ salis, aluminis. \ast aquæ salis petrae, quas ibidem etiam parare docet. VIRIDE æris ex cupro paratur, inunctione massæ, ex melle, \ddagger . aa & \ominus . In reverberio locantur, primò nigricant, ad ærem expositæ vitæ orem ostendunt, verum ♀ balsamum. *Salia.*

SICCA IMMERSIVA corrosio est, cum corporibus calcinandis non humor, sed materiæ siccae acres adjunguntur. *Sicca immersiva corrosio.*

CÆMENTVM propriè, ut pluribus explicat *Martinius Cæmentum.* *in Lexico*, est architectorum: suntque lapides secti, & materia ad ædificia cæsa. Ab hac materiali parte nomen habens totam etiam designat operationem. Est corrosio sicca, quâ corpus aliquod metallicum, cum salibus corrodentibus stratificatum calcinatur. Solum aurum & argentum sustinent cæmentationis violentiam, ceu ultimum supplicium, nec mutantur inde in calcem, sed consumtis reliquis metallis imperfectis, puriora evadunt.

Optimum & probatissimum cæmentum, quod Rhenanum aut coronatum aurum ita depurat, ut Vngarico æquivaleat, tale est. *Paradigma optimum.*

℞. Aureos Rhenanos in tenues lamellas extensos no. xx.

farina laterum partes iiij.

\ominus *decrepitati partes ij.*

\oplus *li calcinati part j.*

Cum his tribus fiat S.S.S. seu stratificetur aurum laminatum, in pyxide cæmentatoriâ, & calcinetur per sex horas, quatuor ignis observatis gradibus. Sic \ominus ab argenteis & cupreis atomis liberatur. Plures cæmenti delineationes proponit *Schroderus pharmacop. med. chim.*

COMMISTIO est, cum corpori calcinando vel ♀ vel \oplus vel \ominus culinarium adduntur: iisque igni admotis res ipsa in calcem redigitur. *Paracelsus libro de mortererum inscripta*, commistionis hujus exemplum proponit *in confectioe croci* ♂ . levi labore & sumtu parabilem. Laminæ chalybis subtiles & tenues cum ♀ & ♂ . strati in modum locatæ alternatim, reverberii igne crocum explantant, qui abstergendus. *Recipe limatura chalybis magnificata*, ♀ . a $\text{℥}j$. ollâ novâ vitreata excepta igne rotæ calcinantur, donec combustum ♀ . Exempta massa crocus est niger. Frustula ♂ laminata intruduntur in magdalcones ♀ . *Commistio.*
Exempla ejus varia ♂ .
ante

ante follem candefacta. Faciunt in grumos, qui pelvi aqua plena excipiuntur.

Ignitio.

IGNITIO a actuali igne peragitur immediatè, objecta tangendo, sine additione aliorum corrosivorum.

Combustio.

COMBUSTIO, prima ejus species, objecta convertit in cineres, calces & vitra.

Incineratio.

INCINERATIO præcipuè locum habet in vegetabilibus & animalibus, cum salia parantur fixa.

Calcinatio.

CALCINATIO in specie dicta observatur in mineralibus, & testis animalium, ostrearum, cochlearum, concharum.

Nota Dioscoridis.

Mentionem hujus calcinationis facit *Dioscorides lib. 2. cap. 4. 5. 8.* & vocat καίεσθαι, *cremare*, & *lib. 5. cap. 87.* τῶν ὀστέων viva calcis confectioem docens. τῶν θαλαττίων κυρίων τὰ ὄσρα καλαβῶν, *inquit*, πρὸ ἐκρυψον, καὶ εἰς κλίβανον διαπυρὸν καθεῖς ἀφ' ἑννοκτερεῖσαι. *Testas marinorum buccinorum sumens, igne eas obruito, aut in candentes igne furnos conjicito, finitoque integram noctem illic esse &c.*

Vitrificatio.

VITRIFICATIO est combustio, calces & cineres in vitrum convertens. Ita præparatur vitrum ☉ & ♁. Vid. *Libavius syntagm. arcanor. chemic. lib. 7. cap. 19.*

Reverberatio fit per ignem ἀντίτυπον.

REVERBERATIO est ignitio, corpora igne vivo retrogrado seu reverberante, vel potius reverberatâ à parietibus furni flammâ rarefaciens, & in subtilissimum pulverem convertens.

Duplex ejus est motus.

1.
2.

Ignis ἀντίτυπος ἢ ἀντιτύπων duplici nititur motu: 1. naturæ, in rectum, sursum. 2. violento, in obliquum deorsumque. Primus motus oritur à materia ignis, ejusq; pabulo, fomitem flammâ levi suppeditante: alter verò reverberans, à flammâ exitum non inveniēte, & vastis voluminibus, quâ data porta, reflectente, materiam calcinandam quasi superficialiter lambente, & acidis suis fuliginibus superficialiter tenus rubefaciente.

Clavsa reverberatio.

CLAVSA reverberatio in fixatione ♁, *de natura rerum lib. 5.* qui inscribitur *de morte rerum natural.* & in tinctura ☉ *lib. 2. magna chirurgia tract. 3. c. 5.* à *Paracelso* propositâ, admittit ignis gradus successivos, & lenta est: calore potius nititur, quam flammâ.

Aperta.

APERTA communi celebris est actu, & in furno reverberatorio instituitur ad ignem, ut vocant, *reverberii.*

CAPVT

CAPUT IV.

Explicatur altera principalis ἐγχειρίας chimiae
classis σύγκρισις, concretio.



OMEN σύγκρισις notat concretionem. COAGULATIO dicitur à coagulato, quo lac cogitur, separatis partibus humidis, determinatis verò consistentibus siccis terreis. Estque, *Autore Gebro Arabe de alchimi à summa perfectionis traditio, in scripto lib. 1. part. 4. cap. 53.* reiliquidæ ad solidam substantiam, per humidi privationem reductio spontanea & violenta.

SPONTANEA coagulatio duplex est, alia frigida, calida alia. Res in CALIDO solutæ in frigido coagulantur. *Spontanea est vel frigida vel calida.* ἐπιδὲ αἰπέναι τὸ θερμὸν πηγνύται, ὅπ τῷ εἰσιέναι λυθύσεται, ὡς ποιῶντος τῆ ψυχρῆ πηγνύται. Verba sunt *Philosophi 4. meteor. cap. 6.* quod abitu caloris concresecit, & ingressu ejusdem liquefcit, id frigore constringitur, condensaturq. Salia essentialia, in calido liquefcunt, in locis subterraneis frigidis coagulantur. Nitrum fluidum in frigido concresecit in sturias. Res aliæ in FRIGIDO solutæ concresecunt in calido. Salia cineritia ex lixivio per colum à cineribus plantarum transfuso, ἐξ ὑδάτων, ἐλάφρων ἀλμυρῶν ἀναξηραθέντων, parata, in frigido aquæ instar fluentia, in calido concresecunt, Marpesiæque stant instar cantis. Fundamentum diversitatis consistit in spirituum præsentia vel absentia. Nitrum, vitriolum, Alumen, Sal culinarium optimum copiosis spiritibus prædita, in frigido stant. De coagulatione vide *Libav. lib. 2. epist. 7.*

Die solution ist zweyerley: ait *Paracelsus de naturâ rerum* *Paracelsi sententia.* L. 2. qui inscribitur, *de transmutationibus rerum naturalium,* **Die der Kälte / die andere der Hitze / i. e. Eine geschicht außser dem Feuer die andere im Feuer.** Die solution der Kälte solvirt alle salia, alle corrosiva, omnes calces, und macht sie zu einem liquore oder Wasser. Fit hoc in aere vel cella frigida. Die solution der Hitze des Feuers solvirt alle feiste Dinge / und alles was die Hitze des Feuers solvirt, das coagulirt die Kälte wiederumb in eine massam: Und was
N die

die Hitze des Feuers coagulirt, das solviret die Luft und die Kälte wieder.

Durescunt frigore, quæ calor liquefacit: vicissim quæ frigore extabuere, redeunt calore, humoremque nunc calor evocat exhalando, nunc frigus cogit exprimendo eum, qui exire potest, qui non potest exire, compingendo.

*Homiscua
coagulatio.*

INDISCRIMINATIM in frigido vel calido tandem coagulantur alia. ☿ currens in aquâ forti solutus, morâ temporis in crystallinam glaciem coagulatur.

*Modus, quo
fiunt coagulationes.*

Coagulationes fiunt DISCUSSIONE HUMIDITATIS: butyrum ☿ irrigatum spiritu ☉, si hic rursus ter ab eo extilletur per alembicum, post trinam cohobationem, concrescit & condensatur in massam flavescens, qui igne rotæ facessit in album bezoardicum pulverem. PERLÆ aceto destillato solutæ, & corallia in lento calore arenæ evaporatione factâ, coagulantur in massam albicantem, gustui licet ingrata & ventriculo noxia, salis margaritarum vel corallorum nomine insignitam.

Fixatio.

FIXATIO ad coagulationem reduci potest. Ea est rei volatilis & fugacis ad permanendum in igne firmatio, & assuefactio, ut eam non amplius fugiat. Comparatur imprimis rei fixæ additione. Mercurius vivus additione viridis æris simultanea que coctione figitur, ut currere dediscat. Idem fugitivus servus Saturni fumo ceu compedibus ligatus, stat immobilis.

Præcipitatio.

PRÆCIPITATIO ad σύγκρισιν & coagulationem spectat: quæ enim diversa erant & separata, in unum corpus conjungit, & solutum à menstruo, perque liquorem dispersum, iterum à liquore separat, ut ad fundum descendat, & invicem in pulveris formâ sibi uniat, simulque quasi coaguletur.

*Rhenanus non
locat loco com-
petente.*

Joh. Rhenanus ☉ *puteo emerg. theoremate chimicom medico 120.* sub solutionis specie, quæ calcinatio corrosiva immersiva dicitur, præcipitationis meminit. Sed nulla hic neque solutio, nec calcinatio, nec corrosio. Adest separatio, & atomorum segregatarum cunitio. In exemplo quintæ essentiæ perlarum, nulla adest præcipitatio, sed potius σύγκρισις, cunitio per humidi solventis exhalationem. Calcinatio subsequens diversus à priori est actus.

ERE

Est autem præcipitatio vel spontanea, vel violenta. SPONTANEA est, cum imprægnatum menstruum (spiritus Θ -li Philosophicus, vel phlegma Θ -li vulgare) atomis coralliorum, perlarum, lapidum gambarorum, ad fundum, nullo motore, demittit calcem. VIOLENTA est, cum affundendo alium liquorem, solutum petit fundum. *Alia est spontanea.*

MATERIA, præcipitationis instrumentum, varia est. *Materia præcipitationis.*
 AQUA FONTANA simplici frigidâ affusâ, GUMMOSVS reguli \ddagger & H ti liquor coagulatur in pulverem albicantem. Perlæ, corallia, lapides cancrorum spiritu acido Θ -lico mitiori soluta, præcipitantur SPIRITU Θ -li fortiori. Præprimis sal q , in cellâ per deliquium solutum, singulari vi spiritus omnes acres ab omnibus liquoribus evocat, eosdem imbibit, & cum iis penitissimè se unit. Perlæ, corallia, aceti spiritu soluta, præcipitantur sale q in cella resoluto, vel muria ex aqua fontana & sale culinario parata. Solutum O in V , præcipitatur Θ q liquefacto. Solutum D in V eodem sale, vel infusione in vasculum cupreum. Nota est vulgaris Mercurii præcipitati albi cum V soluti, & aqua salsa præcipitati, parandi ratio. Hic occurrit vera præcipitatio. Præcipitatus RVBEVS non meretur hoc nomen, fit evaporatione menstrui solventis, nimirum V ad siccitatem, & coagulatione potius. Mercurius vitæ communiter dictus fit præcipitatione butyri \ddagger per V simplicem.

Fundamentum præcipitationis non consistit in $\alpha\nu\tau\iota\pi\alpha\theta\epsilon\iota\alpha$, *Fundamentum præcipitationis est $\alpha\nu\mu\pi\alpha\theta\epsilon\iota\alpha$.* sed in $\alpha\nu\mu\pi\alpha\theta\epsilon\iota\alpha$. Menstruum solvens, & liquor præcipitans amabili se amplectuntur consortio, sicque solutum corpus relinquatur à menstruo solvente, & decidit ad fundum, simulque acrimoniam, quam à spiritu solvente contraxerat, amittit. Acrimonia penitus post abluitur aqua dulci. $\Sigma\upsilon\mu\pi\alpha\theta\epsilon\iota\alpha$ etiam manifesta est in præcipitante D in V solutæ, in pelvi cuprea. Magna D æ & Q amicitia.

Angelus Sala, aphorismo chymiatrico 36. sal q appropriatum instrumentum præcipitationis vocat, quia præditum sit qualitate terrestri & spongiosa, cujus beneficio spiritus acres ab omnibus liquoribus avocat & imbibit. *Angelus Sala instrumentum præcipitationis appropriatum vocat*

Laurembergius 1. non rectè appropriatum instrumentum Θ q .
 N 2 vocari

incurrit censuram Laurentii bergii Reductio.

varia est:

I.

fit in igne fusorio. Hoc reducitur.

☉
☽
♂. ♀.
♃. ♄.
♁.

Panacea Anwaldina, in experimento

Eucharis,

☉ Libavii. Ita reducuntur salia.

vocari ait, quia sunt etiam alia, quæ præcipitant, ut ☿. quia multa præcipitant, quæ tamen non sunt terrestria, nec spongiosa.

REDUCTIO vox æquivoca est. Æsculapius Hippolytum cum dicitur reduxisse ad vitam, actio ipsa nomen amittit, & dicitur ανωγεισιν η̄ ε̄γεσιν, ανωγωγη̄, resuscitatio vel excitatio, depositæ formæ reductio. CHIMICA reductio non est uniusmodi.

I. Est corporis alicujus, in formam calcis seu pulveris aut liquoris redacti, pristinae formæ restitutio. Locum habet præcipue

in metallis, quæ menstruorum additione formam quasi amiserunt. Reductio autem hæc fit igne fusorio. Ita ☉ per Δ chrysulcas corrosus, quantumvis per chartam transeat, aut alembicum transcendat, reduci potest in ☉ clarius resplendentem, quàm antea. LUNA

potabilis reddita, vel in magisterium redacta, pristina veste suâ facile reinduitur. MARTIALIA, ♀, ♄ ALIA medicamenta dictum factum, fiunt, quod fieri jubentur. MAGISTERIVM

♄ cum ♁ ex minio paratum facile plumbum fit redivivum. ☿ quocunque MORTIFICATIONIS genere nobilitate suâ spoliatus, per coagulationem, sublimationem, præcipitationem, calcinationem, cinnabarisationem, reducitur in vitam, & resuscitationem modis à Paracelso lib. de natura rer. 7. qui inscribitur de

resuscitatione rerum naturalium, propositis, Cinnabaris vulgaris cum sulphure parata additione scoriarum ferri reviviscit, & vivus ex retorta in vas recipiens transit, sed in ♀ reduci nequit. Libaviius epist. 49. lib. 2. panaceam Anwaldinam impostoriam, quæ est pulvis compositus ex croco, conchâ margaritifera, ustâ tritâque, & cinnabari vulgari ita reducere jubet. Resolve hunc

in aqua, exhibit crocus. Concute, & recedet leve à gravi. Dissoluta principia reduc. Idem emerget, quod prius erat, nempe ☿ & ♀, ex quibus constat cinnabaris. Dn. Eucharis Generosorum Comitum ab Alta Flamma, Hohensoh Medicus, ostendit exceptum aureo nummo ex panacea eadem, super argenteâ

laminâ igni admota ☿m. Idem Libaviius sæpe ipse expertus. ανωγωγη̄ reductio est, cum mineralia salia, sal ☉. ☉ in humido calido soluta reducuntur in frigido humido in pristinam solidam consistentiam.

II.

II. REDUCTIONIS vox etiam attribuitur RESOLUTIONI

NE

NI CORPORUM IN PRIMA ENTIA & PRINCIPIA, ut vocant, cineres vegetabilium volunt resuscitari in arboream, fruticem, vel plantam: animalium cineres in animalia, mineralium calces in rediviva exemplaria. De quibus singulis liber ultimus ager, hujusque reductionis nullitatem & vanam ostendet gloriam.

CAPUT V.

operationum chemicarum causa formalis, earumque natura exploratur. Omnes sunt mutationes vel substantiales, vel accidentales: generationes & corruptiones.

Operationes chemicæ sunt mutationes. Οὐκ ἔστι δὲ κίνησις τῶν ἀτάκτων, inquit Philosophus 3. physic. cap. 1. μεταβάλλει γὰρ ἂν τὸ μεταβάλλον, ἢ κατ' ἐσίαν, ἢ κατὰ πῶδον, ἢ κατὰ ποῖον, ἢ κατὰ τόπον. Non est autem motus præter res.

Operationes chemicæ sunt mutationes. Motus essentia est non esse extra res, sed vel

Mutatur autem semper id, quod mutatur, aut secundum substantiã, aut secundum quantum, aut secundum quale, aut secundum locum.

in substantia, vel accidente.

REQUISITA & DIFFERENTIÆ hæ mutationis etiam in chemicis occurrunt operationibus.

Requisitum primum motus est in mutationibus chemicis

Non fiunt hæ extra materiam, sed in certo subjecto; & duos habent terminos, à quo, & ad quem. Uterque est vel substantia, vel accidens, tenduntque vel ad esse simpliciter, vel ad perfectius & melius esse. Illum cum relinquunt, hunc cum attingunt, aliter se habet subjectum seu materia, ac prius. Veræ ergò fiunt mutationes.

est in mutationibus chemicis

Deinde omnis progressio à termino ad terminum in subjecto est mutatio. Chemicæ operationes tales sunt. Ergò sunt mutationes.

Differentia etiam adjunct.

SUBSTANTIALIS mutatio locum habet in operationibus μεταβλητικαῖς transmutatoriis: ACCIDENTALIS in Διακριτικαῖς κατὰ τόπον, καθαρτικαῖς, καὶ πηκτικαῖς, in separatoriis, depuratoriis, & coagulatoriis.

Substantialis mutatio. Accidental. Operationes chemicæ etiam

GENERATIONIS & CORRUPTIONIS nomen etiam operationibus chemicis accommodari potest.

sunt generationes & corruptiones.

N 3

Ἀπλῶ

Generatio tri-
plex ratione
materia.

- 1.
- 2.
- 3.

Ἀπλῶς γένεσιν, simplicem generationem Philosophus 1. de gene-
rat. & corrupt. cap. 3. t. 20. triplicem esse docuit, Διὰ τὴν ὕλην δια-
φέρειν, εὐὸ quòd materia seu subjectum differant, 1. ἢ τῶ τὴν ἕσσιαν εἶ-
ναι, ἢ τῶ μὴ. 2. ἢ τῶ τὴν μὲν μακρόν, τὴν δὲ μὴ 3. ἢ τῶ τὴν μὲν μαλ-
λον αἰσθητῶ εἶναι τὴν ὕλην, ἐξ ἧς καὶ εἰς ἦν. τὴν δὲ ἥττον εἶναι τῆδε.
Aut 1. eo, quod substantia est, aut non. Aut 2. quod hæc quidem ma-
gis, illa verò non. 3. Aut eò, quod hæc quidem magis sensibilis est ma-
teria, ex qua & in quam: illa verò minus est.

Prima speciei
explanatio.

PRIMA species, cùm ex non substantiâ fit substantia, est
ἀπλῶς absolute & simpliciter dicta generatio. Ὅσα δὲ μὴ ἕσσιαν
σηραίνε, ἢ λέγεται ἀπλῶς, ἀλλὰ τι γίνεσθαι. Quæ non substantiam
significant, non dicuntur simpliciter generari, sed quid fieri.

Secunda speciei
explicatio.

indolis sunt duæ reliquæ species. Altera quidem, cùm ex imper-
fectâ & ignobili fit perfecta & nobilior substantia, dicitur gene-
ratio simpliciter respectu generationis accidentium, est tamen
generatio secundùm quid, respectu primi modi. Tertia species,
cùm ex insensibili fit sensibilis, ex immanifestâ & latente con-
spicua ad sensum & apparens substantia, est etiam generatio
κατὰ π.

Applicatio ad
operationes chi-
micas. Ex ho-
rum sententia
nulla sunt ge-
nerationes pri-
mi modi.

CHIMICI nullas operationes suas, generationes agnosce-
re possunt & corruptiones ἀπλῶς dictas, in effectis & operi-
bus suis, sed solùm κατὰ π, secundi & tertii modi. Ajunt enim,
illas non habere terminum substantiam actu non præsentem,
sed jam actu inexistentem, eamque solùm vel perfectiorem &
puriolem, ab impuritatibus liberandam, vel sensibiliorem &
manifestiorem faciendam, adeoque non adesse simpliciter, sed
modum essendi superadditum, qui est τὸ perfectum vel sensibile,
respiciunt. Inde & ipsi omnes mutationes suas vocant manifesta-
tiones & durationes: MANIFESTATIONES, quia quòd
occultum est, fit manifestum, occultum autem vocant speciem in
materiâ latentem: DEPURATIONES autem, quia purum se-
paratur ab impuro, utile ab inutili, proprium ab alieno. Vo-
cantur ab iisdem etiam EXTRACTIONES, quia quòd intus
est, foràs eliciunt. Inde talis formatur syllogismus: Quæcun-
que operationes tantùm sunt depurationes, separationes, ma-
nifestationes, nullatenus verò transmutationes substantiales,
illæ

illæ operationes non sunt generationes simpliciter. Sed omnes operationes chemicæ, ex sententiâ chemicorum, sunt depurationes, separationes, manifestationes, nullatenus substantiales transmutationes. Ergò nullæ operationes chemicæ erunt generationes κατὰ τὸ π.

Ex mente Peripateticorum, qui negant EFFECTA & OPERA chemicorum OMNIA actu latere in corporibus, concedi potest in nonnullis progressio à termino ad terminum, qui est substantia, seu generatio & corruptio substantiæ: in aliis accidentalibus solùm progressio à termino ad terminum, seu mutatio in accidente.

Ex mente Aristotelicorum, quædam operationes possunt dici mutationes substantiales, quædam accidentales, & quidem secundum quantum, quale & ubi.

Et cùm ex tribus prædicamentis sumantur termini mutationum accidentalium, κατὰ ποσὸν, ποιοῦν ἢ τόπον, secundum quantitatem, majorem, vel minorem, ut in augmentatione & diminutione, secundum qualitatem, in alterationem, secundum ubi, in loci variatione, singulæ hæ locum habent in chemicis operationibus.

GENERATIO & CORRUPTIO PRIMI MODI ad sunt, seque invicem sequuntur, eùm ex vegetabilibus quibusdam fiunt olea, salia: ex salibus mineralium $\Theta \cdot \Phi \cdot \Theta$ li spiritus. INCINATIONE herbarum absinthii, cardui benedicti, fruticis juniperi, cum per affusam aquam factò lixivio elicitur sal, sal hoc generatur corruptâ & destructâ plantâ & frutice. Sal enim hoc ipsis inesse non potest actu, & formaliter, sed solùm potentiâ, ut propterea illud de potentiâ ad actum perducere, adeoque reverà fieri, ortumque suum ex lignis & herbis habere adserendum sit. Eadem ratio de quibusdam oleis vegetabilibus, quæ potentiâ saltem iis insunt. Eòdem modo spiritus $\Theta \cdot \Phi \cdot \Theta$ li cum producitur, generatur.

In quibusdam occurrit transmutatio substantialis seu generatio & corruptio primi modi.

GENERATIONES sunt respectu eorum, quæ fiunt, CORRUPTIONES, respectu rerum, ex quibus fiunt.

Diversæ res sunt generationes & corruptiones.

GENERATIONES sunt respectu termini ad quem. Fit enim oleum, sulphur, sal, essentia, magisterium, croeus, quæ singula talia sunt per suam formam, quæ est terminus & finis transmutationis. CORRUPTIONES dici possunt respectu termini à quo. Corruptuntur enim & destruuntur mixta, ex quibus

- 1.
- 2.

chi-

Chimicè conficiuntur nova corpora, ut olea, salia. Generatio salis est corruptio absinthii. Ita hoc confirmatur:

Ubicunque formæ unius expulsio, & alius novæ introductio, ibi corruptio & generatio.

Sed in potissimorum chemicorum operum productione intercedit formæ unius expulsio, & alius novæ introductio.

Ergò in potissimorum chemicorum operum productione intercedit corruptio & generatio.

Generatio accidentalis secundi modi.

1.

2.

3.

GENERATIO SECUNDI & TERTII MODI locum habet in operationibus, quæ respiciunt accidentalem constitutionem, & quidem GENERATIO secundi modi apparet 1. in QUANTITATE, cum medicamenta mole parva expetuntur, tum enim relollaceum corpus demitur, solæ δυνάμεις in desiderio sunt. 2. In QUALITATE, cum frigiditas, caliditas, secundarumque qualitatum excessus corriguntur, modo τὸ γλυκὺ, modo τὸ ἀλμυρὸν solùm expetitur. 3. In LOCO, situ, seu Ubi, cum discontinuatio objecti, ejusque partium DISCONTINUATIO & SEPARATIO LOCALIS attenditur. Occurrit hæc in solutione ☉ per menstrua salina corrosiva. In hâc διακρίσις nulla fit transmutatio: substantia auri manet, aurum solùm determinatur in minimas atomos. In verâ autem & genuinâ transmutatione non manet substantia. Locum etiam habet in tincturis & essentiis, quæ ex corpore integro ignavæ actionis educuntur per menstruum, sicque nobiliores vires acquirunt & præsentiores. Eadem generatio μετατοπικὴ καὶ χωριστικὴ locum habet in solutione corallorum, perlarum, per menstrua corrosiva.

Generatio accidentalis tertii modi.

TERTII MODI generatio sæpe in chemicis operationibus locum habet, imò sæpissimè secundæ conjungitur, in vegetabilium quorundam anatome. Non enim semper ea, quæ chimicè præparantur, de novô fiunt, sed actu præexistentia inerant antè in mistis, ut cum ex ꝑ vini fiunt crystalli. Sic ex seminibus lini, baccis sambuci, nuce moscata, juglandibus, avellanis exprimitur oleum. In his solùm quod occultum est, fit manifestum. In centro ☿ & ♁, ut & ☽ te latens tinctura tali generatione educitur; sensibilis fit, quæ erat occulta & denso latebat sub cortice.

CAPVT

CAPVT VI.

An operationes chimicæ magis mereantur nomen generationum, an corruptio-
num?

QUUM in transmutationibus substantialibus chimicis locum habeat utraque species opposita, & generatio, & corruptio, & dubitari queat, quo titulo commodiùs salutari queant, *respondent nonnulli*, potiùs dicendas esse corruptiones, quam generationes. Id *probant* verbis chimicorum, qui dicunt se resolvere mista in principia sua atque elementa, aquam, terram, & factu antè inexistentia. Qui autem elementa & principia hæc separat à mixto & composito, ille non tam generat ea, quàm destruit actum eorum, & esse proprium. Motus autem ab esse ad non esse, est corruptio, non autem generatio.

Quæritur an melior jure mereantur nomen generationum, an corruptionum? Nonnulli corruptioni favent.

Verum sciendum, transmutationes chimicas non magis esse corruptiones, quàm generationes: quin potiùs generationes dici merentur. Artifex principali instituto magis est attentus ad generationem medicamenti producendi, quàm destructionem corporis, ex quo efficitur medicamentum. Utriusque ideam habet in mente, sed illam præ alterâ.

Επιλογιστε.

Ad argumentum respondetur: non solùm in chimiâ fit resolutio, & destructio corporum, verùm etiam simul productio aliqujus substantiæ. Quamvis ordine temporis præcedat corruptio, ratione tamen intentionis in artifice præcedit generatio. Intentionis naturæ ratione prior est generatio, quàm corruptio. *Deinde*: Argumentum nititur falsâ hypothesi, quasi elementa actu insint mistis, aut omnia olea, salia actu illis, ex quibus eliciuntur, insint. Erroneum est hoc dogma. Quamvis olea quædam actu insint, non tamen actu insunt omnia. Maxima pars potentiâ tantùm inest. Et quocunque tandem modo insint, non insunt ut principia.

Respondetur ad argumentum.

O

CAPUT

CAPUT VII.

Operationes chemicæ sunt magis artificiales, quam naturales.

Effectorum in naturâ tria genera.

1. Quædam fiunt à naturâ solâ.

2. Quædam à natura & arte.

3. ab arte sola fiunt alia. Intelligitur 1. remotè.

2. proximè.

Chimicæ operationes ad ultimum genus referuntur.



EX PARTE AGENTIS PRINCIPALIS quomodo se habeant hæ operationes, ARTIFICIALES sint, an NATURALES, ut penetretur, sciendum, effectorum in naturâ tria esse generat: quædam fiunt à naturâ solâ: quædam ab arte & naturâ simul: quædam ab arte solâ.

A NATURA SOLA fit generatio animalium.

AB ARTE & NATURA simul fiunt, quorum forma in potentiâ materiæ ita est posita, ut naturaliter ad effectum inclinet, in eum tamen prorumpere non possit, nisi ab arte juvetur. Et in his η τέχνη συμπράττει τῆ φύσιν, communem per am ponit ars cum naturâ. Ita sanitas à naturâ & arte procuratur.

AB ARTE SOLA fieri, nihil conferente naturâ, dupliciter intelligi potest: 1. *Remotè*. Et sic falsum est, quædam fieri ab arte solâ. Nulla enim ars est, quæ non requirat aliquod naturæ fundamentum. Domus non fit sine lignis. 2. *Proximè* cum intelligitur, verum est; quamvis enim materia naturalis concurrat, illa tamen se habet merè passivè, & nulla aptitudo in eâ est, quæ effectivè ad formam moveatur, nisi ab artifice per agens aliquod, exempli gratiâ, ignem in eam inducatur. Ita ligna & lapides, nisi ab arte præparentur, domum conficere nequeunt. Cum negatur aptitudo in materiâ, non intelligitur simplex aptitudo, sed quæ sua sponte moveri apta nata est ad effectum. Artificialia sunt, quæ ut talia in seipsis non habent δ ρμὴν, quæ aliquid amplius est, quàm simplex aptitudo, & potius propensio, inclinatio, impetus se promovendi ad finem. Ὁρμὴν talem habent gravia & levia, quamprimum remotum est impedimentum externum, illa δ ρμὴν suæ formæ se movent, & impetu feruntur ad sua loca.

ULTIMI generis sunt chemicæ operationes. Objecta artis hujus non habent in se δ ρμὴν quæ spontè per suam formam in olea, salis, vel spiritûs naturam feruntur. Exemplo id patet

⊕

⊙li, & mineralium aliorum, quæ non nisi summâ ignis violentiâ in spiritum & oleum reducuntur, principiumque efficiendi non habent in se ipsis, sed extra se.

Principium illud est ignis, cuius δύναμις, virtus & potestas *Externum principium est ignis, qui* in substrata corpora agit, cum proportione majoris inæqualitatis, & ceu agens excedit patientia objecta in gradu. Ignis est causa efficiens, adeoque influens in effectum. Hic separat, resolvit, estque vel actualis, vel potentialis, ut menstruus liquor. Dirigitur ignis ab artifice chimico: hic est causa moralis, consultans, deliberans, dirigens, & activa passivis applicans. *dirigitur ab artifice chimico, per habitum mentis.* Operationes illæ fiunt ex habitu mentis cum rectâ ratione effectivo, seu ex arte. ἡ δὲ τέχνη ἐστὶν ἀρχὴ καὶ τὸ εἶδ[⊙], τῶν γινομένων, ἀλλ' ἐν ἑτέρῳ, *ars, quæ est idea in mente artificis, est principium & forma, ejus quod fit, sed in alio.* Ars est principium efficiendi, seu artificiosi effectus, dum docet per conceptam in mente ideam fabricare rem efficiendam, viamque & modum exsequendi eam. *Ab arte fiunt, quorum species* ὅτι τέχνης γίνεται, inquit *Philosophus 7. metaphys. cap. 7. ὡς τὸ εἶδ[⊙] ἐν τῇ ψυχῇ. Εἶδ[⊙] δὲ λέγω τό π εἶναι ἐκάστω, καὶ τὴν πρῶτον ἐσίαν.* *Ab arte fiunt, quorum species in anima. Speciem autem dico, ipsum quid erat uniuscujusque.* Declarat id exemplo sanitatis. ἡ δὲ ὑγίεια, ἐστὶν ἐν τῇ ψυχῇ λόγος, καὶ ὁ ἐν τῇ ἐπιτήμῃ. *Sanitas est ratio, quæ in anima & scientia est.* Medicus in mente sua habet motionem seu repræsentationem sanitatis, operis scilicet & rei efficiendæ, adque ejus imitationem fit illa. Talia autem quæ sunt, censentur technica. Si sanitas est artificiosum opus, multò magis opera chimica.

Τὸ εἶδος, ἡ ἰδέα, *exemplar, exemplum* hoc operum chimicorum in mente chimici artificis, est forma, quam illa imitantur *Exemplar in anima est principium,* ex intentione agentis, determinantis sibi finem, a deoque rectè statuitur ἀρχὴ ἑμὴ τῶν ἐνυπερχέστων, ἀλλὰ τῶν ἔκτος, *principium non intus, sed extus existentium,* procedunt enim ab eâ, ceu effectus, similes ideæ in mente conceptæ, seu conceptui in mente formato de opere conficiendo, non casu, aut per accidens, & præterpositum animi, aut indirectâ, sed directâ intentione, quâ operans ipso voluntatis actu in certum chemicum opus fertur.

CAPUT VIII.

dubia duo diluit.

Dubium de igne.

SI ignis produceret opera chimica, præstaret id aut ratione suæ substantiæ, aut caloris. Prius nemo unquam dixerit, cum substantia quælibet sibi similem tantum, & non alienam & peregrinam, aut toto genere diversam producat. Ignis non nisi ignem generat, nullumque mistum producit. Posterius verum esse nequit. Sal etenim substantia est, quæ à nudâ qualitate, qualis calor est, nequaquam produci potest.

R. l.

R. Ignis talia effecta producit substantia, & per substantiam suam. Nullum absurdum, ignem alia producere præter ignem. Univocâ actione producit ignem, æquivocâ etiam alia. Non in omnibus genitum simile generanti, sed in causis generantibus univocis solum.

Dubium aliud de putrefactione.

ALIUD DVBIUM movet putrefactio, quâ crebrò ars utitur. Hæc autem naturæ est opus.

R. o.

R. Putrefactio est naturæ & artis opus, sed diversâ ratione: **NATURÆ**, ratione proximi agentis, quod in materiam substratam agit, eamque corrumpit: **ARTIS** verò ratione applicationis, siquidem chimicus ex præscripto tale agens applicuit.

Ut fermentatio, ita & putrefactio adjuvatur 1. à calore mediocri. 2. a quo madore. 3. aère libero. Singula agentia sunt naturalia, compagem & communia vincula, quo partes misti in unitat continentur, blandè dissolventia. **A Q V A** liberalior facit, quod vina Francica aquosiora citius fermententur, quam Hispanica. **AERI** frigido exposita musta lentiori gradu fermentantur. **PATENTIBVS SPIRACVLIS** relictis celerior fit resolutio. **DIRECTIO** totius operis est in manu artificis. **PVTRFACTIO** chimica est artificiosa, ab arte imperatur, ab arte continuatur, ab arte terminatur. **IMPERATUR** putrefactio in destillatione spiritus rosarum, cum in dolio querno contusæ reconduuntur; **CONTINUTUR**, cum aliquot \varnothing spatio sic detinentur; **TERMINATUR**, cum acidum spirare advertuntur. Destitete tum ars jubet, ne putredinem $\kappa\alpha\tau\alpha\ \mu\acute{\epsilon}\rho\ \Theta$ excipiat putredo $\kappa\alpha\theta\ \omicron\lambda\alpha$.

CAPVT

CAPVT IX.

Agentium & patientium proximorum, quo agunt & patiuntur, modi, ratione, operationes hæc magis sunt violentæ, quam secundum naturam.

AΡΑ ἔν τῃ φύσει εἰσὶν ἐνιαυ βίαιαι, ἣ ἔχ εἰμαρμέναι, αἷς ἐναντία αἱ κατὰ φύσιν, inquit Philosophus 5. physic. cap. 6. *Definitio violenti physica*
 Sunt generationes quædam violentæ, & non fato determinatæ, quibus contrariæ sunt eæ, quæ secundum naturam. *competit operationibus chimicis.*

Operationes chimicæ sunt in numero illarum generationum, αἱ μὲν βίαιαι εἰσὶ, ἣ ἔχ εἰμαρμέναι, quæ violentæ sunt, & non fato determinatæ. Sunt etiam in numero illarum corruptionum, non naturalium, ὡσπερ ἡ τὸ γηρᾶν κατὰ φύσιν, quemadmodum & senescere est secundum naturam, sed præternaturalium.

Competit etiam chimicis operationibus definitio violenti ethica, proposita à Philosopho magno moralium lib. 1. cap. 15. *Competit iisdem definitio violenti ethici.*
 ἔτ' ἡμῶν ἐστὶν ὁ ὄρισμός, ὡν ἐν τὸς ἐστὶν ἡ αἰτία, ἀφ' ἧς βιάζονται πρῶτον, βία. *Violenti hæc nobis erit definitio: quorum agendi causa, à qua coguntur, est externa, vis est.* Sed in chimicis operationibus talis est externa causa, à qua coguntur. Ergò. MINOR probatur. Externus ignis actualis, vel menstruum in mista corpora agens, illa cogit, & in destillationibus corpora resolvit in vapores, qui concrecentes dum deorsum labuntur, non redeunt εἰς τὸ ἀρχαῖον, in pristinam naturam. Elevatio illa fit vi, pristina materia forma mutatur in phlegma, spiritum, oleum. Qui remanet cinis, vertitur in sal, iterum à pristina misti deflectens natura. Coactio tamen hæc in primis locum habet in transmutationibus chimicis substantiæ libus, minùs in accidentalibus. Quamvis etiam, dum ex femine lini exprimitur oleum actu inexistens, id sine vi contusionis non fiat.

Præterea βίαον definit idem de moribus lib. 3. cap. 1. ἡ ἀρχὴ ἔξωθεν, τοιαύτη ἴσα, ἐν ἧ μὴ δὲν συμβάλλεται ὁ πρῶτος, ἢ ὁ πρῶτος. *Competit iisdem etiam alia definitio violenti.*
 Violentum est, cuius principium est extraneum, tale existens, cui nihil confert

Confert faciens aut patiens. Tales violentiæ in chemicis observantur operationibus. IGNIS est principium efficiens externum. SVBJECTVM & materia DETERMINATE, neque agendo, neq; patiendo quicquam confert. Tria in motu ad aliquem terminum considerari possunt: 1. δύναμις. 2. ἐπιτηδεύτης. 3. ὁρμή, *potentia, aptitudo, & inclinatio.* Vitriolum habet quidem potentiam, & aptitudinem ad formam spiritus vel olei recipiendam, non tamen habet ὁρμή. Cùm ex vitriolo elicatur spiritus & oleum, Oleum nihil confert DETERMINATE PATIENDO. Non enim expetit vi suæ naturæ finem seu formam illius transmutationis, neque ullam ad eam habet ὁρμή, vimque ad *inclinationem.* Non confert determinatè agendo, neque caliditate, neque frigiditate, neque aliâ quâpiam potestate. Ignis omne absolvit momentum. GENERALITER solum subjectum & materia chimica confert PATIENDO, I. sustinet enim actionem principii effectivi, ceu patiens subjectum. Actio autem illa est duplex: 1. dispositiva: dispositionem sustinet materia. 2. Formæ eductiva, vel inductiva: inductionem etiam illam sustinet materia. II. PASSIVE etiam chimica materia ad operationem concurrat, dum recipit & sustinet in se ipsam formam.

CAPUT X.

obiectio occurratur.

Dubium proponitur.



Non leve hic occurrit DVBIUM. Fiunt hæ transmutationes AB AGENTE NATVRALI, qui est ignis ab arte regulatus: fiunt etiam in subjecto naturali. Ignis è ligno accenso naturalis est. ACTIO CALORIS *in materiam plane naturalis est.* Et proinde opus, quod prodicitur, efficientis & materiæ respectu naturale est. Cum planta comburitur, salis faciendi gratia, ILLA *adti plane naturalis est,* non violenta, ab arte introducta. ὡν δ' ἐν τῶς ἢ ἐν αὐτοῖς, *inquit Philos. I. magnor. moral. cap. 15. ἡ αἰτία, & βία. quorum interior ac ipsi causa est, nequaquam vis.*

R. I.

R. I. Natura est fundamentum violentiæ & artis: & tam efficiens quam patiens possunt esse res naturales, & tamen motus est violentus. In combustionem herbarum ad sal conficiendum, ligna

ligna sunt res naturales, ignis est naturalis, actio tamen est violenta. 2. Negatur, quod quævis actio in quolibet subjecto sit naturalis. Naturalis actio est, quæ fit secundum peculiarem inclinationem rei naturalis, & tendit ad destructionem ejusdem. Actio naturalis non est æstimanda ex conditione agentis, ut cum ignis calefacit, sed ex parte patientis subjecti. Si contra naturalem ejus inclinationem, est actio violenta. Tales sunt operationes chemicæ. Objecta destruuntur contra suam naturalem inclinationem. 3. Actio, *inquiunt*, caloris in materiam planè naturalis est. Propositio hæc simpliciter accepta falsa est, Distinguendum: Actio potest dupliciter æstimari: ratione agentis & patientis.

2.

5.

Distinctio actionis.

I. IN ORDINE AD AGENS, seu ut pendet ab agente, quod est res naturalis, omnes rerum naturalium actiones secundum se naturales sunt. Hoc modo actio ignis naturalis est, quantumvis sit combustio.

1. in ordine ad agens.

II. IN ORDINE AD SUBJECTUM, in quod agens agit, aliter se res habet, nec simpliciter determinari potest. Si ACTIO sit CONVENIENS SUBJECTO, sive ut non fiat repugnante natura subjecti, est actio naturalis, id est, secundum naturam; si verò CONTRA INCLINATIONEM subjecti seu patientis, est violenta. In operationibus chemicis non considerata solùm actio respectu agentis, verùm etiam, & vel maximè, respectu passi, & cum actio ignis in objecta vegetabilia, animalia vel mineralia conveniens non sit τῆ ὀρεμῆ *propensione* naturali, rectiùs statuitur, eam non esse absolutè, nec propriè naturalem.

2. in ordine ad subjectum patientis.

CAPUT XI.

causas operationum aggreditur efficientes, quæ agendo conferunt, animatas. Principalis causa est medicus, ministra plures.

Ὡς περ ἐν ταῖς ὀρεσμέναις τέχναις ἀναγκαῖον ἂν εἴη ὑπάρχειν τὰ οἰκεῖα ὄργανα, εἰ μέλλει ἀποτελεσθῆσθαι τὸ ἔργον ἢ τῶν καὶ τῶν οἰκονομικῶν. τῶν δ' ὀργάνων, τὰ μὲν, ἄψυχα τὰ δ' ἔμψυχα. *Ut in artibus definitis necessarium est esse propria instrumenta, si opus modo confici debeat; sic etiam in re familiari.*

Descriptio artificum definitarum Aristotelis.

Instru-

Competit chymia.

Instrumentorum verò quaedam inanima sunt, quaedam animata. Descriptio hæc artium definitarum, & applicatio ad rem familiarem, est Aristotelica 1. politicor. cap. 4. Applicari etiam potest chymia. Habet hæc determinatum opus, sanitatem nempe, præfixum, cujus etiam certa est, ut plurimum, licet non semper; neque hoc mirum, cum & natura interdum suo fine excidat, quæ tamen nunquam operatur frustra, sed semper certo intenta fini. Habet etiam certa media & instrumenta, quibus ad finem illum consequendum utitur.

Instrumenta animata.

CAUSÆ operationum efficientes sunt vel ἐμφυχαὶ vel ἄψυχαί.

Primum est medicus.

ΕΜΨΥΧΑΙ ANIMATÆ sunt vel principales, vel ministeriales.

ἀρχιτέκτων.

Τὸ δὲ κρείττατον δεσποικὸν ἐμψυχὸν αἶτιον, PRIMARIA ANIMATA harum operationum, & medicamentorum illis mediantibus concinnandorum, causa efficiens est MEDICUS, ἀρχιτέκτων, ἀρχιτεκτονικὸς, καὶ ἐργοδιώκτης. Inter ἀρχιτέκτονας rectè refertur. Ἔς μὲν πριωτέρας, καὶ μᾶλλον εἰδέναι νομίζομεν τῶν χειροτεχνῶν, καὶ σοφώτερας, αὐτορε Philosopho 1. metaphys. cap. 1. ὅτι τὰς αἰτίας τῶν ποιημένων ἴσασιν, quos honorabiliores & doctiores, ac eis, qui manibus operantur, sapientiores putamus, quoniam causas eorum, quæ fiunt, sciunt.

Εργοδιώκτης.

Εργοδιώκτης etiam rectè dicitur: dirigit enim ipsos labores, & adplicationem medicamentorum. Nec solum dirigendi, sed & præparandi peritiam habere, & manum ipsam admoveere solet.

Ministra causa animata.

ΥΠΗΡΕΤΙΚΑ ὄργανα, καὶ συναίτια ἐμψυχαί, MINISTRA instrumenta, & quasi concausa animata sunt οἱ ἐργάται operarii, MINISTRI ipsi, ὁ γὰρ ὑπηρέτης, inquit Philosophus politic. lib. 1. cap. 1. ἐν ὄργάνῳ εἶδεν τὰς τέχνας εἶναι, minister in artibus locum instrumenti obtinet.

Ministorum instrumentorum animatorum differentia ab inanimatis.

MINISTRI hi sunt χειροτέχνοι, manuarii, εἰ μὲν, αὐτορε Philosopho 1. metap. cap. 1. ὡσπερ καὶ τῶν ἄψυχων ἐνιασ, ποιῆ μὲν, ἔκ εἰδότητα δὲ ποιῆ, οἷον καὶ τὸ πῦρ. τὰ μὲν ἔν ἄψυχα φύσιν πρὸς ποιῆν τῶν ἑκάστον τῶν δὲ χειροτέχνων δι' ἑθῶς, qui manibus operantur, & sicut quaedam inanima, faciunt quidem, sed nescientia faciunt ea, quæ faciunt, ut ignis comburit. Hoc tamen discrimen inter illa occurrit, quod inanima, natura quædam, horum singula faciunt: manibus laborantes ministri autem propter consuetudinem. Mi-

Ministri hi sunt vel privati, vel publici : *hi φαρμακοτεΐσαι, Ministers sunt*
φαρμακοποιοί, καὶ φαρμακοπόλαι, privati, ab officio. Seplasiarii appellan-
vel publici
 tur, à Seplasiâ, quod erat forum Capuanum, in quo negociabantur
 unguentarii, quorum officinæ nomen dedit.

CAPUT XII.

Causæ operationum chemicarum, seu instrumenta in-
animata, sunt vel activa, vel passiva. Quæ agendo
conferunt, principalia sunt quinque: ignis, aer,
aqua, terra, menstruum. I. IGNIS.

I *α' μη' ἀψυχὰς ὄργανα, inanimata instrumenta sunt vel a-*
ctiva vel passiva. *Inanimata in-*
strumenta a-
ctiva.

ACTIVA sunt vel principalia, numero quinque:
 ignis, aer, aqua, terra, menstruum : minùs principalia sunt,
 manu quæ reguntur.

PASSIVA, sunt laboratorum, furnus, vasa &c.

SERIES *ἀψύχων inanimatorum* activorum instrumento-
 rum chemicorum principalium firmo stat talo. *passiva.*
Activa princi-
palia. Aberrat à janua
Angelus Sala aphorism. chimiatico 8. cum inquit : omnes opera-
 tiones absolvuntur & perficiuntur duobus his, & non pluribus
 instrumentis : igne & menstruo.

Numerum hunc binarium cum adserere satagit *Ant. Gün-*
therus Billichius, actum agit.

Reverà dantur & alia, aër nimirum & aqua. Terra etiam
 nonnunquam vicem instrumenti sustinet.

IGNIS primum instrumentum, interdum sumitur pro igne *primum in-*
strumentum
 visibili, qui ex carbonibus construitur, interdum pro omni ca-
 lore, qui ignis vim ostendit, ejusque effectum producit. Ignis *ignis.*
 generale & commune quasi est plurimarum artium instrumen-
 tum. *αἱ τέχναι ὡς ὄργανω χρωῦνται, inquit Philosophus lib. de spi-* *Ejus encomia.*
ritu cap. 5. ἢ δὲ φύσις αἴμα καὶ ὡς ὕλη: artes utuntur igne ceu instru-
mento, natura verò simul ut materiâ. Eum Cicerolib. de naturâ De-
 orum, vocat artium magistrum. Prometheus apud Platonem in
Protogorâ, Vulcani & Minervæ comūnes habentium ædes, *τῶ ἐν-*
τεχνον σοφίαν, artificiosâ sapientiâ cū igne suffuratur. ἀμήχανον γὰρ
ἦν ἄνευ πυρὸς αὐτῶ κλητῶ, ἢ χρησίμην γνέσθαι, impossibile enim erat,
P sine

sine igne illam impetrare, aut utilem sibi esse. Chimia cognitio sine igne acquiri nequit. Summa rerum suarum hunc praefecit. Hunc quavis Vestali religiosius colit, focusq; custodit multiformibus.

Iniqua censura
Quercetani


castigatur à
Billichio.
Non meretur
excludi ignis.

Iniquus censor est *Quercetanus in anonymo*, cum pro tot beneficiis non alium honorem igni habet, quam quod cum infamia ipsum jubeat ab alimentorum consortio faceffere, quasi qui nihil utilium progignat, utile corrumpat, & ad extremum interitum perducatur, noverca non mater, destruere pronior, quam fovere. Indignitatis plenam possessionem autem rursus locatur à *Billichio Thessal. rediv. cap. 4.* Elementorum in statione bono titulo locum suum defendere potest. Irrevocabili symbolismo & necessitudine sociari meretur ignis reliquis elementis, communi consensu eorum, qui in rerum productione magna ejus religio à veneratione agnoscunt merita: fovet calore, recreat luce, permeat subtilitate. Non omnia destruit, utilia multa producit, mater facilis, non injusta noverca. Non potest ejus vice fungi caelum, disparis omnino naturae & sortis. Ignis opus auxilio & suffragio, ut ad alias, ita etiam chemicas operationes.

Differentiae
ignis.

Ignis autem differentiae variae sunt.


TABULA PRIMA.



VACUUM, nec aquæ nec roris plenum, dicitur, cum vitrea retorta includitur cupulæ terreae & ferreae, aliudque vas cupulæ imponitur, commissuræque luxo diligenter clauduntur.

TABULA ALTERA.

Tabula altera.



De igne secreto videatur *Borell. hist. & obs. cent. 3. observ. 89.*

GRADUS ignis varii sunt, & caloris modi diversi. Ad ter- *Gradus ignis.* minum agit ignis, neque enim quò major fuerit, eò magis calefaciet aquam, sed certus caloris terminus est, ultra quem si ignis augeatur, nihil redditur aqua calidior, sed potius magis exsiccat bitur per vaporum ascensionem.

REGIMINE, quod *πυροτεχνία* dicitur, idcirco opus est, ut *Regimen ignis.* certis cancellis, quasi habenis, ignis coerceatur, ejusque potentia ponatur modus, certique statuatur fines, sive incendio opus sit atque aestu, sive ferve fieri quippiam atque intelescere expediat.

Regitur ignis per suos gradus, qui ab omnibus ferè 4. nume- *Gradus ignis distinguuntur.* rantur, & à *Sennerto inst. lib. 5. part. 3. lib. 2. cap. 2.* prolixè describuntur. Hos distinguit tum furnorum diversitas, tum qualitas ignis intensior & remissior.

Furnorum ratione.

Primus gradus.

Secundus.

Tertius.

Quartus.

Multa desiderantur in hac distributione.

II. Qualitatis ratione gradus ignis etiam variant.

1.

2.

3.

Graduum horum magna latitudo.

FURNORUM ratione, PRIMUS GRADUS seu MANSIO est in BALNEO MARIS, quo continentur medicamenta alteri vasi, scobe ligni ferrati, i.e. ferrâ dilcissi mediante, imposita, quam coctionem Græci ἐν διπλώματι in duplici vase vocant. Locum habet etiam in balneo vaporis & toris. Respondet & comparatur calori gallinæ ovis incubantis, & pullos excludentis, v e calori Solis temperato, mense Majo. In eo manum super-ventilabro aut registro tenere possumus.

SECUNDUS ignis gradus est in vesicâ, arenâ & cineribus,

TERTIUS in scobe seu limaturâ ferri.

QUARTUS nudus dicitur & patens, inque igne fit aperto. Ad hunc gradum pertinet ignis SUPPRESSIONIS, cum re-tortæ coopertæ arenis imponuntur carbones, more in cinnabaris ḡii præparatione recepto.

Distributio hæc legibus ἀκρίβειας conformis haud est. Membra divisa non exactè opponuntur. Quilibet gradus in quâlibet operatione observantur. Quæ destillantur calore scobis ferri, ea cinerum & arenæ regimine effectum sortiuntur eundem. Inde etiam ævo nostro cinereus obsolevit, ferreus desit, jamque unum sabulum amborum vice fungitur.

QUALITATIS caloris ratione, diversimodè diriguntur & cognoscuntur gradus ignis.

I. EX TACTU. PRIMUS gradus judicatur ex calore blando & svavi, manum tangentis nullo lædente modo : SECUNDUS ex acriori, ut vix tangi queat : TERTIUS, cum lædit : QUARTUS planè est destructivus.

II. REGIMINIS ipsius ratione, si unicum registrum, sive ventilabrum sit apertum, unum vel dimidium, primus est gradus: si duo, secundus: si tria, tertius: si quatuor, quartus gradus.

III. STILLICIDII ipsius ratione. Si in quolibet tactu musico cadat gutta, erit primus gradus: si dimidio, secundus: si quadrante tactus, tertius; si momento singulo, erit quartus gradus.

Hi tamen gradus variant ratione circumstantiarum. Prout resistentia rei, in quâ calor est internus, se gerit, ita etiam se habet externus.

Calor

Calor movet alterando *calefactivè* per se : Movet etiam generando & corrumpendo per accidens, *minuendo & augendo*: Movet etiam motu locali *in levandis spiritibus*, destillatione & floribus, sublimatione factâ: Movet etiam *liquando*, dum ejus atomi seu minimæ particulæ primo catinum seu crucibulum, post ipsum metallum penetrant, & ingrediuntur, ipsumque in minimas particulas resolvunt, & cum illis se uniunt. Evanescit ille motus, cum atomi igneæ exspirant, metallumque liquatum coalescit in massam, quæ facta erat contigua, continuam.

In solutione ignis requiritur levis, in sublimatione medio- *Amoena ignis delineatio*
cris, in coagulatione temperatus, in dealbatione continuus, in rubificatione fortis. Intelligenda hæc non de graduatione ignis, sed gradus jam constituti ad opus philosophicum accommodatione. Possunt tamen adplicari etiam ad alia.

CAPUT XIII.

alteram & tertiam chemicarum operationum inanimatam efficientem principalem causam proponit, aerem & terram.

AERIS, in censu instrumentorum chemicorum, primus *Aer chemicum* mentionem fecit *Laurembergius animadv. in Sala aphorismos*, eumque cordatè adserit *defensione contra Billichium quest. 1. Confirmat Sennertus consensu & dissensu c. 10.* *est instrumentum.*
& speciose in libertatem adserit.

DUPLICI autem modo, quâ humidus, & quâ alienâ frigiditate imbutus, chemicis necessarius est aër.

UT HUMIDUS, rebus naturâ siccis se admiscet, iisque consistentiam liquidam communicat. In cellâ frigidâ humidâ se admiscet salibus elementaribus vegetabilium, quæ per simplicem fiunt incinerationem, ut sali absinthii, inprimis ♀. In aëre humido sulphuris spiritus campanatus liquidam adsciscit formam. FRIGIDUS aër per accidens homogenea constringendo congregat, & salium concretionem promovet. Ita nitrum concrevit in frigido. Salia mistæ profapiæ, sulphureæ

P 3 oleosæ

oleosæ & salinæ, ut cornu cervi, succini, in frigido melius coagulantur & concresecunt, quàm in calido: quin in calido potius dissolvuntur. In rectificatione spiritus cornu cervi, dum alembicus adhuc tepet, nondum ad calidum alteratus, concresecit sal volatile: procedente destillatione, alembico à spiritibus calidioribus alterato, idem sal volatile resolvitur. In frigido concresecunt crystalli ♀, qui in calido erant liquor.

Terra etiam instrumentum est. Sunt etiam alia.

TERRAM hisce *Sennertus* addit, & huic cognata. In destillatione $\ominus \cdot \oplus$. additur argilla, bolus, ut \ominus & \oplus . disgregetur, nec tam facilè fluant.

Alia etiam addit instrumenta, ad operationes quasdam perficiendas necessaria. Sed \odot ♀ per deliquium parato, per acidos succos, solutæ perlæ, corallia feliciter præcipitantur. ✕ præcipitat ♀ auratum, & lac ♀ in sale ♀ resoluta in cellâ, in liquidam formam redactum.

CAPUT XIV.

causam operationum chemicarum inanimatam efficientem principalem quartam, quæ menstruum dicitur, proponit.

*Nomen menstrui.
1. Ομωρυμία.*

Menstrui vox est homonyma, 1. Notat excrementitium illud muliercularû zenith, ut appellat *Croll. basil. Chemicâ*, seu singulis mensibus apparere consuetum fluxum.

2. Est terminus artis chemicæ, & significat liquorem quendam & operarum nonnullarum subsidium ab artifice adsumptum, & per mensem philosophicum in opere detentum, rerum extractioni seu solutioni servientem.

2. Etymologia.

MENSTRUUM appellatio derivatur à tempore, quo digestio absolvitur.

3. Συμωρυμία.

CLAVIS etiam appellari potest menstruum, quia claustra mistorum aperit, & ad interiora viam parat. LIQUOR SOLVENS etiam indigitari solet, & EXTRAHENS. Solutio occurrit in \odot cum \mathcal{R} imbibito: extractio in absinthii tincturâ per spiritum vini parata.

Est

universale & particulare.

III

Est vel universale, vel particulare menstruum.

Menstruum duplex.
1. Universale.

UNIVERSALE est, quod omnia corpora solvere promiscuè potest. Mentionem talis facit *Crollius*, & vocat aquam sapientiae, Menstruum Mercuriale Philosophorum, totius naturæ secretissimum, omnium metallorum ac lapidum verum appropriatum solvens, quo seramen carere fere ejulabundus conqueritur. *Franciscus Antonius Londinensis* menstruum suum auri solutivum vocat AQUAM COELICAM Raimundinam, Mercurium Philosophorum, omnium horarum hominem, qui quamcunque impressionem veluti cera recipit, quo centum quadraginta specierum selectissimarum, animalium, vegetabilium, mineralium, essentiae queunt evocari. *Alii* balneum Dianæ indigitant, & magneticam priscorum Philosophorum clavem, corpus omne physicum numerosâ virtute pervadentem. In horum numero est *Johan. Wolfgangus Dienheimius* libello de *universali medicinâ*.

Verum

Non satis est isthac uno vos dicere verbo, sed facere, ut qui vis sentiat & videat.

Επιχεισις.

In concussæ veritatis thesis: non datur menstruum omnia corpora promiscuè solvens. Agens non agit pro ratione agentis, sed dispositione patientis.

PARTICULARE menstruum est, quod certæ alicui rei solvendæ destinatum est.

Particulare, menstruum

De differentia operosè admodum *Libavius alchymiâ phar-*
maceuticâ cap. 4.

Differentia Libaviana, Billichiana.

Billichius distinguit in actualia humida, aquosa, salina, sulphurea, & potentialia sicca, quæ quidem vim solutoriam actu proximo & absoluto minimè obtinent, ab actu secundo accipiunt, accedente igne reverberii, ut ♁. ☉. ☿. quæ ignis beneficio in actum solvendi & discontinuandi erumpunt.

Communiter actu humidis menstrui nomen attribuitur, HUMIDAQUE talia menstrua constituuntur vel AQUOSA insipida, vel SALINA, vel OLEOSA sulphurea. AQUOSA per decoctionem & infusionem, vegetabilium & animalium partes, saccharum item, & salia per irrigationem solvunt. Scammonii extra-

Menstrua humida, aquosa, solvunt sal, saccharum,

hendi

δακρύδιον,
aloen.

☉ vini
non solvit
saccharum.

nec ☉ ♀.

*Aquea men-
strua non sol-
vunt oleosa
corpora.*

*Salina men-
strua solvunt
metalla.*

hendi menstruum commodum est aqua fumarix, endiviæ. Aloën solvit aqua endiviæ, & succus rosarum, violarum, Saccharum & sal potestati olei vini sunt exempta, & ab eo solvi non queunt, *inquit Sala aphor. chymiatrico 16.* Quid negant, & aurigas monstrant, semina anisi & fœniculi saccharo incrustata in spiritum vini ardentem injicientes, tussiculosos etiam, spiritus vini penetrantem violentiam saccharo accenso retundentes, actum agunt. Si quædam sacchari solutio adparet, non spiritui debetur, sed phlegmati. Unde etiam saccharum non prius solvitur, quàm flammâ in auras dissipatâ. Actum agunt, qui ☉ ♀ ad cœruleum colorem calcinatum, tincturam extracturi, imbunt spiritu vini subtiliter rectificato. Nihil solvitur, priusquam spiritus in auras evanuit, tum phlegma solutionem inchoat.

Solventia liquida insipida, atomos sulphureas rerum elicere non possunt. Aquæ enim cum oleo nulla affinitas, *autore Sala aphor. chymiat. 18.* Non expugnat veritatem aphorismi, & universalitatem *Laurembergius, defensione animadvers. quest. 3.* cum, ut probet, per menstrua insipida posse elici oleum, docet: ex anyso & thymo, per affusam aquam, quæ illorum seminum & herbarum partes pervadit, & oleositatem educit, elici oleum, idemque sine eâ elici non posse. In hoc actu non extrahit aqua oleum, & sibi approximat, ut menstrua solent, sed facit solum ad macerationem seminum. Ignis post educit è potentiâ materiæ oleum ipsum, nisi actu ante inexistat.

SALINA, acuta & corrosiva menstrua mineralia & metalla solvunt, his enim sunt homogenea, nec ullius metalli sine salibus fit solutio, eò quod majori ex parte sale constant. Prius tamen, quàm adhibeantur salia, attenuanda sunt, & exaltanda, quod fit, si in spiritus redigantur. Spiritus hi nihil aliud sunt, quàm atomi salium, cum ▽ permixtæ & dilutæ. Spiritus hi, quàm primùm corpora tangunt, aggrediuntur, pervaduntque eadem, & in particulas invisibiles comminuunt. Hæ spiritui solventi innatantes ad eò arctè ab ipso tenentur, ut etiam per poros chartæ transeant, nec ab ipso, nisi violenter, revelli queant.

Potabilem formam talia soluta repræsentant, & bibi possent, nisi corrosiva vis impediret.

Talia

Talia menstrua, quæ metalla solvunt, omnia sunt corrosiva. *Qua metalla solvunt menstrua, omnia sunt corrosiva.*
 Hæc *Angeli Sale thesis aphor. chimiatr. 23.* ab autore & *Billichio* habetur pro infallibili. Impugnat eam *Lauremberg. defens. anim. adv. & notarum, libro quest. 5.* & in liquore insipido metalla solvi posse affirmat. Sed non persuadet.

Metalla hoc modo in liquorem conversa simplicia haud manent, sed talia esse desinunt. Ut metallum in igne fustum tamdiu liquidum manet & fluidum, quamdiu atomi igneæ cum eo sunt conjunctæ, illis remotis, crucibulo ab igne ablato, pristinam formam recuperat, ita etiam liquoribus solventibus in liquidam formam redactum, tamdiu liquidum manet, quamdiu atomi liquoris illius sunt cum ipso conjunctæ, & non amplius simplex dici meretur. Quæ contra adfert *Laurembergius quest. 4.* nullius sunt momenti, *Metalla in liquorem versa non amplius simplicia sunt.*

Quæ solvendæ menstruum appropriatum est ∇ ; \odot lis ∇ : *Menstrua salina specialia.*
 vel spiritus \odot proprio sale ad satietatem imprægnatus. Corallia, perlas, lapides cancrorum, acetum, succus citri solvunt, & quidem itidem corrodendo. Spiritus \odot -li, & huc etiam pertinent.

Menstruum secretum *Zuvelseri Mantissa Hermetica* per *Menstruum secretum Zuvelseri.*
 lis, coralliis, &c. solvendis aptum est spiritus \oplus , ex crystallis ipsius artificiosè paratis prolectus. Ablue, inquit, Venerem ab impuritatibus succo quodam vegetabili, & *Baccho* inebries, dabitque destillando spiritum miris virtutibus præditum, tum ad medicinam, tum multas alias operationes aptissimum.

Omnes hi liquores sunt salini: quæ verò per salia fit solutio, appellatur corrosio.

OLEOSI & sulphurei liquores solventes, sunt varii. SPI-*osa.*
 RITUS vini & fecum vini inflammabilis communiter dictus, cum *menstrua specialia.*
 potius sit liquor sulphureus, dissolvit substantias resinosas, cum non solùm naturæ sit sulphureæ, sed potius naturæ salino-sulphureæ, ut declarat *Zuvelserus classe 7. animadvers. in extracta*, servit & jam solutioni metallorum in calces reductorum. Extractioni vegetabilium sufficit, qui ex tritico, adjecto fecum modico, paratur.

Oleum terebinthinæ à *nonnullis* eligitur, ita præparatum, *Menstruum terebinthinatum,*
 ut nullo odore possit inquinare essentiam. Id impetratur multo
 ris

Q

ris

tis-ablutionibus. Alii vinum & resinam terebinthi simul destillant, faciuntque menstruum terebinthinatum.

Inspida menstrua non possunt elicere essentias oleosas.

Solventia menstrua insipida non possunt elicere oleosa, & sulphureas rerum essentias & substantias. Aquæ enim cum oleo nulla adfinitas. Ita *Sala aphor. chymiatr.* 18. Quæ contra adfert *Laurembergius* de aniso, thymo, quorum olea ad destillationem apta redduntur, per adfusam aquam, quæ illorum partes evadit, & oleositatem educit, & de eorundem affinitate, ob symbolam qualitatem, humiditatem, illa thesin non evertunt. Aqua dissolvit totam vegetabilium substantiam, in oleum illud homogeneam familiaritate nullam habet potestatem, neque etiam ejus atomos sibi unit, supernatat. Concussione licet invicem atomi se pervadant, redeunt tamen statim ad ingenium, & se separant, olea tenuiora, ut anisi, supernatant: crassa, ut caryophyllorum, petunt fundum.

Nova doctrina Polemanni.

Nova est doctrina à *Joachimo Polemanno lib. de φ philosophorum* primùm promulgata: Salina menstrua, ut lixivium salis φri, solvere etiam oleosa & pingua, & utrorumque atomos per minima misceri. Sic lixivium calcis vivæ in Japonis confectione miscetur cum sebaceis. Sal cornu cervi volatile miscetur cum oleo, & spiritu. Sic Θ φri resolutum solvendum φris florum menstruum est. *Judicant* id fieri ob magnam familiaritatem oleorum & salium, inde natam, quod dum calcinatio calcarii lapidis, & tartari vini instituitur, intensioris ignis interventu olea mutantur in salia, & alcalia.

Extinguitis.

Verùm olea salinam naturam acquirere, altioris est indaginis. Ad diversas in φ substantias si respiciatur, alio modo difficultas expediri posse videtur.

CAPVT XV.

De causis operationum chemicarum inanimatis efficientibus ministris, minus principalibus, manualibus.


Instrumenta manualia.



EDIA activa instrumenta, minus principalia, inanimata, sunt MANUALIA, quæ manui cooperantur.

Eorum

brevitabellæ
delineata.



CAPUT XVI.

Causæ operationum chemicarum inanimatæ mini-
stra, quæ patièdo conferunt, proponuntur.

Instrumenta
passiva.

I. Laboratorium.

Apparatus causarum seu mediorum, quæ patièdo ad chi-
micas conferunt operationes, varius est. Quædam
loci vicem supplent IN GENERE, ut laboratorium,
quædam IN SPECIE, ut furni, vasa, & quo utraque jun-
guntur LUTUM & GLUTEN.

Inter ea media, quæ LOCI VICEM supplent, primum lo-
cum obtinet LABORATORIUM, ædificium, seu domus chi-
mica, cujus ingeniosa constitutio maximum potest ad exercitium
hujus artis adferre momentum. Ejus ἰχνογραφία operosè pro-
ponit Libavius comm. alchem. part. 1. lib. 1. de scevasticâ artis c. 8.
orthographiam & sciagraphiam, in quâ non solum necessitati, sed
etiam dignitati non nihil tribuit, capite 9.

Laboratorium.

Delineatio Li-
baviana.

Celebre fuit laboratorium invictissimi Imperatoris Rudol-
phi, constructum in aulâ Pragensi.

In Europæ Academiis nullibi, quantumvis chimia publicè
& privatim tradatur & exerceatur, sumtibus publicis nutritio-
rum extructum habetur laboratorium. Professores artis hujus
suis sumtibus exstruunt loca, operationi & informationi apta.

Promittitur
laboratorium
novum.

Designavimus locum chemicis laboribus aptum, in suburbano nostro, longum pedes Geometricos XL. latum XXIV. Specimen curiositatis hujus exhibebit æstas imminens.

CAPUT XVII.

*Causa altera inanimata ministrata, que patiendo prod-
est, loci vicem supplens in specie, nimirum Furnus.*

Nomen Gra-
cum.



NOVINATUR à Græcis ἰσπὸς, καὶ αἶν, φῆεν, φανός, καὶ ἑαν, μάγειρον, Etymologus & Hesychius ἰσπὸς κερῶμεν. p. idem, sect. 5. t. 51 Vall. & sect. 5 n. 52. ut & 7. epid. no 80. Foes. furnus sigulnus. Ita emendat textum pro ἰσπὸς equinus. Reinesius variar. lect. lib. 1. cap. 12.

Fornax.

Fornax & furnus pari ambulant passu. Furnus est locus, capsa & velut officina Vulcania, ignis coercendi, regendi, rectèque administrandi gratiâ excogitata. Calor in potestate artificis esse non potest, nisi inclusus, & in diverticula ingeniosè distributus. Adjumento huic scopo domicilium & Vulcanium illud claustrum est excogitatum.

In structurâ
observanda.
1. Simpliciores.

In constructione fornacum licet vice primâ non succedat negotium, non cessandum ab opere, sed in oculis habendum, quod gladiatoribus languentibus acclamari solebat: REPETE. In defesso opus est labore.


STRUCTURA varia est, constans ex partibus, simplicioribus, & magis compositis. SIMPLICIORES sunt LATÈRES, sique vel crudi, qui ad nutum artificis scindi possunt, & cum luto in unam crustam coalescunt, vel cocti. LUTUM conficitur ex argillâ bonâ, tenaci, non lapidosâ, cui arena per cribrum à lateribus liberata, & tomentum pilorum, percussione baculi bene dilatati, admiscetur. Nonnulli & finum equinum, & ferri scoriâ addunt. FERRAMENTA etiam necessaria sunt, in pluribus duplicia. 1. CRATICULA portandis carbonibus apta. 2. Lamina transversos duos digitos lata, vasi sustinendo accommodata.

Composita
partes:
infima,
media.

COMPOSITIORES partes, seu regiones aptè inter se connexæ tres sunt: INFIMA κοινὸν cinerarium, in quam decidunt cineres, qui ignem suffocarent. Foramen habet, per quod cineres eximuntur, & aer ad ignem ventilandum intrat. MEDIA est

est *πυραυήλων focus*, carbones continet, à subjectâ per ferream cratem seu leptum distincta. Foramen habet, per quod carbones immitti queunt. SUPREMA pars est *ἐργαστήριον ergastulum* ipsum, vasis recipiendis dicatum. Ad LATERA iuperius habet *laterales* quatuor foramina, spiracula & REGISTRA communiter appellata, ad aëris immisionem, & fuliginum expulsionem, adeoque ignem regendum accommodata.

DIFFERENTIÆ. Varietas furnorum ingens ligneis vel *Differentia* æneis typis delineatur à *Libavio com de alchim. part. 1. lib. 1. de scévasticâ artis* & *Daniele Mylio lib. 2. basilic. philosoph. de furnis & vasis philosoph cap 2.* Videatur etiam *Rhenanus Opus emerg.* Singulicomes addunt.



Q 3 In


*Encomium
furnorum
Glauberiano-
rum.*


*Duo furni sunt
peculiares,
Alter furnus
ἀκείδης.
Nominis ratio.*

*Duplex.
1. Simplex.
2. Compositus.*

1. Athannor.

In furnis construendis dexteritatis laudem obtinuit præ omnibus *Ioh. Rud. Glauberus*, ediditq; tractatum, cui titulus: FURNI NOVI PHILOSOPHICI, in quibus demonstratur modus singularis, spiritus, olea, flores, & similia vegetabilia, animalia, & mineralia medicamēta preparādi, libris quinque hic est comprehensus.

Duo furni imprimis mentione digni  καὶ ἀκείδης, *athannor & incuria.*

ὁ ἀκείδης, ἢ ὁ τῆς ἀκείδειας ἰσχνός, παρὰ τῶν μὴ κηδεμονίας χερίσειν καλέμεν , *incuria furnus*, Acedia vulgò, quod non indigeat multâ vigilantia, dictus, aut, ut *Dornæus* ait, qua lentum aut pigrum subministrat ignem, *Henricus Piger*, *der faule Heinze* etiam appellatur, à negligentiori administratione, & quia curator suo indulget quietem, somnumq; & connivet ad operas. Sapientiæ furnum potiùs appellari debere censet *Libavius*, est enim in ejus apparatu magna solertia, major in regimine, maxima in rerum iplatum conveniente accommodatione, absoluteq; artificiosâ.

Duplex est: simplex vel compositus. SIMPLEX, solitudinis, uno constat furno. COMPOSITUS, plurium rivalium furnorum. Appellatur etiam societatis acedia. Ad unam turrim ampliozem duo vel plures constituuntur furni, ut inde ex communi foco, tanquam præsepi, beneficium caloris & nutrimentum ignis accipiat quilibet. Plura egregia *Libavius comm. alchim. parte 1. lib. 1. de scevastica artis cap. 29. & 30.*

ATHANNOR, ut in genere indiscretim quemlibet furnum notat, ita in specie furnum arcanorum, STRVCTVRA ita concinnata est, ut non tangat ignis materiæ conceptaculum, sed solum halitum *θερμοποιόν* debito gradu moderandum conferat. FIGVRÆ à *Libavio comm. alchim. part. 1. l. 1. de scevastica artis. c. 32* exhibentur. Peculiarem commendat *Henricus Conradus*, libello *de athannore*, clariùs describit, & icone illustrat *Sennertus, l. 5. inst. part. 3. sect. 2. cap. 11.* Ellychnium ex alumine plumoso conficitur. Talis nobis etiam est ad manum, nostrisque in servit usibus.

CAPUT XVIII.

*De tertia causarum ministrarum inanimatarum,
quæ patiendoprosunt, specie ac operationibus, nempe de Vasis.*

VASA

VASA

igni admoventur



Igni

igni non adpli- cantur.	conti- nentia	Receptaculum, Borlage	{ magnum, collo longo, medium.
		Collum vitreum, Ein gläsern Anstosß. Concha, Glasschale.	
	transmittentia	{ Tritoriū, infundibulū, Erichter Separatorium hypoclepticum Schiedglasß.	

ALUDEL vox Arabica non nemini esse videtur نَدْرَج

Tsaluson tria vasa lacte seu mulctura implens *Camela*. Item, quæ tribus uberibus arefcentibus ex tertiâ mulgetur: vel quæ ex tribus mulgetur, uno ubere sicco.

تَلَيْتْ *Tsalitson*, triens. Sed meritò ambigitur, an vox

Aludel illustrari sic queat. Magnam corruptionem vocis factam esse oportet, ait *Frischmuthius*, si ab alterutrâ voce Arabicâ *T* *Aludel* derivari dicatur.

CAPVT XIX.

De scissura vitrorum.

Hæc fit variis
modis

- 1.
- 2.
- 3.



It ea variis modis, 1. Filum sulphuratum simplex vel duplex circumvolvitur circa collum vitri, cum deflagravit aqua frigida aspergitur, sic decidit actutum. 2. Feliciùs succedit operatio, si adamante aut smiride locus ante designetur. 3. Citruli ferrei varii ad manum sint, qui exacte ambiunt vitra decurtanda, igni admota candescant, & vitro applicentur ignita. Tum aliquot guttæ frigidæ aquæ aspergantur. Indurimula apparebit. Hanc ferro candente sequere, donec circulum compleas.

Vasa in quibus medicamenta adservantur, telis emplasticis nonnunquam munienda.

CAPVT XX.

De sigillo vasorum hermetico.

R. Phi

Rhialam materiã circulandã repletam, collum ejus *Modus sigil-*
 transmittit per fundum ollæ, foramine pertusæ, instar pol- *landi.*
 licis transversi, & ultrã, circumjice carbones, intende i-
 gnem, ut vitrum mollescat, & coalescat, vel forcipe com-
 primi queat. Vel phialæ colli orificium obtura turundulã aut pi-
 stillo ligneo, aut cerã Hispanicã liquefactã.

Vitra peregrè mittenda obturantur subere vel cerã, & vesicã
 bubulã vel suilla madefactã, chartã superimpositã ope cannabini
 fili obligantur.

CAPUT XXI.

de LUTIS agit, & GLUTINE.

Vltimum inter ministras inanimatas, quæ patiendo ad o-
 perationes conferunt, causas, locum obtinent duo hæc.

LUTI magna habebatur olim ratio in arte statuariã. *Luti antiqui-*
χαλεπωλιον εστι το εργον, οταν εν ονυχι ο ψηλος γηνεται. τα.

Sententia hæc est *Polycreti statuarii, libro 2. συμποσιακων probl. 3.*
Plutarcho autore. Alludit plastes ad fictorum consuetudinem, qui
 superinducto uugue commissuras marmorum explorabant.

Difficilis est etiam ludi chimici præparatio, & ad commissu- *Luta chimica.*
 ras vasorum terreorum ac vitreorum accommodatio.

Varia luta describit *Beguinius tyrocinio libro 1. cap. 6.* eaque *Parandi mo-*
 satis probata pro fornacibus construendis, ex terrã pingui, & pilis *dis.*
 vaccinis, pro retortis loricandis, ex argillã figulinã, stercore equi-
 no, farinã laterum, squamã ferri, vitro pulverisato, vitris fractis
 consolidandis, ex calce viva & albumine ovi, super laciniam line-
 am extendenda. Juncturæ alembici cum cucurbitã accuratè oc-
 cluduntur, ne vel minimum exspirare possit, paratis loris ex intesti-
 nis vel vesicis bubulis. Hæc aqua emollita, applicata, & indurata,
 firmiter, instar glutinis, adhærent.

LUTUM aquaticum appellatur, quod in aquis & vapo- *Lutum aqua-*
 ribus durat. *ticum.*

Commissuras canalium cupreorum, per aquas transmissio-
 rum, cum doliis ligneis refrigeratoriis, quæ ad aquarum destilla-
 tiones adhibentur, munire solent artifices affusa pice,

R GUER-



GUERNERI ROLFII,
CII, CHIMIÆ IN AR-
TIS FORMAM REDA-
CTÆ,
LIBER III.

Τὰ τεχνουργήματα, opera seu effectus
operationum proponit.

SECTIO I.

ARTICULUS I.

CAPUT I.

Eorum divisio generalis, ex sententia Liba-
vii, Sennerti, & Beguini.

Divisio Liba-
vii.

Sennerti.



Ibavius syntagm. arcanor. chim. opera chimica di-
stinguit in 1. magisteria. 2. extracta, 3. quintas essen-
tias & elixiria, deq; iisdem ordine, octo libris agit.

Sennertus de consensu & dissensu cap. 19. eandem
adfert distinctionē. Magisteria appellari etiam posse
ait IMMUTATA vel PERFECTA: extracta verò SECRETA
vel SEPARATA. Tertiam verò classem vocat COMPOSITA.

Fundamentum distinctionis præbet corporum, circa quæ
occupatur chimia, natura & proprietas. Homogenea corpora ex-
hibent magisteria: heterogenea, quæ non integra sed separata ex-
petuntur, præbent extracta. Composita in mistis habent locum.


Beguini.

Beguinus tyrocin. chim. lib. 2. in proæmio, effectus operatio-
num, sive, ut quibusdam appellantur, species chemicas compen-
diosiùs & clariùs redigit ad tres classes: liquidas, molles, & dur-
ras. Ad LIQUIDAS refert aquas destillatas, aquas fortes, spiri-
tus, olea, tincturas liquidas. Ad MOLLES refert balsama, extra-
cta, tincturas molles, & solidiores. Ad DURAS referuntur cal-
ces, croci, salia, flores, magisteria, tincturæ sic cæ, qui ut essentia.

Disti-

Difficilis est salebrofa Libaviana Διατύπωσις. Beguinæa Επίχεισις.
facilior, licet nec ipsa omnibus numeris absoluta.

Tabula operum
chimicorum
auctoris.



R 2

CAPUT

CAPUT II.

DE EFFECTIS ET OPERIBVS CHIMICIS in specie

I. LIQUIDIS, ET I.

De primo genere Liquidorum, nempe
DE DESTILLATIS

in genere,

§ I. in specie

De aquis, phlegmati, inutili sub Scurio contento
principio, quæ à chemicis adscribuntur.

*Destillata li.
quida primam
classem consti-
tuunt.*



Rimam classem effectorum chemicorum constituunt LIQUIDA, & quidem prima eorum species, nempe DESTILLATA. In horum præparatione excellere, est inter præstantes eminere, eam excolere, est summo homines cumulare beneficio, & summâ seipsum beare voluptate. Videre hîc licet artis cum natura ludentis, aut potius naturæ artificiose ambulantis miracula.

Nomen.

DESTILLATA NOMINANTUR, quæcunque beneficio caloris, in vaporem, res virtute medicamentosâ præditas resolvunt, ut deinde guttarum, stillarumve in modum proveniant, & in vas recipiens derivent.

Differentia.

DIFFERENTIÆ variæ licet videantur, ad tres classes tamen redigi possunt omnes: suntq; aquæ, spiritus & olea. AQUÆ appellantur, quæ ad aquæ naturam propiùs accedunt, de essentiâ medicamenti aliquid continent: verùm illud aqueâ humiditate dilutum ac mistum.

*Simplices aquæ
an habeant vi-
res mistorum?*

Simplices destillatæ aquæ vegetabilium, *Autore Angelo Salâ apher. chimiatr. sect. 2. apher. II.* non habent in se qualitatem prædominantem, virtutesque corporum, à quibus eliciuntur. Albæ enim cum sint & insipidæ, facilè dispicitur, quod sale & sulphure sint destitutæ. Econtrâ vires vegetabilium adserit *Laurembergius in notis t. 22. § questione 22.*

DISTIM-

DISTINCTIONE videtur res expediri posse. Non habent ^{Distinguitur.} omnes virtutes, sed aliquas solum. Aquæ licet non participant de sale & oleoso sulphure, mercurialibus spirituosis tamen abundant partibus utilibus quibusdam, quæ se permiscunt phlegmati, inutili principio. Hæ virtutibus quibusdam imbuunt aquas destillatas. Puræ autem aquæ destillatæ, phlegmata simpliciter dictæ, omnis sunt virtutis expertes.

SPIRITUS nominantur liquores, qui spirituosus & essentiam ^{Spiritus quænam?} medicamenti continentibus abundant partibus, aqueæ humiditatis maximâ ex parte expertes.

OLEA appellantur, quæ pinguem oleosamque naturam ^{Olea.} habent, & quidem inflammabilem.

Tria hæc nomina sæpe confunduntur. Non rarò, quod ^{Promiscua, & indiscreta nominum usurpatio.} spirituosum est, nominatur aqua, quod aqua, spiritus. Olei appellatio etiam vagabunda est. AQUA CINAMOMI magis est spiritus, quàm aqua. SPIRITUS VINI, magis est oleum, quàm spiritus. AQUA FORTIS magis est spiritus. SPIRITUS TEREBINTHINÆ magis est oleum, quàm spiritus. Spiritus tam vegetabilium quàm mineralium, abundat phlegmate, & aquis permisti sunt spiritus.

▽æ frequentissimè destillantur ex herbis, rariùs ex radicibus, lignis, aut aromatibus, nonnunquam ex partibus animalium, ^{Ex variis aqua destillantur.} semper per ascensum ferè, rarò per descensum.

CAPUT III.

AQUÆ DESTILLATÆ SIMPLICES.

I. ROSARUM PER ADSCENSUM.

Rosar. rubr. fragrantiss. recent. q. v. ^{Modus concinnandi aquam rosarum}
Ex cucurbita vitrea, in Balneo maris, per alembicum, juncturis bene clausis, destilletur aqua. Nobilior fit, si super recentes rosas reaffundatur, idque tertia vice repetatur.

Ut ODORATIOR sit, supra alias fermentatas rosas distillatam ^{odoriferam,}

R 3

latam

latam aquam effunde, & iterum extilla. Vel 2. granum ambræ & moschi, in extremitate rostri alembici impone, in petiâ ligatum, vel 3. nodulum ex his cordialibus, destillatæ aquæ immitte, filo lineo alligatum.

Et colorationem.

Ut COLORATIOR ex alembico descendat, flores rosarum recentes alembici lateribus insperge, spirituque Θ li eosdem irriga. Rubescens descendit aqua, cum admiratione adstantium, artificii ignari qui sunt.

ALIA.

Alius modus

R. Rosas recentes rubras, quibus antheræ luteæ sunt demtæ. Impletur illis cucurbita vitrea ad medietatem, illaque in MB ponitur, aquâ adhuc frigidâ. Imponitur huic alembicus novis floribus repletus, & apposito recipiente vase, juncturis lutatis, ignis accenditur. Sensim vapor ascendens in alembico condensatus, in recipiens per rostrum extillat roseus.

RESIDUUM mortuum caput formetur in orbiculos, qui ad usum servantur.

AQUA ROSARUM PER DESCENSUM.

*Modus destil-
landi aquam
rosarum per
descensum.*

R. Rosas incarnatas recentes. q.v.

Reconde in vas terreum, ejusque collum oblongum inverte, ut deorsum vergat, & per laminam ferream transeat in furno affabrè facto. Carbonibus incensis cinge basin vasis. Sic sensim aqua in vas suppositum stillabit.

*Muliercularum
compendium.*

Mulierculæ, compendium quærentes, ollam terream majusculam operiunt, & obducunt linteo. Huic insternunt rosas recentes, & desuper accommodant patellam ferream vel cupream, carbonibus tectam. Cùm incalescunt rosæ, exsudent liquorem, collectus hic in ollâ, odoratâ fragrantiam matrem refert.

Vsus aquar. rosarum.

USUS AQUÆ ROSARUM cephalicus & cordialis magni æstimatur, odore recreat, & languentes vires resuscitat. ORBICULI cucuphæ loco gestari possunt, suprâ locum concursus futuræ coronalis & sagittalis.

CA-

CAPVT IV.

Aqua cinamomi spiritiosa.

Cinamomi selecti ℥j.



crassiusculè contulum excipiat

▽ *rosaceæ, & vini odorati à ℥iij.*

Preparatio.

Maceratione factâ in vase bene clauso, aliquot dierû curriculum, destillatio instituitur in vesicâ cuprea, per alembicum. Albicantior prima aqua seorsim excipiat, quæ melior. Altera medicocris: tertia vilior est.

VIRES. Recreat omnes animæ functiones.

DOSIS à ℥ss ad ℥j. & ultrâ extenditur.

UTENDI MODUS sumitur per se, vel cum aliis.

Vires.

Dosis.

Modus utendi.

CAPVT V.

Aqua florum lil. convallium.

flor. lilior. convallium ℥j.



Contundantur in mortario marmoreo, aspersâ modicâ aquâ propriâ. Exprimatur succus. Hic phialâ vitreâ, seu cucurbitâ vitreâ exceptus destilletur secundum leges artis, in Balneo maris. Aqua excipiat receptaculo decenter. Extractum residuum quod manet, adservetur in vase vitreo vel terreo: vel ad

Preparatio.

extracti ℥j. adsumantur sacchari canar. ℥iij. & F. Sirupus justæ consistentiæ.

VIRES cephalicæ sunt admirandæ.

DOSIS ℥j. vel ij.

UTENDI MODUS per se, vel in julapiis.

Vires.

Dosis.

Utendi modus.

CAPVT VI.

Aqua cerasorum nigrorum.

Cerasa nigra q. pl.



Contusa cum nucleis in mortario, stent in digestionem, aspersa modico vini. Destillatio instituat in MB. vel si copia adsit, adaucta vini quantitate, in vesica cuprea.

Preparatio.

VIRES.

Vires.

VIRES Antiepilepticæ celebrantur.

Dosis.

DOSIS ℥ij. vel iij. vel quantum cochleari comprehendi

Utendi modus.

potest.

UTENDI MODUS. Miscetur etiam julapiis & potionibus cephalicis.

CAPUT VII.

*Aqua vitalis cordialis microcosmica.**Aqua mumialis.*

Rest autem illud, halitus hominis jejuni, manè ore bene aqua mundato in phialam vitream fortiter, & diu inspirando immisus, & propter ἀντιπερίσσειαν frigoris, in ∇m solutus.

Vires.

USUS. Summum, si id fiat bona intentione, corde puro, precibusque devotis, habetur in morbis incurabilibus confortativum, ab illis, qui halituum censent magnam esse efficaciam.

Fundamenta allegant tam ex sacris, quàm profanis. 1. Deus Adamo per halitum inspiravit animam. 2. Elitæus inflatione spiritûs puero restituit vitam, 2. Reg. 4. 3. In osculis officiorum, tam sanctorum, quàm profanorum, *basiss* pudicorum affectuum, & *suaviis* libidinum, sive uda sint, sive sicca, præcipuè si tarda sint, & collisis labris, editoque molliculo & fracto sono, divulsa, jactantur veriùs & impingantur, auferanturque, quàm dentur, maxima vis, οἱ ἐρώντες Φιλήμασιν, eleganter *Aristenæus lib. 2. epist. 19. ἐπισυναπλῶσιν τὰς ψυχὰς. ψεύδουσιν αἱ ψυχὰὶ διὰ τῶν σωματῶν πρὸς ἀπῆλας, καὶ πρὸς τὰ χεῖλη συναπλῶσιν. καὶ ἡ μίξις αὐτῆ γλυκεῖα γίνεται τῶν ψυχῶν. amantes per oscula jungunt animas. Festinant invicem animæ per ora, concurruntque circum labia, & mistio dulcis fit animarum.* Addere liceat joco-seria. Magna est potentia osculi pacis & matrimonii. Per halitûs inspirationem dissipati sunt bellici furores, qui duo potentissima regna Galliam atque Hispaniam turbarunt: suffecti sedati amores, qui animos regum ipsos reconciliarunt, Vatiniano ante æstuantibus odio.

Ἐπίκεσις.

Sed non videtur operæ pretium, & laudes & fundamenta hæc ad commendationem hujus medicamenti magni æstimare.

CAPUT

CAP V T VIII.

Aquæ analeptica, ex animalium partibus
destillata.

R	Pulm. vulp. vituli a no. ij. carniū vitul. bovina junior. a ℥ ij. caponis dimidii ℥ ¼. perdicum pectus utrumque. sang. porcini recentis ℥ j. fol. pulmonar. salvia veronic. hyssopi. tussilag. a M iij.	rad. caryophyllata iridis flor. diptami albi a ℥ ij. sem. fœniculi anisi a ℥ iij. dactylor. ficuum ping. āa no. xij. passul. mix. ℥ j. major. ℥ l. cinamomi. caryophyll. macis a ℥ l. nuc. moscat. no. vij.	Preparatio.
---	---	---	-------------

Contusa, concisa omnia secundum artem macerentur in aquâ fontanâ, ad supereminentiam spithamæ, vini boni, pro arbitrato. Stent in digestionem vj. ℞. post destillentur.

VIREs sunt medicamentosæ, destinatæ pectoris infirmitatibus refocillandis, spiritibus recreandis, temperiei nativæ partium conservandæ. Vires confortantes.

Sunt, qui tales aquas, & quæ ex carne caponum seorsim extillantur, alimentosas pinguefactivas censent, quæ deperditam corporis substantiam reparandi vim habent. Patet, inquit Caspar Bravo resol. med. part. 3. disp. 4. de febre humoral. sect. 5. resol. 11. t. 3. ex destillationum substantia, sapore, odore, subsequitisque utilitatibus, & ex remanentia rei destillatæ, quod non solum extracta fuit pars excrementitia, ac sudorifica substantia, sed propria centralis alimentitia, ac attemperans carnis ac herbarum. Alimentaria.

Epiphanius Ferdinandus hist. med. 20. commendat aquam mirabilem ad impinguandum. Eandem Jonstonus ideâ medic. pract. cap. 3. art. 5. commendat in hæctica febre.

Sed sincerum est iudicium Sennerti instit. med. lib. 5. parte 3. επιγκρισ. sect. 3. cap. 5. nutriendi vires in glutinosa viscosa, stabili, & fixa, non in volatili substantia residere. Astipulatur Helmontius tract. de febr. cap. 12.

S

CA-

CAPUT IX.

*Serum lactis destillatum alterans.**Destillandi
modus.**Vires.**Serum per se
purgat.**Destillatum re-
frigerat.**Dubium.**R.**Dosis.**Utendi modus.**Seri lactis caprini. ℥vj.*

RIn phialâ vitreâ vel terreâ, admoto alembico, justis ignis gradibus: instituaturn destillatio. Collectus liquor fervetur.

VIRES. Ut serum lactis per se vim obtinet LAXANDI, non ratione butyrosæ partis conjunctæ, sed salinæ, ita destillatum alterandi & refrigerandi, relictâ salsugine. Salsuginosum quid in eo agnoscit *Galenus*: nitrosolum *Mesue*: nitri quippiam, vel aphronitri *Avicenna*. Salis in sero præsentiam arguit sapor extracti ex venâ sanguinis.

REFRIGERANDI & alterandi vim in destillato defendit *Hippolytus Obicius* libello de *multiplici in medicinâ abusu*, cap. 9. In sero purgantem vim agnoscit, in destillato nullam, sed alterantem solum, reprehendens Medicos Venetos, qui contra rationem pro alterante in febribus exhibebant non destillatum.

Dubiam thesim reddere videtur experimentum: Seri destillati heminæ quinque aut plures bibitæ alvum solvunt. *R.* faciunt illud copiâ, non naturali laxandi *ὀσμῆ*. Sic acidulæ quædam diureticiæ, innatâ quæ ad urinæ feruntur vias propensione, affatim epotæ, movent alvum. Quædam etiam, quæ adstringere debebant, minerarum vi, laxant alvum. Tales sunt ACIDULÆ ROMANÆ extra portam Flaminæam, vulgò de populo dictam, ad pontem Melvium nascentes. Talis est Nucarina, quæ terra leminia, aut armenio bolo prægnans, alvum coarctare potius debebat, & tamen si copiosè bibatur, laxat.

DOSIS in arbitrio est medici.

UTENDI MODUS. Uturpatur per se, vel cum aliis.

R. *Seri lactis destill.* ℥ ij. *succi citri* ℥ ij. iij. iiij.

Misceantur diligenter, ex uno vase in aliud fundendo, & refundendo. Exhibeantur.

CA.

SECTIO X.

Aqua destillata purgantes.



Agni æstimantur ex foliis senæ, rad. rhabarbari, cortice radicum esulæ, fibris hellebori nigri, bryonia, colocynthide extillatæ aquæ purgatrices.

Aquas destillatas dari purgantes adserit Rulandus.

Martinus Rulandus progymnasim. alchimia qu. 26. destillatione vim purgatricem non perire adse-

rit. Temperie purgantis recedente, & corpore ejus corrupto & peremta, inquit, emanare qualitatem purgantem nihilominus in aliud corpus, illamque perdurare, & se latissimè extendere, exemplo LACTIS CAPRÆ, & ALIORUM VEGETANTIUM, purgantem vim habentium demonstrari potest. Ut vulgaris coctio & ebullitio decoctorum, siruporum, non dissipat vim purgandi, ita nec destillatio.

RATIO etiam suadere videtur, in destillatis purgantium aquis aliquam alvum irritandi vim latere. Extractum ex esulæ lactescentis radicum corticibus, foliisque paratum diutinâ coctione, & digestionem vim purgandi amittit. Exhalant nimirum partes subtiliores irritandi vi præditæ. Si illæ excipiantur alembico, & in aquam condensentur, verisimile est purgatricis facultatis fore participes.

Ratio confirmare videtur.

Iohannes Langius lib. 1. epistol. medicin. 53. Aquam rosarum destillatam, licet roborandi vim habeat, à Mesue de simplicibus cap. 12. deprædicatam, addit tamen eam non purgare, ut succum, vel per infusionem recentium paratum dilutum. 1. quia subtilis earum caliditas est igne dissoluta. 2. recondita formæ specificæ virtus, ut in magnete, colocynthide, scammonio, & aliis, per totam diffusa, disperditis aliarum subjecti partium viribus, suum robur retinere non potest, quin illius actio quoque dispereat. Unde aqua per alembicum de colocynthide, aut rheobarbaro extracta, alvum subducere nequit.

Langius negat.

Veritas suadere videtur, aquas tales segnes esse & pigras. Επίχεισις nullius efficaciam, eis τὸ ἀρχαῖον in pristinum statum non redeuntes. Periculum fiat. ℞. fol. senæ ℥. pomorum colocynthidos no. v.

vitri ℥ ʒj. aq. fontan. q. s. Aqua inde destillata nullius ad al-
vum sollicitandum est efficaciam, magna licet sumatur dosis. Si
heroes hi vacillant, quid sperandum de pygmæis?

SECTIONIS I.

ARTICULUS II.

De alterâ destillatorum, sub utili Mercuria-
li, secundum Paracelsicos, principio,
contentorum, specie, spiritibus.

CAPVT I.

De vegetabilium spiritibus.

I. absinthii.

Vocis spiritus
πολυσημία.

1.

2.

Spiritus tri-
plices.

1. Vegetabi-
linum.

Parandi mo-
dus.

Spiritus, vox est ambigua. Notat 1. aëreum halitum in-
conspicibilem, & contradistinguitur corpori, quod αἶ-
τίτυπον renitens, crassum & tangibile est. 2. notat hali-
tuolum quendam spiritum, vi ignis ex misto elevatum, qui licet
astantis aeris frigore, atomis collectis, in liquorem condensetur,
nomen non mutat. Mercuriali à chemicis adscribitur principio,
& prolicitur ex vegetabilibus, animalibus ac mineralibus.

VEGETABILIIUM spiritus sunt varii, sæpe aquarum no-
mine insigniti.

℞. absinthii, card. benedicti, scordii, majorana &c. à caulibus
crassioribus separat. cum flore siccatorum, cujuslibet scor-
dii, q. v.

Conscindantur, & cum modico fermenti & vini vel cerevisiæ se-
cum, aquâ prius bene irrorata, condantur in dolio querno vel
vase ferreo vitreato, donec ℞ spacio fermentatio peracta acido
odore percipiatur. Indantur vesicæ, & vini aliquot canthari ad-
dantur, ut commodè & sine exustione destillari queant spiritus.
Oleum per filtrum, aut clepsydrum vitrum separetur, seorsimque
fervetur.

Vires.

VIRES hi spiritus herbarum retinent.

DO-

DOSIS cochlearis quantitas.

Dosis.

MODUS UTENDI per se, horâ matutinâ nonâ, vel po-
meridianâ quartâ. *Utendi modus.*

CAPUT II.

De spiritu florum rosarum.

Rosas rubras hortenses, vel sylvestres salis communis q. v. Parandi mo-
Miscæ mensurâ instratas cum sale. Pistillo post contusas *modus.*
in dolio querno, vel terreo vase, ad vasis tolerantiam, lo-
ca in digestionem octiduanâ, bene clauso vase, donec acidum spi-
rent odorem. Post affuso vino destillatio instituat per vesicam,
& alembicum. Servetur spiritus.

VIRES. Cordiale & cephalicum est medicamentum. *Vires.*

DOSIS. Sine additamento, quantum cochleari dimidio *Dosis.*
capi potest, adsumitur.

MODUS tamen hic utendi non est perpetuus, sed ut plu- *Modus utendi.*
rimùm aliis admiscetur, decoctis, aquis, julapiis, rotulis.

CAPUT III.

Spiritus cochleariæ.

R fol. cochleariæ recentia q. v.
Contusa leniter & concisa grosso modo, destillentur adje- *Parandi mo-*
cto vino bono odorato, non præviâ putrefactione, in qua multi *modus.*
volatiles spiritus evanescere possent. Condensati vapores, striis
concentrati in alembico, excipiuntur vase vitreo oris angusti,
& ad usum servantur. Oleum si supernatet, idem etiam colli-
gatur.

VIRES. Calefacit spiritus hic, siccatur, aperit, antiscorbuti- *Vires.*
eas obtinet *διυόμεις*. OLEO virtutes hæ insunt eminenter.

DATUR spiritus ad ℥i. oleum ad gut. j. ij. *Dosis.*

UTENDI MODUS. Cum aliis spiritus penetrantissimus *Utendi modus.*
exhibetur. ☉ cum saccharo mistum constituit elæosaccharum
cochleariæ.

CAPVT IV.

Spiritus veronicae.

Processus.

R fol. veronic. mundat. & concis. sicca q. v.
vini boni odorati Mens. q. l.

Stent bene clauso vase, in digestionem per octiduum. Destillentur per vesicam. Quod primò prodit, seruetur seorsim: secundarius qui sequitur spiritus mitior, etiam adservetur.

Vires.

VIREs PRIMARIÆ sunt: calefacere, exsiccare, aperire, mundare. Impuris humoribus, tenacibus & lentis, inque pulmonibus collectis abstergendis, sanguinique in vasis mundando operam locat proficuum.

Dosis.

DOSIS cochlear. j.

Vtendi modus.

UTENDI MODUS. Per se & in aliis vehiculis.

CAPVT V.

Spiritus radiceis angelice.

Preparatio.

R radiceis angelice Brisgojensis lbj.
Maceretur in vino malvatico per octiduum, vase bene clauso. Post affuso vino generoso Rhenano aut Hispanico destillatio instituat in Balneo vel arenâ, juncturis bene clausis, lento igne, donec striæ non amplius apparent, in alembico.

Vires.

VIREs Antipestilentialis est, sanguinem mundat, flatus discutit, stomachum & colon infestantes.

CAPVT VI.

Spiritus radicum zedoarie.

Preparatio.

R radices has in frusta majuscula concisas lbj.
fl. sambuci sic. sine pedunculis Miiij.
vini optimi ad eminentiam spiritus j.

Stent in digestionem lenis caloris per triduum, cucurbitâ, vesicæ bubulæ ope bene munitâ. Destillatio instituat per alembicum. Super residuum de novo vinum infundatur, & exstilletur.

VIRES. Stomachicus hic est spiritus, inflationes ventriculi dissipat, colico dolori, & hypochondriorum murmurationibus auxilio est.

DOSIS æquat capacitatem cochlearis.

Dosis.

Cum aliis etiam usurpatur in julapiis præcipuè.

Utendi modus.

CAPUT VII.

Spiritus radicum satyrii aphrodisiacus.

R rad. satyrii succulentarum, abjectis flaccidis ℥ j.
micæ panis similag. M iij.
spiritus vini, ad eminentiam spithamæ.

Parandi modus.

Contundantur radices ligneo pistillo, cum micâ, adfusa spiritus vini parte. Subacta mixtura locetur in cucurbitâ terreâ vel vitreâ. Post affunde V. Clauso vase digestio instituat in lento calore, spacio ʒ x. Exime deinde ex vitro, & bene exprime omnem succum per linteum.

℞. hunc succum
macis
cardam.
sem. erucæ

nasturt. a ʒ iij.
nuc. mosc.
caryophyl.
cubebar. āa ʒ ij.

In cucurbitâ cum alembico cæco, stent bene contusa, superfuso vino generoso, ad canth. vj. Digere per aliquot dies. Hinc mutato alembico, rostratum substitue. Fiat destillatio in cineribus. In liquore prolato suspendantur nodulo inclusa.

moschi ʒ j.

ambra ʒ ss.

VIRES. Purificato corpore & rursus bene nutrito cibus Vires.
boni succi, & facilis concoctionis, caponibus, perdicibus, ovis tremulis, vino dulci Hispanico, aliquoties de die, etiam circa tempus concubiti, sumtus spiritus hic facit officium.

DOSIS. cochl. j. ij.

Dosis.

UTENDI MODUS. Per se sumi potest, aut cum vino Utendi modus.
aliquo generoso.

CAPUT VIII.

Spiritus ex seminibus calidioribus.

℞. sem.

Spiritus di
σπιριματων.

R sem. anisi, fœniculi, carvi, cumini
salis culinarii fecum cerevis. vel vini
aq. fontan. q. s. ad eminentiam digitorum duorum.

Stent in digestionem per octiduum. Post adfuso vino optimo, per vesicam & alembicum rostratum, fiat destillatio in vas recipiens. Oleum supernatans separetur, & seorsum servetur.

Carminativus
est.

VIREs. Calefacit spiritus hic, flatus discutit, ventriculum, pulmones confortat.

Dosis.

DOSIS cochl. j.

CAPUT IX.

Spiritus panis similaginei analepticus.

Spiritus di äg-
τη.

R panem recenter e furno extractum lb iij. v.
nuc. moscat. n. x. macis ℥ iij.
caryophill. ℥ j. zingiberis, galang. aa. ℥ iij.
vini boni, spirit. frumenti aa. q. s.
ad eminentiam sex digitorum.

Concisa, contusa, stent in digestionem. Post destillatio ex arena instituat. Destillatum bis vel ter cohobari potest, super panem novum, vel primum servari.

Vires.

VIREs. Reficit spiritus deperditos.

Dosis.

DOSIS ℥ j. ij. iij. per se vel cum alio liquore.

CAPUT X.

Spiritus ardens ex floribus eliciendus.

Spiritus
di αινθάρων.

R flor. rosar. violar. nymph. borrag. buglossæ, rorismarini,
cujuslibet seorsim lb v.
sachari fini lb j. ♀ ad albed calc. ℥ i.

F. Stratum super stratum. Impleatur vas commodum, vitreum vel terreum. Ad ☉ vel in loco tepido fermentatur, per aliquot septimanas, post destillatur in MB per se, vel adjecto modico vini, aut ejusdem spiritu. Confortat cor spiritus rosarum, borraginis: pulmones violarum: lienem buglossæ: di αινθάρων seu florum rorismarini, cerebrum.

CA-

CAPUT XI.

Spiritus roris majalis, tritico & frumento insidentis.



roris hujus major mense, cum linteo collecti. q.v.
Adservetur in dolio querno. Stent in putrefactione, per spiritus
occiduum. Post destilletur per vesicam, & rostratum a-δρωσώδης.
alembicum.

VIREs confortat spiritus hic, seminali parentis suæ terræ Vires.
potestate imprægnatus, actiones singulas microcosmi exaltat, ne-
ctareoque suo balsamo nobiliora viscera reficit. Ad maris littus
collecto rore, ob salis marini roridi additamentum, acidulus fit,
& perlas solvit.

CAPUT XII.

Spiritus roris majalis compositus.

R silicum fluviatilium, vel quod melius, montanorum majorum Idem compositus.
in centro crystallis exilib. qui micant, in Voigtlandia, qui-
bus ad vitra conficienda, loco arena utuntur, calcinatorio.
roris majalis. q.v.

Destillatio fiat ex validâ cucurbitâ, observatis ignis gradibus.
Adservetur spiritus in vitro. Cum steterit aliquandiu, in super-
ficie colorabitur instar iridis.

VIREs adscribuntur ipsi confortantes nobilissimæ.
DOSIS ℥i. in vino.

Vires.
Dosis.

CAPUT XIII.

*Spiritus è fructibus & baccis succulentis,
ut pomis, pyris, mespilis.*

R *fructuum horum q.v.*
Exprimatur succus, qui clauso vase, debito modo deserveat.
Adservari potest seorsim, à fecibus separatus: vel per vesicam
& alembicum destillari.

Spiritus fructuum succulentorum.

T

VIREs.

Vires.

VIRES GENERALES sunt: calefacere. POMORUM humectat & pyrorū: MESPILORVM leniter astringit, languentique à fibrarum laxitate ventriculo auxiliatur.

Dosis.

DATUR cochlearis quantitate.

CAPVT XIV.

Spiritus fructuum, & baccarum minus succulentarum.

Spiritus juniperinus.



baccar. juniperi siccarum
Contundantur, & aquâ tepidâ affusâ macerentur. Adjungantur feces cerevisiæ. Iterum stent in digestionem per quatuor dies. Destillentur. Vel: Vinum adfundatur loco aquæ, aut spiritus vini.

Vires.

VIRES. Calefacit ventriculum, calculum minuit, antipestilentialem vim obtinet.

Dosis.

DOSIS cochl. j.

Utendi modus.

MODVS VTENDI, temporis ratione, matutinis horis, & circa noctem.

CAPVT XV.

Spiritus fructuum carnosorum, qui pulpam exprimendo præbent, cerasorum vel baccarum sambuci.

Spiritus cerasorum.



carnose pulpa cerasorum nigrorum, exemptis nucleis, vel cum nucleis contusorum.

Item baccas sambuci cum nucleis conquassatas.

fecum vini vel cerevisiæ ad libitum, imò etiam fermenti. q. s.

Fermentatio instituatur, & destillatio per vesicam, postquam accescere, & vinum redolere inceperint, affusâ aquâ tepidâ. Rectificatio sequitur. O L E V M supernatans seorsim colligendum.

Vires.

SPIRITVS matris indolem sequuntur.

CAPVT

CAPVT XIV.

*Spiritus aromatum : cinamomi,
caryophyllorum.*

R *cinamomi grosso modo confracti, vel caryoph. ℥j.
vini generosi q.s.*

Destillentur ex vesicâ per alembicum, post debitam mace-
rationem, eo modo, quo olea eorundem destillantur.

VIRES sunt notæ.

Vires.

CAPUT XVII.

*Spiritus lignorum : guajaci, querni,
corylini, acidulus.*

R *lignorum horum seorsim q.v.*

Rascentur, vel grosso modo conscindantur. Retortæ indi-
ta, & recipiente vase applicato, justo ignis regimini subjiciantur.
Exstillat primò phlegma, mox spiritus, post oleum. Separandus
spiritus ab oleo, per infundibulum clepsydrum, vel per chartam
emporeticam, antea aquâ simplici madefactam, & rectificandus
ex cucurbitâ per alembicum vitreum.

VIRES Διαφορητικαί, per habitum corporis massam san- *Vires.*
guinis purgant. GVAJACINVS lvi ♀. QVERNVS & CORY-
LINVS epilepsiæ medentur. Menstruum præbent commodum
ad extrahendam tincturam corallorum.

CAPUT XVIII.

Spiritus aceti vini.

R *aceti vini acerrimi canth. iij.*

Indantur cucurbitæ terreæ vel vitreæ humiliori, & impo- *Modus.*
sito alembico vitreo destillentur ex cineribus, primum len-
to igne, & exhibit phlegma insipidum. Hoc, cum acidæ guttæ
observantur, remove, & in aliud vitrum effunde. Apposito ite-
rum vase recipiente, ignis gradibus auctis, exstillabit acidulus

T 2

spiri-

Spiritus. In fundo remanebit crassus niger liquor, salinus, qui seorsim excipiendus, appellatur ACETVM RADICATVM, corrosivis salibus in spiritibus resolutis imprægnatum. Hoc ad metallorum, illud ad vulgarium medicamentorum solutiones adhiberi potest.

Aceti genera-
tio ex vino
densi immersa
tenebris.

Spiritus vini
ex ✕ diverso
se habent mo-
do.

Acetum est vini partus. Generationis ejusdem ex vino modus obscurus, à Sennerto in paralipomenis clariùs est enodatus.

Destillatio vini & aceti non uno habet modo: Ex vino primùm prodit spiritus seu oleum: ex aceto primùm phlegma, post spiritus. Vinum phlegma suum post se relinquit: acetum præemittit.

Spiritus seu oleum vini inflammabilitate se commendat: aceti spiritus ἀφλογισός. An eis τὸ ἀρχαῖον redire queat, & inflammabilis rursus fieri, sive solus, sive coralliis permistus, dubitabitur.

Vires à tempe-
ramento, quod
ut in ✕, ita
ejus spiritus
causam.

VIREs. Spiritus ✕ti obtinet aceti, matris suæ, indolem, TEMPERIES utriusque calida. Frigidum esse acetum, testatur Galenus 2. de vict. rat. in acutis t. 38. Non evincunt FRIGIDITATEM aceti, quæ adfert Galenus 1. de simpl. medic. facultatib. c. 17. 18. 19. 20. 21. Nec illi satisfaciunt, quorum mentionem fecit idem, loco citato cap. 19. οἱ μὲν τὸ ἕξος λέγουσιν, οἷον τεθνεῶτα καὶ νεκρὸν εἶναι τὸν οὐδῶν, qui acetum quasi mortuum vinum vocant. Nec est simul CALIDUM & FRIGIDUM secundùm diversas partes. In se calidum est, adjunctum phlegma seu aqua frigida. Hoc ab atomis illius calidis ad intimos deducitur poros. DIVERSVS tamen in vino & aceto CALEFACIENDI MODVS. In vino Galenicè calefaciendi vires adscribunt igneis, Chimici in vino sulphureis, in aceto salinis partibus.

Acrimonia, ut
in ✕, ita et-
iam in ejus do-
minatur spi-
ritu.

Non adscribi
potest figuris.

ἢ ὀξύτης, ACRIMONIA utriusque est manifesta, ut & MORDICATIO. Acre est acetum, acris est spiritus. Epicuræorum ex mente, sapor hic sequitur τὰ σχήματα τῶν ἀτόμων, figuræ corporum minutissimorum aceti, eo modo se habentium, ut in porulos linguæ subeuntes, haud debitam cum ipsis habeant commensurationem, sed dum triangulæ sunt, vel quadrangulæ, incurvæ, crurumque inæqualium, apicibus suis linguam feriant.

Aristoteles verò, libro de sensu & sensili cap. 4. reprehendit in Demo-

Demo-

Democrito, quod sapores retulerit ad figuras. 1. figuræ sunt objectum visus. 2. *χῆμα τῷ σχήματι ἔδοκεῖ εἶναι ἐνάντιον*, figura figura non putatur esse contraria. 3. *ἐπὶ ἀπείρων ὄντων τῶν σχημάτων ἀνάγκαιον καὶ τὰς χυμὰς εἶναι*, figuris existentibus infinitis, necesse esset etiam sapores esse infinitos.

Alii mordicandi, & purgandi vim attribuunt VERMICULIS quibusdam, qui in aceto nasci, & microscopio adhibito, narrant videntur. *Johannes Nardius Florentinus, nocte geniali primâ com. in librum Hippocratis, de usu liquidorum*, eosdem observavit in aliquibus acetis vermiculos, in aliquibus non. *Rimatus natalia*, tandem assequitur, vermiculis scaterere ea aceti genere, quæ ex vapora, aut debilibus ex vinis confecta fuere, reliqua vermibus penitus carere. *Dominicus Panarolus pempt. 4. observ. 36.* in omni ✕ imprimis rosaceo, & quo acrius, eo copiosiores observavit, figura tenues, parvo capite prominentes.

non vermiculis.

Verum aliter se res habet. Non sunt vermes, sed exilia argentea filamenta, etiam sine microscopio in debilibus non solum, verum etiam generosis, imò etiam spiritu nonnunquam apparentia, sole sereno præcipue, tam in stanneis, quam vitreis vasis, circa circumferentiam tamen magis, quam centrum. Apparent etiam, aquâ simplici aceto infusa. Videatur *Bartholinus centur. 4. histor. 13.*

Επίχρησις.

IN REMEDIA transit vitium vini, ita acetum appellat *Plinius nat. hist. lib. 23. cap. 1.* Nobilis spiritus ✕ etiam est præsidii materia. Alexipharmacam vim obtinent mater & filius.

Medicamentè vice fungitur utrumque.

Utrumque *ἐν θελμιν πικρὸν* est, & vermes necat.

Utrumque venenis resistit.

APERIENDI vis utrique est communis, incidunt generosa opera, attenuant, obstructions impediunt. Non est verisimilis opinio illorum, qui astrictione fibrarum ventriculi, intestinorum, vasorum lacteorum, viscerumque meatus coarctare, & filamentorum argenteorum in fæctu, obstruere statuunt.

Aperiendi vis in utroque minet.

αἱ δὲ τῶν ὀξέων ὀξύτετες πικροχόλοισι μάλλον καὶ μελαγχολικοῖς συμφέρουσι, inquit *Hippocrates 3. de rat. vict. acut. t. 38.* Primæ thesæos rationem addit, quod amara aceti usu in phlegma vertantur, *μεπεριζόμενα ὑπὸ αὐτῆς*, in sublime ab eodem elata. Aliam hanc *Galenus in com.* subjungit, quod acetum sit frigidum,

Noxa.

dum. Alterius ratio Hippocratica est: *Ἡ δὲ μέλαινα ζυμῆται, καὶ μετεωρίζεται, καὶ ποτὴ ἀπώλασιςται ἀναγωγὸν γὰρ μελανῶν ὄξος.*
Nigra fermentantur, attolluntur, & multiplicantur: nempe nigra educit acetum Addit Galenus in comm. quia melancholia p. n. habens acida est. Textu seq. 3. subjungit Hippocrates: *γυναῖξί δὲ τὰ ἐπίπαν πολεμιώταλον, ἢ ἀνδράσι ὄξος. ὕστερον γὰρ ἐστίν.* *Fœminis magis quàm viris adversatur acetum: nam uterum dolore afficit.* Ratio Galenica est, quod uterus sit nervosus. Nervis autem acetum inimicum.

Ἐπίκρσις.

Sed moderatus usus aceti ut nulli nocuit, ita etiam medicamenta aceti spiritu parata nulli suspecta esse debent: neque sequioris, neque melioris sexûs.

Corrosiva utriusque vis.

CORRODIT metalla, ut acetum, ita & spiritus, præsentiori tamen operâ spiritus, sale fixo, circa ultimum destillationis actum imprægnatus. De RADICATO aceto verum est iudicium eorû, *οἱ μὲν, tempore Galeni i. de simplic. medicam. facultatib. cap. 20. εἰς τοσῶτον ὑποφθίναντο θερμὸν εἶναι ὄξος, ὡς καυτῆρι προσοικέναι, ἧν ἀεὶ καλὸν acetum esse pronuntiabant, ut cauterio etiam simile sit.* Cleopatrarum unguentum abtorpsit acetum, autore Plinio natur. histor. lib. 9. cap. 55. Spiritus ✕ solvit perlas, corallia, margaritas, similiter corrodendo.

CAPVT XIX.

Spiritus, seu ▽ compositæ destillatæ, ex vegetabilibus, I. cephalicæ, apoplecticæ, epilepticæ, contra stuporem & iram.

Spiritus vegetabilium compositi.

Describuntur aquæ & spiritus tales compositi à Schrodero pharmacop. medica chimica cap. 38. decemte egregio ordine, & numero. Celebris est aqua EPILEPTICA LANGII in officinis pharmaceuticis nota. Ejus notæ aliæ concinnari possunt.

Destillantur vulgariter flores liliorum convallium. In hoc destillato macerantur reliqua ingredientia & aromata, & post destillantur.

Men

Menstruus liquor est, vel vinum generosum Rhenanum, Francicum, Malvaticum, vel spiritus vini ex fecibus destillatus. Miscetur nonnunquam vinum, & spiritus vini.

BINÆ DESTILLATIONIS EXEMPLUM.

Rx. flor. lilior. convallium siccorum lb̄ss.
vini Rhenani vel Francici q. s.

Epilepticus binæ destillationis.

Digestione ☉ viij. peractâ destillentur per alembicum. Post

Rx. cinamomi	macis
cardamomi	nuc. moscat. a ʒj.
cubebæ.	croci ʒj.
caryophyll.	rad. tormentil.
diptami albi	pœoniæ
ireos florent.	zedoariæ
spiritus vini lil. conv. q. s.	angelicæ. a ʒij.

Destillentur, contus. concis. prægressâ digestionem & macerationem. Exstillatus spiritus servetur ad usum.

☉ Spiritus epilepticus.

UNIUS DESTILLATIONIS OPUS.

Rx. flor. lilior. convall. à cauliculis liberatorum
in umbrâ siccorum canth. iij.
lavendule canth. j.
primulæ veris canth. iʒ.
tiliæ. pœon. a Mʒ.
summit. roris maris i Mj.
salv. thymi a Mʒ.
rad. tormentill. zedoar. a ʒij.
cinamomi caryophyl.
macis cardamomi
cubebæ nuc. mosc. a ʒj.
spiritus vini ex fecibus canth. iij.
vini Malvatici canth. ij.
Francici odor. opt. q. s.

unius destillationis.

Stent in digestionem ☉ x. Post per vesicam destillentur. Quod primò exit, seorsim excipiatur, & in vitro servetur, inque ejus dimidiâ parte suspendatur nodulus refertus
ambra & moschi a ʒss.

In al-

In alterâ parte suspendatur *castorii* ℥ij. pro fœminis. Quod sequitur, etiâ adservetur seorsim.

Vires.

VIRES. Medetur epilepsiæ, apoplexiæ, vertigini, & aliis capitis affectibus. Cordi etiâ auxiliatur, noxas ab irâ concitatas avertit.

Dosis.

DOSIS amplior secundæ destillationis ad quantitatem cochlearis unius: primæ ad dimidii.

Utendi modus.

UTENDI MODUS per se interiùs; Exteriùs inservit illi-
tioni temporum, & odoramento efficaci.

CAPUT XX.

*Spiritus seu aqua hepatica, splenetica,
hypochondriaca, scorbutica.*

*Spiritus
πολυχρηστος.*

Agni nominis est **AQUA SCORBUTICA** *Quercetani*, in pharmacopœâ restitutâ delineata. *Minsichtus ar-
mam. chim.* multas habet aquas compositas, cephalicas,
epilepticas, apoplecticas, &c.

SPIRITUS seu ▽ **POLYCHRESTA SCOR-
BUTICA, CACHECTICA.**

*℞. cort. rad. capp.**tamarisci**fraxini**rad. cichorii, bryonia**polypod. vincetox.**asparagi, petrosel.**scorzoneræ a ℥iij.**chinæ**sarsaparil.**eryngii a ℥iij.**fol. Agrimon.**absinth. pont.**centaur. min.**chamedr.**cochlear.**cuscut.**fol. eupator. Mesue**fumariæ**hyssopi**meliss.**nasturt. aq.**salvia a Mij.**ligni guajacirasp. ℥l.**scobis ligni sassifr.**santal rub. a ℥iij.**sem. apii, petrosel.**anisi, citri**nasturtii a ℥ij.**fl. sambuc.**genistæ**nymphae**lupuli a Mij.*

Exsic-

Exsiccata omnia, concis. contusa macerentur per ☉ ☽ iij. in vino bono odorifero q. s.

Destillentur per vesicam & alembicum cum refrigeratorio. Spiritus primæ & secundæ destillationis seorsim ferventur. Vel ex omnibus bene digestis per ☉ ☽vj. & per linteum cum forti expressione colatis, ex cucurbitâ terrea destillatur spiritus seorsim fervendus, post aqua, ad mellaginem usque.

Signetur spiritus primæ, & secundæ destillationis. Extractum ulterius evaporandum seorsim fervetur.

CAPUT XXI.

Spiritus ἀνιψουσιδος, vulgò carminativus.



rad. zedoar.	angelic.
galangæ	ireos fl. a ℥ij.
acor. veri	heleni a ℥iij.
cort. aurant.	citri a ℥j.
sem. anisi, fœnic. cumin.	a ℥ij.
fl. sambuci	chamæmeli
centaur. min.	a M s.
fol. calamenthi montani,	menthæ crisp.
salvia, hyssopi	
cinamomi, caryoph. macis	a ℥s.
℥ è fecibus canth. i.	
vini generosi	q. s.

Postquam concisa, contusa steterint in digestionem, destillentur ex vesicâ cupreâ per alembicum.

VIREES Spiritus hic calefacit ventriculum, & ut pecten la- Vires.
nam carminat, id est, quicquid in eâ alienum, purgat, ita & crudi-
tates è ventriculo & intestinis removet, flatus discutit, dolores inde
exortos in actu curationis & præservationis sanat.

DOSIS cochl. j.

Dosis.

UTENDI MODVS. Adsumitur per se, vel cum aliis.

Utendi modus.

CAPUT XXII.

Spiritus theriacalis camphoratus.

V

℞. the-

R theriaca Andromachi veteris ℥v. croci orient. ℥ss.
myrrha rubr. orient. ℥iij. spiritus vini ℥xx.

Destillatio fit igne : : , alembico impositis.

camphora trita ℥ij.

Aliis placet destillatio ex retortâ, abjectâ camphorâ.

Vires.

VIREs habet incidendi , attenuandi , tenuitateque sub-
stantiæ universum corpus sine molestiâ penetrat : diaφορητικός est,
malignitati que resistit, eandem per sudorem dispellens. Cordia-
lium in numero locum habet , dominante pestilente contagio
prodest in actu curationis ad ℥ij. in actu præservationis ad ℥l.
sumtus, cum vino generoso.

CAPUT XXIII.

Spiritus vegetabiles balsamici, seu bal- sama destillata dicti.

Usitatiores bal-
samici spiri-
tuo.

Nihil sunt aliud, quam destillati spiritus, cum portione olei
ex resinis, gummatibus, aromatibus, & similibus, spiri-
tu vini mediante, prolecti. USITATIORES aliquas
proponit Schröderus pharmac. med. chim. lib. 2. cap. 41.
num. 4. PRIMUM est BALSAMUM VITÆ maximæ effica-
ciæ: Balsamum vitæ Anhaltinum communiter dictum. Paratur
nonnunquam per se : nonnunquam adduntur olea destillata.
CORDIALE est insigne, cerebrum humidum & frigidum con-
fortat, spiritus vitales & animales recreat, imò quasi PANACEA
deprædicatur. DOSIS ḡ. iij. vel plures. SINE OLEIS quod pa-
ratur , ad ḡss. exhiberi potest. ALTERUM est BALSAMUM
NERVINUM. TERTIVM est ARTHRITICVM. QVAR-
TVM est liquor seu BALSAMVM saponis.

COMPENDIOSA est ∇ MIRABILIS EFFICACIÆ,
quæ MATER BALSAMI appellatur, à Job. Rhenano ☉ è puteo
emergente in scripto libro.

VIRTVTES pluribus ab eodem recensentur.

CAPUT XXIV.

Balsamum antipestilentiale singulare.

By. spe.

R	specier. balsami vitæ	succisæ	Aqua balsa-
	prioris Mij.	valeriana.	mica antilimi-
	rad. angel.	petas. maj.	ca.
	helenii	tormentil.	
	gentianæ	zedoaria	
	bistortæ	contrahieru.	
	vincetox.	scorzoneræ a ℥ ̄	

Concis. contus. misceantur, & destillentur cum
therebinth. venetæ ℥ ℥.

V rectif. q. s.

Liquor primæ destillationis seorsim fervetur: secundæ etiam seorsim. Linteo inclusa suspendantur in eo mosci ℥j. ambrae ℥℥.

VIRES cordiales sunt, & alexipharmacæ.

DOSIS. ℥℥. ℥j. in liquore conveniente.

Vires.
 Dosis.

CAPUT XXV.

Spiritus cordialis alius balsamicus.

R	terebinth. Venetæ ℥℥.	rad. zedoar.	Spiritus cor-	
	thuris	tormentil.		dialis alius
	mastich.	vincetox.		balsamicus.
	caryophyll.	angel. a. ℥ij.		
	nuc. mosc.	sem. anisi		
	cubebæ. cinam.	fœnicul.		
	cardam. a. ℥j.	baccar. lauria. ℥j.		

Concis. contus. affundantur.

Spiritus vini canth. vj.

Digestione quatrduanâ peractâ, bene clauso vase, destilletur spiritus. Primus seorsim fervetur, inque eodem suspendatur nodulus.

mosci Alex. ℥j.

ambrae ℥j.

Exceptis guttis x. xij. in cochleari vini lactescit liquor.

VIRES cordiales, alexipharmacæ.

DOSIS ℥℥. & ultra.

Vires.
 Dosis.

UTENDI MODUS in haustu vel cochleari vini, aut jusculo.

CAPVT XXVI.

Spiritus salis fixi vegetabilium.

*Daritates spi-
ritus confir-
matur autori-
tate Sala &*



Vegetabilium salibus preciosos spiritus exstillari tradit
Angelus Sal tartarol. sect. 3. cap. 7. Recipit sal absinthii,
miscet cum luto figulino, arena jam permisto, in globulos
format, & aperto igne destillat.

Deodati.

Deodatus pantheo hygiastico lib. 2. cap. 1. p. 9. miscet silicum con-
tusorum, sabuli puri, salis cuiuscunq; vegetabilis, v. g. absinthii, per
retortam loricatam primò pellit lento igne, ne sal fluat, mox ubi
spiritus albi prodierint, fortiori igne flammæ scilicet, ut etiam sicci
spiritus prodeant.

*ratione & ex-
perimento.*

RATIO EXPERIMENTIS innixa idem confirmat.

1.

1. Observatur sal fusionem & calcinationem multiplici valdè im-
minui. Inde præmissâ solutione & filtratione multum terræ mor-
tuæ invenitur, malè quæ pro simplici impuritate salis habetur, cum
tamen potissima pars hujus materiæ sit caput mortuum, salis fixi
continuatione & violentiâ ignis in hoc redactum, unde amisit spi-
ritum & vitam.

2.

2. Notum hoc est mulierculis, bonum & acre lixivium pa-
raturis, quæ primâ vice factos cineres statim ab igne removent, &
non permittant, ut secundâ vice superstruantur ignes: observa-
runt enim, continuatione & violentiâ ignis sal avolare in auras, &
cineres diu sæpeque ignem passos debile lixivium præbere.

3.

3. Ut granum unum styracis calamitæ, vel gommi benzoini
totum replet conclave odore suo, aërescens quasi, & in fumum
resolutum, ita vegetabilium hæc salia ab igne sollicitata spirituo-
sam depromunt exhalationem.

Alii, impossibile, ajunt, & naturæ repugnare. Dissentiunt
multi educto spiritu, & oleo, in sale superstitem spirituosam sub-
stantiam relinqui. *Addunt, liquorem prolectum aëri humido per
retortæ collum, vel poros communicato deberi.* Eâdem cen-
surâ dignus spiritus APERIENS PENOTI. Parum vel nihil
virium habet à sri & le.

In affirmativâ sententiâ multa desiderari queunt. 1. Sala,
cum

cum docet, triduanam præviã calcinationem esse necessariã, antequam expetiti spiritus emanent, dubio porrigitãntã, an ea sit necessaria? 2. Deodati additamentum ex silicibus, compositum præbet spiritum. Necessaria autem est additio ad impediendam salis fusionem.

Ad allatam RATIONEM PRIMAM respondetur. Sal legitimè præparatum & depuratum vix effatu dignum quid habet impuritatis. Si quæ detur, illa novæ generationi, ob evocationem spiritus & olei adscribi nequit, sed jam ante sali fuit conjuncta.

Respondetur ad rationem.

2. Mulierculæ sibi temperant à novi ignis superstructione, ne cineres ante facti inquinentur novis impuritatibus, & præterea, ne salium novorum generatione, cineres viribus salinis exsuperent, lixiviumque nimis reddatur corrosivum. 3. Proponitur modus rei, non res ipsa. Simile est, non idem.

2.

3.

CAPUT XXVII.

Spiritus ♀ simplex.

♀ crudi à sordibus abluti ℥ viij.

♀ spiritus.

R Pulveriserur, indatur retortæ terreæ, adaptato recipiente vitreo amplo, vel terreo fictili cum tubo vitreo, adhibitis justi ignis gradibus. Primò exstillat phlegma, deinde spiritus, post oleum crassum. Decem horarum spatio hæc destillatio peragitur. Refrigeratis vasis opera danda, ut SPIRITUS AB OLEO SEPARETVR. Id fit transfuso utroque in manicam chartaceam bibulam, triplicem, vino priùs irrigatam, infundibulo vitreo priùs insinuatam. Transcolatur spiritus: oleum restat in charta.

A FOETORE LIBERATVR. 1. RECTIFICATIONE à pane biscocto similagineo, 2. **MORA ANNUA** sensim exhalat fœtor. Non tamen expedit fœtorem planè auferre, *monitore* *foetoris emendatio.*
(rollio basil. chim. In peste fœtidus auxilio est præsentaneo.

VIRES aperiendi sunt notæ.

Vires.

DOSIS à ℥j. ad ℥ij.

Dosis.

VTENDI MODVS. Propinatur in haustu vini tepidi, vel

Vtendi modus.

V 3

cere-

150 Lib. III Sect. I. A. II. C. XXVIII. Sp. ♀. comp. colc. C. XXIX par.
cerevisiæ calidæ ad sudorem ciendum in genere. In determinatis
morbis, paralyti, hydrope, specificis vehiculis est opus.

CAPUT XXVIII.

Spiritus ♀ compositus colcotharinus.

*Spiritus ♀
Paracelsicus.
Descriptio.*

Paracelsus de ♀ libr. 2. capit. 6. quod de hydropisi inscribitur, compositionem hanc commendat ad hydrophem cerebri.

℞. ♀ rubri ℥j. vini ardentis q. s.
colcothar. ℥iiij. Destill. per alembic.
hirundinar. ℥ss. DOSIS ℥ss.

Usus.

Manè & serò sumpta pellit urinam, quam & fœtidam facit. Ministra in vino malvatico.

Non urgenda est destillatio in ☉ ad extremum, ne empyreuma redoleat, sed primo destillatum quod est, seorsim servandum: alterum etiam seorsim. Hirundinariæ seu vincetoxici virtus antihydrica peritis in arte nota est.

CAPUT XXIX.

Spiritum ♀ compositum ex spiritu ♀: theriacali camphorato, & spiritu ☉ li proponit.

*Spiritus ♀
compositus Pa-
racelsi.*

Ingredientia

Primus hujus medicamenti autor est Paracelsus libro de rebus naturalibus cap. 8. vocatque ARCANUM CADUCI, cujus curandi fundamentum à ☉ lo, & non aliunde peti debet. Ioannes Guinterius Andernacus de medicinâ veteri & novâ commentario. 2. dial. 7. MISTURAM vocat. Grasebeccius Practicus olim Argentinensis vocavit MISTVRAM SIMPLICEM, ad differentiam aliarum misturarum, magis compositarum. MISTURA de tribus, seu de tribus spiritibus etiam dicitur: tot enim constat ordinariis ingredientibus.

℞. spiritus ☉ li correcti part. j.
♀ correcti p. iiij.
theriacalis camphorat. p. v.

Hâc proportione jubet uti Paracelsus.

VIRES

VIREs habet incidendi, attenuandi, tenuitateque sub-stantiæ universum corpus sine ulla molestia penetrat. *Vires.*

In epilepsiâ vix præstantius excogitari posse medicamentum, monet *Paracelsus*. Pleuritidis præsens est remedium. Obstructiones viscerum mirificè solvit. Hypochondriacis & melancholicis prodest. In febribus ardentibus & malignis auxiliares præstat operas, earum materiam dissipat, & per *διαφύεσιν* à centro ad superficiem expellit & absorbit, inde & *diaphoreticum in peracutis à Paracelso* dictum.

DOSIS à ℥j. ad ℥ij.

Dosis.

MODVS UTENDI. Exhibetur in aquis cardui benedicti, scordii, cordiali, scorzonæræ, melissæ composita. *Utendi modus.*

LIBRI III.
SECTIONIS I.
ARTICULUS III.
Spiritus animalium.
CAPUT I.

Cornu cervi spiritus.

R cornua cervi, seu annuum vestigal natura, quæ sponte sua abjiciunt q. v. *Parandi modus.*

Conscindantur in frustra, ope ferræ vel malleo frustillatim contundantur. Indita retortæ loricatæ, COLLO INTERMEDI0 CAPACIORI, adaptato recipiente, juncturis bene lutatis, ignis in subdita carbonum struè gascet, sed ita, ne moderati imperii limites transcendat. A primo ad secundum gradum lentè procedatur. Primum apparet phlegma, sequuntur spiritus in principio subtiles, dein sub palantium nebularum forma, è carceribus, resolutis repagulis, confertim proruant. Hos sal volatile & oleum sequuntur: hoc quidem guttatim, illud verò per vaporum tenuium gargara, COLLO intermedio, & toti ferè receptaculo concavo, instar ramulorum C. C. aut vernantium stirpium, vel potius ramorum arborum, hyeme

nivo.

nive & glacie obductarum frondibus, hinc inde latè divaricatis, gratò adstantibus spectaculo, adhærent. **AMOTO RECIPIENTE**, colligendum **SAL**: deinde **OLEUM** à **SPIRITU** separandum per filtrum papyraceum. Vtrumque seorsim locandum.

Rectificatio salis.

RECTIFICATIO SALIS ita instituenda. **SAL OMNE**, quod non adeò album, cum spiritu percolato miscendum, in phiala elatiori, eique adaptandus alembicus rostrò amplò & largò præditus. Lento gradu procedat ignis, ut alembicus ferè semper maneat frigidus. Quamprimum sal sublimabitur, vigiliantia opus, ne à sequente spiritu dissolvatur. Ideò cum alembicus incipit incallescere, salque non amplius ascendit, alembicum amove, & alium impone, sicque spiritum extillare per mitte.

Spiritus rectificatus.

SPIRITVS denuò rectificatus evadit albus, mox tamen fuscum habitum reinduit.

Olei rectificatio.

OLEVM rectificatum extilla, tum à fragmentis panis furacei, vel ☉ ⊕ li per retortam ad latus, vel rectà adscensione per phialam humilem, & alembicum.

Adservatio salis.

ASSERVANTVR in vitris bene munitis vesicâ duplicatâ, & epistomeis cereis. Imprimis volatile sal auras quærit. Amat carcerari in suo spiritu, vel in aquâ rosarum. Adservatur tamen etiam per se solum.

Fixatio salis volatilis.
Ἐπιχευσις.

Sunt, qui hoc sal cum **C. C.** ustò æqualibus portionibus miscent, & sublimationem ter vel quater repetunt, hâcque ratione sal volatile figi credunt. Hi tamen pro fixo **C. C.** sale nihil aliud, quam **C. C.** ustum retinere videntur, a volante tandem in auras volatili.

Residui calcinatio.

In retorta quod remansit **C. C.** nigrum, ulteriore calcinatione, vel in furnò figulino reverberatione, album evadit.

Vires.

VIRES. Spiritus vim habet diaphoreticam, cephalicam, alexipharmacam, Iisdem dotibus præditum est sal volatile, & ☉ rectificatum.

Dosis.
Utendi modus.

DOSIS. Spiritus ad g.v.xij. & ultrà. Salis ad g.v.vj.viij.
UTENDI MODVS. **SPIRITVS** adsimitur in cochleari *sirupi acetos. simpl. citri cinamomi*, vel per se, vel aquis diluti. **SAL**
cum

cum sirup card. bened. pueris ad g. iij. exhibetur in variolis. ☉ in-
tus raro exhibetur: exteriùs cum spiritu vini mistum illinitur ar-
ticularis frigida destillatione laborantibus, & flatu turgentibus hy-
pochondriis.

CAPVT II.

Spiritus typharum seu tenellorum
cervi cornuum.

R horum mollium sanguine adhuc madentium cornuum n. iij. *Parandi mo-
dus.*
In frustula concisa in phiala cum vino destillentur, per alem-
bicum ex arena. Vel loco vini adsumatur ▽ cardui benedi-
cti, & caveatur empyreuma.

VIREs. Cum ▽ destillata in morbis malignis utilissima *Vires.*
ad curationem: cum vino ad præservationem magis conducit.

CAPVT III.

Spiritus cordis cervi compositus.

R cordis cervi, vel aprugni filv. n. ij. Abluantur vino bono
& incidantur in portiones parvas. Adde *Processus*

fol. cardui bened.

melissa

rad. scorzonera

cort. citri

semin citri

caryophyll.

nuc. moschat.

ligni aloës ℥j.

Incis. contus. adde

Vini malvatici vel alterius generosi, q. s.

Destillentur in vesica.

roris ☉

majorana a. m. j.

angel. a. ℥iij.

aurant. a. ℥j.

ocymi a. ℥ij.

cinam.

santal. citrin. a. ℥ij.

rhodii. ℥iij.

VIREs. DOSIS. UTENDI MODUS. Cordialis est; ad *Vires.*
cochlearis quantitatem exhibitus per se. *Dosis.*

X

CAPVT *Utendi modus.*

CAPVT IV.

Spiritus urinae per putrefactionem.

Processus.

Rurinam hominis sani masculi, vinum bibentis, impolluta, q. v. Stet in vase terreo per dies xx. donec incipit fætere. Quod clarum est, à fecibus decanta, & impone in cucurbitam magnam cum alembico, & in vas recipiens amplius destilla ex arena, lento igne, ad medietatem. Cave ab igne fortiori, ne in spumas agitata massa alembicum transcendat. Si forte fortuna contigerit, ignis amovetur, & alembicus. Mox sedatur tumultus. Destillatum secunda vice rectificatur per cohobia à capite mortuo, eo gradu ignis, ne alembicus incalescat. Transit spiritus, & sal in alembico concrevit. Si calor intendatur, liquefcit sal, & reliquum cum spiritu miscendum, qua εγχεῖσθαι etiam sal aliàs in auras evaporabile servatur.

Vires.

Dosis.

Utendi modus.

VIRES. Aperit, reserat obstructions, calculum atterit.

DOSIS. ℥i.

UTENDI MODUS. In jusculo carnis coctæ cum radicibus petroselini, aut pastinacæ hortensis. Commodum vehiculum etiam est vinum generosum Francicum aut Rhenanum.

CAPVT V.

Spiritus hepatis humani.

Modus componendi.

Rhepar humanum in frusta scissum, spiritum vini optimi q. s. Teratur in scutella testacea, in **Reibsch.** Exprimatur per linteum. Fibræ relictæ iterum conscindantur, terantur, misceantur. Locentur in digestionem, in phiala. Superimponatur alia, intrudatur, juncturis clausis. Postquam steterunt in Balneo ♀ ij. distillentur. Primum exit spiritus humidus, post ficcus, deinde oleum flavum, tandem empyreumaticum quid. Seorsim serventur singula.

Vires.

Dosis.

Modus utendi.

VIRES. Calefacit, intemperiem hepatis frigidam corrigit.

DOSIS. cochl. j. vel s.

UTENDI MODUS. Per se, vel cum aliis liquoribus mixtus.

CAPUT

CAPUT VI.

Spiritus secundinae humanae.

R *secundinam primi partus masculi. no. j. spiritus vini canth. s. Preparatio.*
Injice in phialam, adapta alembicum, & recipiens vas amplius. Juncturis lutatis, in arenâ primò exstillat spiritus seorsim excipiendus: post spiritus siccus: ad siccitatem & cineres tandem ignis extendatur. Liquor exstillatus reaffunditur ☉, septem cohobiis.

VIRES antiepilepticæ extolluntur, à ℥j. ad ℥j. si exhibeantur ante paroxysmum, in conveniente liquore. Residuis combustis puivis, bis, duobus diebus, manè & vesperi exhibitus à ℥ss. ad ℥ij. cum spiritu theriacali vel liliorum convalium, prodest in furibundis vel melancholicis à filtro.

CAPUT VII.

Spiritus seu ∇ hirundinum aut picarum simplex.

R *pullorum hirundinum vivorum n. x.*
spiritus vini boni q. s.

Contundantur illi in mortario, & misti cum spiritu, macerentur per horas xxiv. Post destillentur ex vase terreo per alembicum. Prodit primò phlegma, post spiritus. Seorsim vel conjunctim, hi colligantur & seorsim servantur. **S. Schwalbenwasser.**

Ignis si urgeatur, spiritus ascendunt sicci, empyreuma recolentes. Post sequitur ☉ & sal volatile, seorsim adservanda.

CAPUT VIII.

Aqua & spiritus hirundinum compositus, dulcis, interdum amarus, admisto castorio, dictus.

R *pullos hirundinum vivorum ex nidis detractos n. xx.* *E yxigenos.*
visciquerni exotici, nostratis a ℥i.
rad. pæon. valerian. hort. ℥ij.
fraxinel. ireos flor. a ℥j.

X 2 her-

herbarum ruta viridis. Mj.	galega.
fol. lavend.	majorana.
betonica cum floribus	rorella a Mj.
fl. sambuci	rosar. rub.
lavend.	pæon.
tilia	anibos.
primul. veris	musci clavati a Mj.
einam. a ℥iij.	caryophyll.
subbarum	macis. a ℥i.
nuc. mosc. no. iij.	castorei ℥ss.
C. C. crudi	alcis a ℥j.

Macerentur per dies xiv. bene clauso vase, & destillentur.

S. *Aqua hirundinum dulcis, seu amara.*

CAPUT IX.

Aqua seu spiritus hirundinum acidus.

*Modus prepara-
andi.*

CUM aceto eadem destillatio instituitur, & addi potest castoreum, vel omitti. Vocatur **AQUA HIRUNDINUM ACIDA**, Saur Schwalbenwasser.

CAPUT X.

Spiritus seu aqua picarum.

Idem.

FIt eodem modo, quo aqua hirundinum.

CAPUT XI.

Spiritus mellis.

*Proportio in-
gredientium.*

Rmellis optimi virginei ℥vj.
salis communis
silicium mundat. calcin. contus. ℥iij.

Destillatio instituitur per \oslash ad latus, ignem gradatim admovendo. Exit primum ∇ alba, post flava, spiritus & oleum. Rectificatio, separatione facta, instituitur. $\&$ vel silices adduntur, ut castigetur effervescentia, ad quam vel maximè proclive est.

Vires.

VIRES. Calefacit hic spiritus, penetrat, incidit. Corrodit perlas

perlas. Imprimis menstruum resolvendorum corallorum rubro-
rum habetur à *Minsichto* & aliis.

EXTERIUS pilorum proventum acceſerare à multis
creditur.

CAPUT XII.

Spiritus magnanimitatis, seu aqua Herculea.

R formicarum minorum, acidum redolentium in ollâ, melle
inunctâ, captarum q.v.

spiritus vini optimi. q.s.

Digestione xlv. ꝑ peracta, MB exstilletur spiritus. Aro-
matifetur modico cinamomi oleo.

VIRES. Armat in Venerem, hydropi, debilibus articulis, *Vires.*
febribusque intermittentibus medetur.

DOSIS cochl. j.

Dosis.

CAPUT XIII.

Spiritus vini lumbricatus.

lumbric. terrestrum q.s.

R Abluantur vino, & mundentur ab impuritatibus terrestribus,
ut notum est. Post affunde V opt. rectificatum, ad emi-
nentiam viij. digitorum. Digeratur in vitro optimè clauso
lentò calore, per aliquot dies, post per MB destilla: destillatum
denuò affundatur novis lumbricis, & procedatur modo præscri-
pto, sicque tertiâ vice.

VIRES habet resolvendi, dolentes à frigidis influxioni *Vires.*
bus articulos reficiendi, affriectus exterius.

LIBRI III.

SECTIONIS I.

ARTICULUS IV.

Spiritus metallorum
& mineralium.

X 3 CAPUT

CAPUT I.

Spiritus ardens ♀.

De eo sententia
diversa.1.
negantium.

N ore multorum est hic spiritus, diversâ tamen condi-
tione. *Alii* genuinum agnoscunt, eique diaphoreticam
in peste vim adscribunt. *Nonnulli* susque deque habent,
nullumque talem genuinum agnoscunt, sed aceti spiri-
tui, & solventi menstruo ardenti vim hanc adscribunt. *Spiri-*
tus aceti acidus, affusus coralliis, & plumbo &c. *inquit Angelus*
Sala. aphor. chimiatr. 27. affricat se iis, & pars ejus mutatur in spi-
ritum ardentem, quem falsò chimici vocant spiritum plumbi.
Non magis inflammabilis est spiritus, censore Billichio observ.
l. i. c. 2. quàm —

Stiria, quæ impexis induruit horrida barbis.

Laurembergius præsupponens talem spiritum dari, inflam-
mabilitatem negat esse à menstruo, *defensione quest. 8.* sed ab ipso
♀. *Acida* resistunt flammis, nec sulphurea sunt & combustibi-
lia. Ergo aceti spiritus inflammabilitatem hanc plumbo com-
municare nequit.

EXPERIENTIA nullitatem spiritus hujus evincit, eum-
que inter NON ENTIA reponit.

CAPUT II.

Spiritus ♀ seu viridis æris, simplex.

Primus parandi
modus.

⊕ Hispanici.

R Destillentur per retortam ad latus, & ad usum servetur. Nisi
aceto viridi æris priùs irrigetur, levis & parvus emergit pro-
ventus, & laboris tædium vix compensatur. Eadem ratio est com-
positi, qui ♀ vivi globosi additione concinnatur, per minima cum
⊕ misti.

Exireis.

Magni hic æstimatur à quibusdam, & multarum VIRIUM,
imò cordiales etiam in eo agnoscuntur. Sed qui ingredientia
& parandi modum quemcunque in viridi æris, per calcinatio-
nem vaporosam, illinitionis, aut immersionis expendit, nihil
horum

horum videt. Habetur pro commodo menstruo perlarum, corallorum, lapidum ⊕ solvendorum, quod ab iisdem rursus abstrahi queat, integris viribus, rursusque usurpari ad alia solvenda.

CAPVT III.

Spiritus viridis æris, ex ejusdem crystallis.

R *viridis æris q.v. ✕ destillati q.f.*
Digestione lenis caloris quod extrahitur, effunditur. Fil- *Secundus pa-*
trantur liquores, lentè exhalant, donec crystalli appareant. *ranti modus.*
Ex his destillatur spiritus retortulæ inditus, igne apertò rectifi-
candus per alembicum.

VIREs in medico usu proficuae magni æstimantur ab il- *Viros.*
lis, qui Veneri metallicæ sacra faciunt. Cerebri patrocínio fa-
vere *ajunt*, in insultibus apoplecticis & epilepticis. Sed ea-
dem censura dignus, qua prior. Censeturque à nonnullis
menstruum secretum Zvvelferi ad solvenda corallia, & perlas, in
magisterium.

CAPVT VI.

Spiritus mineralium aqueorum al- borum 1. ⊖ lis.

R *⊖ balsamici culinarii, vel marini decrep. ℥ij. Spiritus salis.*
bolis albi, vel rubri vulgaris madefacti, vel laterum coctorum
pulveris. madef. ℥vj.

Misce. Formentur globuli vel pistilli nucis castaneæ magnitu-
dine, qui exsiccati indantur retortæ terreæ, ad medietatem ut per-
tingant. Adaptatò recipiente amplo, primò parca manu adhi-
beatur ignis. Cum phlegma egressum, ignis largior adhibetur,
donec spiritus nebularum instar egressi omnes. Rectificatione
separatur spiritus ab aqua.

VIREs. Aperit, incidit, abstergit. Renovat totum homi- *Vires*
nem, & impuritates omnes tollit balsamica sua virtute, in gene-
roso vino sumtus. Acetum esurinum est inappetentibus, in ▽
menthae.

menthae. Epatis & lienis morbis auxiliatur. Hydropicis, in carnis brodio, in quo radices vincetoxici excoctae, prodest, In ∇ saxifragiae albae radicum, pellit restagnantem urinam: in jusculo carnis cum radicibus petroselini coctae, pellit calculum. Imprægnatus atomis ovorum struthionis, arenulas abigit. Julepos refrigerantes exaltat, & sic in febribus continuis & intermittibus reprimit & refrenat effervescentiam salis microcosmici, biliosorumque humorum *ἰσχυροσύν.*

Dosis.

DOSIS, ad g. v. vj. vij.

CAPUT V.

Spiritus \odot .Sp. \odot .**R**

\odot optimi crystallini ℥ij.
boli communis albi ℥vj.

Mista exactè (sine globulorum efformatione) destillantur per retortam, justò observato ignis regimine, spatio x. vel xij. horarum. Prodit spiritus igneus rufescens ex ℥j. salis, ℥j. spiritus.

Vires.

VIRES. Naturæ ignis hic calefacit, aperit, discutit. 2. Proprio sale ad satietatem imprægnatus, vel à butyro ♁ ii, in mineralis bezoardici præparatione rectificatus, solvit aurum, more aquæ regis chrysulcæ.

Dosis.

DOSIS interiùs g. ij. iij. in conveniente liquore.

CAPUT VI.

Spiritus *.

Spir. *.

R

* ℥l.

⊖ ℥ij.

Misceantur & destillentur ex ♁ per alembicum. Spiritus rectificatus.

Vires.

VIRES habet diaphoreticas. Aperit, incidit, attenuat.

Dosis.

DOSIS. g. vj. vij. in jusculo.

CAPUT

CAPVT VII.

Spiritus mineralium aqueorum, seu salium coloratorum. Θ li.

I.

Spiritus roridus.

Θ li Romani vel Ungarici lbv.

RDestilletur ex phiala vitrea vel terrea per alembicum. Li-
quor colligatur, & cohobetur super capitis mortui residui
lbj. quater. Tingatur modico ligni Paranambuci, vel torna solis
communiter ut appellatur.

Spiritus rori-
dus.

VIREs. Mundificat sanguinem, & cerebrum roborat. *Vires.*

Antiepilepticum est insigne.

DOSIS. \mathcal{S} ss. \mathcal{S} j. in aqua lilior. con vall. cum vino parata. *Dosis.*

Dosis.

UTENDI MODUS. A terrore si ortum traxerit affectus, *Utendi modus.*

Utendi modus.

æger & ipse ante exhibitionem inopinato terrendus, & duplici do-
si \mathcal{S} ij. propinandum.

II.

Spiritus Θ li simplex vulgaris.

\mathcal{R} . Θ li Romani lb. xxv.

Calcinetur in terreo vase, igne moderato, ad albedinem & hu-
miditatis absorptionem. Vase refrigerato, massa quæ erit xlv.
circiter librarum, concreditur retortæ Waldenburgicæ, in fur-
no reverberii, adoptatoque recipiente, & gradibus ignis observa-
tis, tridui spatium vel quadridui, & ultra, (in exhaustus enim Θ lum
est thesaurus) urgetur spiritus, usque dum oleum sequatur. RE-
CTIFICATIO fit ex cucurbita, & quod exstillat PHLEGMA,
seorsim servatur. In fundo manet spiritus. \textcircled{w} rubrum vel brun-
num colcothar dictum.

Spiritus
 Θ li.

TEMPERAMENTUM frigidum ipsi adsignatur à Petro Temperies eius

Castello epist. medic. 3. Autoritatibus innititur & rationibus. Re-
spondet etiam rationibus adversariorum, qui calidum adseriebant. *calida.*

Reverà calidus est per se. Caloris effectus in eo manifesti. Ignea ϵ' π ν ν ϵ λ σ τ ϵ .

vi corrodit linteamina, pannos, perlas, corallia. FRIGIDITA-

TIS effectus in eo elucescunt κ α τ ν σ μ β ϵ ν η κ δ ϵ , quatenus frigidis

Y

liquo.

liquoribus mistus, illos, ut penetrent interiora ad penetralia, aptos reddit.

Vires generales:

VIRES GENERALES. Quod *Paracelsus* de toto promulgavit vitriolo, illud esse quartam pharmacopolii integri partem, idem elogium competit etiam ☉ li spiritui.

Speciales.

SPECIALES sunt: aperire, incidere, attenuare, abstergere viscidos, lentos humores, putredini resistere, & à morbis, balsamica sua vi, præservare. **CEREBRI** adfectibus medetur, oculorum etiam & pectoris quibusdam.

Cerebri morbis auxiliatur, Antihæmoptoticus est.

HÆMOPTOICIS, quibus vena in pulmonibus rupta, spiritum ☉ li prodesse testatur experimentum Pharmacopœi Patavini, cujus mentionem facit *Petrus Monavius epist. Cratonis à Scholzio edita 119.* Confirmat *Petri Castelli epistola 2. contra Raimundum Mindererum*, autoritas, ratione & experimentis plurimis innixa. **VENTRICULO** suppetias fert, astrictione sua tonum ejus moderando, appetentiam excitando, coctionem juvando. Refocillat fermentum languens, deficiens reparat. *Paracelsus* ὑπερβολικῶς ventriculum ita reddi ab eo validum docet, ut incoctilia, non secus ac struthius ferrum, alteret, unde **ESVRINVM ACETOSVM** appellat. **VERMES** intestinorum necat. **IN COLO, RENIBVS, ARTICVLIS** tartaream materiam resolvit. Omnibus **FEBRIBVS** utile est medicamentum, benignis & malignis probat *Castellus epist. med. 7.* Testimonia illorum, qui usum ejus in febribus benignis & malignis, imò peste ipsa commendarunt, collegit *idem p. 68. 69. 70 &c.*

Συσώμαχος, est, ☉

ἀντιλαμνιδικός, ἀντιναστικός.

DOSIS ascendit ad guttas iij. iiij. v. in cochleari, & sequitur vehiculorum quantitatem.

Dosis.

Modus utendi per se, cum aliis.

MODVS VTENDI omne fert punctum. Non possidet omnes enumeratas virtutes primariò, & ex se, sed multas secundariò ex accidente, quatenus scilicet specificorum remediorum virtutem adjuvat, promovet, intendit. Hoc stimulo urgentur, hoc sale condiuntur, hoc additamento perficiuntur, & in suo gradu consummantur plurimorum medicamentorum vires, & ad locum adfectum deducuntur.

Mistionis utilitas.

Mistio hæc aliorum medicamentorum, & liquorum etiam, commodum hoc habet, quod unitam fortiolem, in majori

jori quanto vim dispergat, atomis separatis. Et hæc quantitatis dispersio est insignis spiritus hujus correctio.

In CAPITIS affectibus à CAUSA CALIDA, usurpatur *In capitis adfectibus cephalalgia.* cum aquis cephalicis *frigidis*: nymphæ, rosarum: à CAUSA FRIGIDA, cum aquis rosismarini, salviæ, spirituosis: In CEPHALALGIA, *causa frigida* fovente, cum spiritu fl. chamæmeli, *causa calida* dominante, cum aqua lactucæ, sirupo nymphæ mista. In VERTIGINE spiritus *roridus* ad ℥j. adsumitur in *vertigine.* doronici: *vulgaris* in *liliorum* conyall. In PHRENITIDE *phrenitide.* roridus cum aqua & syrupo papaveris erratici, vel cum tinctura ejusdem: In APOPLEXIA cum aqua apoplectica: In EPILEPSIA cum aqua fl. filix: In CONVULSIONIBVS, cum aqua fl. salviæ exhibetur. *apoplexia, epilepsia, convulsione.*

In OCULORVM affectibus commodè adsumitur cum aq. *In oculorum.* euphrasiæ, aut *regalis consolida.*

In PECTORIS affectibus cum aquis specificis accommo- *pectoris.* datis *veronica, helenii.*

VENTRICVLI ἀπορία *erigit*, sumtus cum *menthæ,* ci- *ventriculi.* namomi, & rosarum conserva.

E P A T I S languori medetur, permistus cum conservis *epatis adfectibus.* & aqua fl. cichorii, agerati, radicis cichorii etiam conditæ conserva.

HYDROPI auxiliatur sumtus cum *diuretica:* graminis, *In hydrope quo-* vincetoxici. ANTICOLICAM VIM exserit sumtus cum *modo usurpe-* Zedoariæ: ANTIHELMINTICAM, cum *fl. hyperici,* CAL- *colica,* CVLVM renum resolvit cum *fragorum.* *calculo,* *febribus,*

In FEBRIBVS BENIGNIS putridis, ad calorem & sitim extinguendam adsumitur cum conserva cichorii, aquæ acetosæ, julepo rosaceo. Arcet putredinem aciditate, obstructions expedit *λεπτομερείαι:* In MALIGNIS cum *scorzoneræ, galegæ* datur.

☉ TERRA ⊕ li rubra edulcata per aquam simplicem, omni *Vires* extracta vitriolacea *salsedine,* insipida relicta, *exsiccat,* consolidat. ☉ *rubri,* In unguentis & emplastris feliciter usurpatur, commodè etiam *mi-* scetur emplastro diaφris.

BRVNNVM ☉ præbet sal vomitivum benedictum, *nul. brunni.* lum verò vitriolum.

CAPVT VIII.

Spiritus \ominus li σ vel ρ .

Spir. \ominus li
 σ & ρ .
Vires.

R \ominus li σ vel ρ factitium vel nativum.
Destillatio eodem modo instituitur, ex retortâ ad latus.

VIRES. Ut pretiosior, ita etiam præstantior vulgari
censetur uterque, sed sine ratione. Pari ambulant passu. \ominus lum
 ρ ris, inquit Helmontius lib. de lithiasi cap. 8. t. 16. longè in meden-
do ignavius vulgari: & spiritus ejus non nisi merum acetum mi-
nerale privatum, a porrhœâ cuprei sulphuris. In hypochondrio-
rum & uteri affectibus omne fert punctum.

Dosis.
Utendi modus.

DOSIS ad \mathcal{E} ß. pro liquoris seu vehiculi quantitate.

UTENDI MODUS cum appropriatis vehiculis. In
epatis morbis, cum ∇ scorbuticâ, polychrestâ: In Lienis affecti-
bus hypochondriacis cum ∇ polychrestâ assumtus mira præ-
stat. Uteri afflictionibus medetur cum ∇ hystericâ compositâ
sumtus.

CAPUT IX.

Spiritus \ominus li simplex regeneratus.

Processus.

R \ominus li priorum.
Exponantur aeri, ita ut à \odot & D radiis illustrari queant,
à pluvie tamen injuriis tuta integri anni curriculo. Ita
Terra nitrosa excocta, dio exposita vel in cuniculis adservata re-
viviscit, & novis imprægnatur salibus. Post destillentur per re-
tortam.

Vires.
Dosis.
Modus utendi.

VIRES magni æstimantur in affectibus ante propositis.
DOSIS &
MODUS UTENDI idem.

CAPVT X.

Spiritus \ominus li correctus per rectifica-
tionem à \odot \ominus li.

Para-



Aracelsus libro de rebus naturalibus cap. 8. menti- *Parandi mo-*
 onem facit hujus spiritus Θ -li correcti per destillati- *us.*
 onem à Ψ Θ -li. Recensitis aliorum sententiis jubet
 spiritum Θ -li humidum, reaffundere octies vel no-
 vies Ψ . Hoc appellat per nonum pellere alembicum.

Imbibito hoc modo colcothari additur spiritus vini optimus ad
 penetrationem, ut fiat instar pastæ. Destillatur post observatis ignis
 gradibus.

VIRES censet habere epilepticas.

DOSIS g. viij. ix. x.

MODUS UTENDI. in aqua liliorum convall. vel flor. pœ-
 onia, vel spiritu eorundem.

Vires.
Dosis.
Vtendi modus.

CAPUT XI.

Spiritus minerales salini, albi, & co-
lorati, compositi, &

I.

Spiritus Θ compositus dulcis, anticolicus,
antipleuriticus, & antifebrilis.



Rollius basilica chim. Θ spiritum miscet cum Ψ , eumque *Crollianus pa-*
 commendat ad colicam, pleuritidem, & prunellam, *randi modus.*

Ufus adprobantur ab Hartmanno. Exaltari potest hoc
 modo:

℞. spiritus Θ

Ψ rectific. aa. q. v.

clarior.

Digerantur in leni calore, vase optimè clauso per \mathcal{P} iiiij. Tum
 \mathcal{Q} per alembicum. Spiritus in hac operatione uniuntur, odo-
 remque violaceum contrahunt, & saporem acquirunt subdulcem
 & gratiosum.

Vires.

VIRES commendantur anticolicæ, dolorum lateris & fe-
 brilium calorum expugnatrices.

DOSIS per se, ad guttas x. xij. & ultra in liquore compe- *Dosis.*
 tente.

UTENDI MODUS. In COLICA datur cum aquâ appro- *Vtendi modus.*
 priatâ cumini simplici vel compositâ zedoariæ cum vino \mathcal{Q} lato.
 In PLEURITIDE cum sirupo papaveris rhœados, & ad car-
 dui-

166 Lib. III. Sect. I. Art. IV. Cap. XII. ☉ ☿ ☽ Cap. XIII. ♁.
duiben. In FEBRE malignâ & prunellâ cum succo cancrorum
fluviatiliū & sirupo mororum.

CAPUT XII.

Spiritus ☉ ☿ ☽ compositus.

*Spiritus ☉ ☿
☽ inus.*

R ☉ ☿ ☽ *comm. decrepitati aq. v.*
argille sicca pulver. triplum.
In massam redigantur modicâ adfusâ aquâ, & in globulos
formentur. His exsicatis retorta dimidia impleatur, & more
consueto spiritus propellatur.

Vires.

VIRES diureticæ in eo sunt eminentes, ictericis & hydropi-
cis proficuæ.

*Dosis ☉ utendi
modus.*

DOSIS & UTENDI MODUS. Miscetur cum aquæ po-
lychrestæ sufficienti quantitate ad gratum saporem, vel guttatim
exhibetur cum jusculis. *Deodatus pantheo bygia st. lib. 2. p. 8.* exaltat
novis accessionibus, & encomiis.

CAPUT XIII.

*Spiritus ☉ ☿ ☽ li compositus, seu
♁ ☿ Stygia.*

Aqua gehenna.

R ☉ ☿ ☽ *exsiccati ☉ leniter calcinati ℥ij.*
☉ optimi ℥j.
Trita diligenter misceantur; ex retorta ferrea, observatis i-
gnis gradibus exstillentur, in vas recipiens.

Purgatur à fece hoc modo:

℞. ♁ ℥i.

℞. ℞j.

Solvatur ℞ leni calore in ampulla vitrea. Solutum omne cum
♁ injiciatur in reliquam ♁, sive una libra fuerit, sive duæ. Fiet
hæc instar lactis alba & turbida. Residendi spatium detur per
noctem, & aqua erit clarificata, omni fece ad fundum vasis depres-
sa. Appellatur gehenna.

Virtutes.

VIRES. Menstruum est solvendæ ℞.

CAPUT

CAPUT XIV.

Spiritus ☉ & * compositus causticus, ☿
aqua chrysulca, Pugilum dicta.

R Trita in mortario, optimè miscentur. * a lbj. ☿.
per ☉ in aperto igne.

VIRES. Solvit ☉, ejusque atomos imbibit.

CAPUT XV.

Spiritus ☉-li compositus, gummosus, seu butyrum
aut ☉ & ☿ ti glaciale.

Nomen habet à consistentia, olei enim instar fluit, & ex-
terna forma, glaciei enim instar concreescere solet in
medio recipientis. Butytum eadem de causa dicitur, &
GUMMOSUS LIQUOR, instar butyri & gummi e-
nim sensim colligitur & concreescit. SPUMA DUORUM VE-
NATORUM DRACONVM appellatur, ab ingredientibus
duobus, Draconum instar liquorem hunc evomentibus, cum bul-
lis, spumæ cujusdam instar.

Nominum
ratio.

MODVS DESTILLANDI hoc oleum ad latus per retor-
tam triplex est: ex ☉ crudo & ☿ to, æquali proportione *secun-
dum Crollium*: in dupla secundum *Beguinum*. Elegantior ex re-
gulo ☉ simplici, vel ☿ antimoniato, ex ☉ sine Mercurio, adhibi-
tis sale decrepitato, & vitriolo ad albedinem calcinato, vel ☿ sola.

1. PRIMVS MODVS ☿. ☉ crudi. ☿ ti aā lbjss.

1. Ex ☉ cru-
do & ☿ to.

Pulverisentur seorsim, misceantur exactè in mortario marmo-
reo, pistillo ligneo, naribus & ore bene munitis, ne noxius at-
trahatur vapor. 2. Immittantur in retortam vitream, arena to-
tam coopertam: sensim & sensim ignem intendendo, egredie-
tur liquor, qui in collo retortæ & recipiente, glaciei instar, solet
concreescere, (& tunc arula igniaria, vel carbone prudenter ad-
moto, ne vitrum diffiliat, liquefieri communiter solet.) Præca-
vetur coagulatio, si maturè ignis suppressorius adhibeatur. Im-
purior

purior hic cum soleat esse, rectificandus per retortam. Tandem ignis suppressorius, super retortam arenis ab initio coopertam carbonibus acervatis, acrius urgendus, & sic surgit & elevatur cinnabaris, parumque ζ vivi in vas recipiens decidit.

II. ex ζ & B_n to.

II. ALTER MODUS elegantior, idem quidem est ratione processus, variat tamen ratione ingredientium. Describitur à *Brendelio chim. in art. form. redacta, & Keslero, cent. I. processu 12.*

Rx. *reguli ζ simplicis, vel*
reguli ζ stellati antimoniati,
 B_n a lbj .

Procede priori modo, sed non opus est igne suppressionis in spem cinnabaris. Butyrum si fuerit impurius, rectificandum.

III sine B_n to
triplici modo
paratur.

III. TERTIO MODO, sine additione Mercurii, ex solo antimonio, junctis salibus, vel eorum spiritibus prolicetur oleum idem glaciale, tribus distinctis modis.

1. *Rx.* O *li Goslariensis ad albedinem calcinati.*
 O *culinarii decrepitati a lbj .*

Calcinatio & decrepitatio fit eo fine, ut phlegma absumatur, quod vasa rumpere posset. Misceantur cum

ζ *Ungarici minutimpulverisati lbj .*

Indantur retortæ terreae vel vitreae, adjuncto receptaculo mediocri. Non opus est exactè juncturas claudere. Spiritus exit ponderosus & gravis, justo adhibito ignis regimine, butyrosus.

2. *vel Rx.* O *decrepit.*

O *li calore C vel hypocausti, veletiam ignis opere*
leviter ad albedinem calcinati a lbij .

Mista retortâ excipiantur, & destilletur inde, recipiente admoto, spiritus.

Rx. *hujus spiritus lbij .* ζ *Ungar. pulver. lbij .*

Misce, destillentur igne arenae. Prodibit liquor gummosus.

3. *Vel Rx.* ∇ *communis lbj .* ζ *ung. pulv. lbj .*

Destillentur ex arena. Prodibit in vas recipiens liquor gummosus.

Ex tribus hisce
parari potest
columba alba.

Rx. *butyri exstillati, quodcunque volueris.*

Instilla in aquam frigidam. Præcipitabitur pulvis albus *columba alba* dictus. Edulcatus sic aliquoties, & exsiccatus, per filtrum ultima trajecta aqua, purgat $\alpha\upsilon\omega$ $\eta\theta\eta$ $\eta\alpha\iota\tau\omega$.

CAPUT

CAPUT XVI.

*Spiritus ☉li compositus gummosus, ex electris
minoribus & majoribus.*

R *electri minoris vel majoris alicujus, dissertat. chim. 5. de ☉ Spiritus
cap. 15. & hujus opusculi, lib. 5. cap. de electro descripti. ☉li gum-
mosus ex
electris.*
Destilletur per ☉butyrum, & servetur ad usum.
USUS ejus ad præparandum ☉ium vitæ, & bezoardicum *vsus.*
minerale.

CAPUT XVII.

*Spiritus ☉li compositus philoso-
phicus stratus.*

R *aquam, quâ butyrum ☉ii præcipitatum in Mercurium vi-
ta communitè dictum, hicque cum sufficienter edulca-
tus est, acidulam.* *Parandi mo-
dus.*

Filtretur denuò per chartam bibulam. Indatur aqua hæc phialæ,
imposito alembico, & ex arenâ destillat primò phlegma. Quam-
primum ex alembico striæ apparent, mutetur vas recipiens.
Cum disparent, iterum mutetur vas, & hic seorsim adserve-
tur. In fundo restitans spiritus, novò recipiente adpositò igne
violentiori subdito, vel per retortam exstillatus, & sic ab omni
terrestri materiâ ☉ii liberatus, ad usum servetur. S. Spiritus
☉li philosophicus fixus. Non quod revera talis sit, sed ad diffe-
rentiam prioris ita dicitur.

VIRES striato attribuuntur cephalicæ & analepticæ. Al- *Vires.*
teri nobiliores destinantur, quàm vulgari ☉li spiritui.

DOSIS a g.v. vj. ad ℥i. in conveniente liquore, ante & po- *D. us.*
meridianis horis. In Julepis cordialibus & hepaticis ad acorem
gratum prodest. Ad medicinarum aliarum confectionem com-
modè usurpatur posterior, ut ad solutiones metallorum, perlarum,
oculorum ☉ pro magisteriis.

Z

CAPUT

CAPVT XVIII.

*Spiritus ♂ li compositus, seu ▽
aperiens Penoti.*

Spiritus Penoti.

R ♂ li Ungarici ad rubedinem calcinati ℥iiij.
silicum flav. ab. calc. ℥v.
♀ ad alb. calcin. ℥j.

Pulverifata liquefiant in cellâ. Destillentur per alembicum ex
♁, terque cohobentur. Demum per retortam pellantur omnia
cum suo phlegmate. Destillat primò phlegma, post spiritus per
horas xij. Ex capite mortuo ♂ extrahatur. Tandem omnibus
& toto circulato permistis cum argillâ, formentur pastilli, & ex
iis spiritus provocetur. Videatur *Sennert. institut. libr. 5. part. 3.
sect. 3. cap. 5. Schröderus pharmacop. lib. 3. cap. 26.*

Vires.

VIRES. Aperit, incidit, attenuat, in affectibus hypochon-
driorum, mesenterii, pancreatis infarctibus. Hydropi & ictero
medetur.

*D. fis.
Vtendi modus.*

DOSIS ℥i. in conveniente liquore.
UTENDI MODUS in jusculo, aquâ appropriatâ sim-
plici, compositâ, julepis, sirupis.

CAPUT XIX.

Spiritus compositus ♂ & ♂ li Glauberianus.

Processus.

R ♂ culinar. ♂ & ℥lum āā
In furno singulari, adhibitis vasis recipientibus plurimis xx.
xxx, invicem coaptatis, sursum & ad latera, mista duo hæc
salia ignitis carbonibus per intervalla injiciuntur, furnò rursus
clausò. Sic spiritus fuliginibus carbonum simul mistus, ascendit,
debitò modò colligendus & rectificandus.

Vires.

VIRES. Aperientes commendantur.

Dosis.

DOSIS à gran. v. ad ℥i. in conveniente vehiculo.

CAPVT XX.

Spiritus ♂ li compositus, antiepilepticus.

℥i. phlegma-

R phlegmatis, vel spiritus Θ -li roridi. q.v. Nonnulli sumunt spiritum Θ -li philosophicum volatilem striatum, qui primò adscendit in rectificatione, q.v.

Θ -li rubri q. placet.

cranium humanum, praesertim os triquetrum, quadrangulumne, quod duplicata λαμβδοειδής sutura excludit & orbiculare aliquod, ad arbitrium.

Destillentur lentò igne per \times cum vel retortam quater, quinques vel sexies cohobando. Sic Θ volatile cranii & Θ -li simul adscendit.

VIRES cephalicæ sunt, & antiepilepticæ insignes.

Vires.

DOSIS g. vj. vij. \mathcal{S} . Sumitur per se in jusculo, additis guttis aliquot salis volatilis & C, C.

Dosis.

CAPUT XXI.

Spiritus Θ -li compositus, lithonripticus.

R *spir. Θ -li philos.* *Ovi struthiocameli. q.v.*
Fiat resolutio. Effuso hoc, novus spiritus affunditur. Solutione & imprægnatione facta, filtratio instituitur per chartam bibulam,

VIRES. Calculum renum minuit.

Vires.

DOSIS g. v. vj. viij.

Dosis.

MODUS UTENDI in decente vehiculò, jusculò, vel aqua, aut spiritu saxifragiæ.

Modus utendi.

CAPUT XXII.

Spiritus compositus ♀ & *.

R ** \mathcal{S} .* *spirit. vini ♀ sati. \mathcal{S} ij.*
In phiala vitrea vel terrea recondantur, & per \times cum destillentur. Cohobetur liquor quater vel quinques, ut spiritus ♀ tareus * volatilis aquilæ sanguine imprægnetur. Spiritus * alkolisati nobilitatem extollit. *Polemannus, novum lumen chemicum inscriptò librò cap. 8.*

Spiritus.

♀ & *.

VIRE S. Resolvit tartareas mucilaginosas coagmentationes in quâcunque corporis parte, visceribus, vasis, renibus,

articularum nodis, tam concretas, quàm adhuc liquidas. Resolutio fit à ☿, ejus vim longe lateque alis suis provehit aquila, nullibi suò deficiens in officio resolvendi, dissipandi, discutiendi. ☿ confortandi beneficium addit.

Dosis.
Utendi modus.

DOSIS ℥i. & ultra.

UTENDI MODUS in conveniente vehiculo, vino vel jusculo.

CAPVT XXIII.

Spiritus mineralium oleosorum, ut ☿ris

Στελαίων, ☿ oleum improprie dictus.

Spiritus ☿ simplex.

DUplex est. simplex & compositus.

SIMPLEX est vulgaris campanatus, & qui per longos tubos vitreos, injectis fragmentis sulphuris in crucibulum ignitum, sub umbrâ nebularum, elevatur, & humido aëri junctus in liquorem resolvitur. Ejusdem est prosapia cum ☿ li & ☿ spiritu. In ☿e duæ substantiæ: resinosa, & salina ☿lica. Ex hâc prolicitur spiritus.

Compositus, viridis aris ☿.

COMPOSITUS concinnatur h. m.

℞. ☿ vivi virginis ℥iiij. ☿ ℥viii.

Pulverifata indentur retortæ vitreæ, & destillentur per ☿, primum lentò igne, deinde fortiori, & prodibit spiritus acidulodulcis, gustui gratus.

Vires

VIRES. SIMPLEX pectoralis est. Prodest in affectibus frigidis pulmonum, cum aquis destillatis, sirupis, conservis sumtus. Appetitum excitat in jusculo exhibitus. *Theodorus Zwinggerus* mirabili successu, asthmaticis prodesse expertus est. *Brunnerus* ceu singulare medicamentum in asthma commendat, cum aquâ pectorali debitâ proportionem mistum. **COMPOSITUS** eminenter ea præstat officia.

UTER QUE perlas & corallia phlegmate ☿li soluta præcipitat in magisteria butyracea. Elixir proprietatis cum ☿ paratum eòdem ritè acidulatur.

CAPVT

CAPUT XXIV.

Spiritus minerales compositi, clyssi
si appellati.

NOMINIS derivatio obscura est, fortè à κλύζω, abluo, la-
vo: & rectius dicetur κλύσις, κλύσμα, ablutio, lotio, ita, ut *Nomen clyssi.*
designetur actio abluendi antimonium, vel κλύδων flu-
ētus, unda, ut denotetur tumultus & æstus, effervescenti-
a que, quæ in hâc destillatione auditur. Technicum tamen hoc
vocabulum civitate donari potest.

Triplex est: minoris, medii, & majoris apparatus.

MINORIS APPARATUS CLYSSUS recipit ☿ Ungari-
ci & ♀ āa. ℥j. proponiturque à Schrodero pharmacop. *Minoris appa-*

MEDIUS proponitur à Kesler ô, sub nomine: Liquor compo-
situs pnevmonicus cent. 1. select. chim. process. 70. Spiritus trium re-
gnorum etiam appellatur. Ad regnum vegetabile refertur ob ♀,
ad minerale ob ♀, ad metallicum ob ☿. *ratus :
Medii.*

Recipit ☿. ♀. ♂. āa ℥j.

MAJORIS APPARATUS recipit ☿. ♂. ♀. silices fluvia-
tiles calcinatos āa ℥j. Nonnulli addunt *.

Pulveriscentur singula seorsim. Nitrum aquâ pluviali bullien-
te solutum, effundatur super pulveres reliquos commistos ad un-
guem, sicque invicem misceantur, in massam pulticulæ crassæ simi-
lem. Imponatur cochleari longi manubrii, unum post alterum.
lentâ manu, per posticam fenestram, iterum accuratè claudendam,
in tubulatam tribus in locis retortam, singulisque tubulis singula
recipientia vasa affabrè adnexa habentem. Sic justo adhibito ignis
regimine, ad aperto foramine juncturæ nonnunquam, prodibunt
spiritus, qui colligendi, & si quid florum recipientibus supernâ
parte adhæserit, illis miscendum.

VIRTUTES simplicis apparatus delineatæ à Schrodero ap-
plausum merentur. Crassam tartareamque mucilaginem, ubi *Virtutes.*
cunque locorum delitescit in corpore, attenuat, ac per emuncto-
ria convenientia, per alvum, urinam, sudorem, expurgat. In ma-
jori apparatu, dotes hæ exaltantur.

Z 3

DOSIS

Dosis.
Utendi modus.

DOSIS ἑj. ζβ.

UTENDI MODUS. In iusculo, vel aquâ specificâ, cephalicâ, pectorali, splenicâ, lithontripticâ, arthriticâ.

LIBRI III.

SECTIO II.

De tertia destillatorum

specie, de OLEIS.

ARTICULUS I.

CAPVT I.

De oleis vegetabilium in genere.

Nomen olei
aquiuocum.



OMEN, ἔλαιον *oleum*, æquiuocum est. Propriè de oleo ex olivis expresso, omnis excedentis qualitatis experte, de τοῖς σαλακτικοῖς *distillatis oleis* non, nisi per similitudinem dicitur.

☉ ♀ *ærea.*
Ærea natura.

Olea hæc sulphureo à chemicis adscribuntur principio.

AERÆ sunt naturæ, calida scilicet & humida. Inter aëris & ignis naturam ambigere statuit *Beguinus tyroc. lib. 2. cap. 6.* Quò acriora, eò magis ignea, quò minùs acria, eò magis ætheria censentur & aëria.

Calida.
Quercetanus
frigida qua-
dam olea agno-
scit.

CALIDA sunt: inde inflammabilia, igni admota propiùs. Non adhibenda fides *Quercetano*, cum *libro 1. defens. Hermet. medic. cap. 11.* Norunt, *inquit*, chimici arte suâ frigidas essentias educere, nec non olea, macerando scilicet in aqua quatuor semina frigida, ex quibus atque ex seminibus papaveris ea olea extrahunt atque essentias, quas tu negare frigidas non ausis.

Ἐπίκερσις.

Σιδηρόξυλον est, oleum frigidum. Ignem & aërem gelu pascere nequit, sed occidit.

Combustilia
sunt olea.

Nec adhibenda fides *commentatoribus Beguini*, cum olea in sua essentia purissima considerata negant esse combustilia. Exuere nesciunt naturam, aliena licet induantur veste.

Humida sunt,

HUMIDA sunt, quia difficulter suis, facilè alienis terminis

con-

continentur. Una olei gutta, lanæ vel sericeæ adpersa vesti, latè diffluit, & se extendit. Humectant corpora acta. Ut aëri tamen, ita & oleo siccitas jungitur. Primariò & per se humida & sicca sunt, secundariò exsiccant.

VIRIUM MAGNARUM sunt, vim gerunt earum rerum, unde emanarunt, sed coacta combinataque, parvâ mole ingen- tem potestatem spirant. Minima olei guttula integri sæpe aromatum manipuli compendium existit. Virtus semilibræ caryophyl- lorum in uncia olei, libræ unius cinamomi in drachma una & di- midia olei concentratur.

Plerumque cum aquis in destillatione herbarum, imprimis autem feminum & aromatum prodeunt.

Ex siccis lignis, & succino quæ proliciuntur, rejiciuntur à Billichio observ. lib. 2. cap. 2. vix cuti, nedum palato apta judicata, censura nimis rigida.

Ex mineralibus nulla proliciuntur opera. Quæ ex his pro- lecta olei titulo veniunt insignita, ut oleum Θ -li, vera non sunt. γὰρ φλογισαί, non enim flammam concipiunt igni admota.

CAPVT II.

Olea vegetabilium in specie. I. Oleum herbarum absinthii &c.

R herbam siccam, absinth. vel card. bened. aut hyssopum, vel salviã, aut aliam odoratam q. v. salis communis manipulos a'iquot. φ ℥ ss. vel j.

Concil. contus. grosso modo affunde aq. fontan. q. s. Stent in digestionem per octiduum. Destillatione per alembicum & refrigeratorium prodit aqua cum oleo. Hoc ab aqua separatur, modis propositis libro 2. commodissimè per segregationem hypoclepticam, vel fila lanæ crassiora, & servatur.

USUS. Olea hæc virtutes herbarum suarum servant, calefaciunt, exsiccant, roborant, absinthii ventriculum: card. ben. epar: hyssopi pectus: salviæ caput.

DOSIS ad g. v. vj. vij.

MODUS UTENDI. In convenienti vehiculo, horis matutinis

Dosis.

Modus utendi.

tutinis

176 Lib. III. Sect. II. Art. I. Cap. III. ☉ cochl. Cap. IV. Cham.
tutinis, Sala aphorism. chimiatr. 12. sect. 2. oleis intra corpus exhi-
bendis addendum quidem scribit vehiculum : sed ad externum
eorum usum requirit peculiariter vehiculum unguentosum. Lau-
rembergius unguentosum vehiculum interiùs etiam exhiberi posse
ait, idque fieri, cum balsama exhibentur ex unguentoso vehiculo,
& stillatitiis oleis. RARIOR est usus oleorum cum unguentoso
vehiculo interiùs, crebrior exteriùs usurpatorum.

Επιληψιας.

CAPUT III.

Oleum cochlearia.

☉ cochlea-
ria.

R cochlearia virescentis circa tempus seminũ germinantiũ. q. v.
vini boni odorati q. s.

Destillatione post justam digestionem, exstilletur spiritus &
oleum, à primo separandum.

VIRES in compendio unitas habet antiscorbuticas.

DOSIS g. j, ij. iij.

MODUS UTENDI in convenienti vehiculo, ut jusculo,
elæosaccharo, vel ▽ destillatâ, horis matutinis.

CAPUT IV.

Oleum ex floribus chamæmeli,

& lavendulæ.

☉ chama-
meli.

R fl. chamæmeli Romani vel vulg. siccos. q. v.
salis comunis. ♀ vini rubri ad placitum.

Affunde aq. calidam. Postquam sterere per dies XIV.
stillentur per vesicam cupream, & alembicum rostratum, vas re-
frigeratorium transeuntem. Oleum ab aquâ separatur, viride
smaragdinum semper quod est, singulari proprietate. Cum aliis
etiam destillatum chamæmelum etiam viridia reddit, ut oleum
terebinthinæ.

Eodem modo destillatur ☉ lavendulæ.

☉ laven-
dula.
Vires.

USUS. Calefacit, exsiccat, flatus dolorem excitantes discu-
tit in colicâ : pectus frigidis humoribus infestatum mundat. In
renum calculo utilem præstat operam. Lavendulæ oleum cere-
brum roborat.

DOSIS

DOSIS g. v. vj. MODUS UTENDI, in juscuro, vel aqua *Dosis.*
 menthæ cum vino destillatæ. Exterius etiam scrobiculo cordis in- *Utendi modus.*
 unctum inflationem ventriculi discutit oleum chamæmelinum:
 regioni commissuræ coronalis & sagittalis futuræ, digito repido,
 affricatum, cerebro robur afflat ♂ lavendulæ.

CAPUT V.

Oleum rosarum, ῥωδέλαιον dictum.

Rosar. rubrarum hortensium, flore pleno rubro, vel albo, in do- *Parandi mo-*
 liolo ligneo, modico sale aspersarum, ad tempus adservata- *us.*
 rum, donec acidum spirant, q. v.

Per vesicam destillentur. Aqua destillata aliis rosis adfundatur, &
 maceratione facta exstilletur. Oleum ut plurimum spiritui manet
 permixtum & aquæ, indeque hæc suam habent odorem. In recti-
 ficatione, si alembici rostro prominenti in recipiens vasculum
 munda fascia adnectatur, aqua perfluet odoris & saporis rosacci
 ferè expers, linteoque interceptum oleum albicans & spissiusculum
 adhærebit, quod nectar merum & ambrosiam redolet. Experi-
 mentum hoc primus adnotavit *Laurentius Eustachius lib. de con-*
fect. alchermes cap. 4. Parci proventus est oleum hoc, & rarum, al-
 bum. Vulgatissimum ligni rhodii oleum vicem ei supplere potest.
 Vulgata est opinio, silvestres rosas aquam & oleum præbere odo- *opinio vulgi.*
 riora: ab hortensibus plus aquæ, minus expectandum esse odo-
 ris. Idem à suis mulierculis etiam percepit *Scalig. exerc. 303. sect. 8. Επίκεισις.*
 Sed experientia testatur contrarium.

VIRES: Rosa est florum princeps, optatissimum terræ mu- *Vires.*
 nus, gratissimum hortorum decus. Oleum hujus eminentiæ parti-
 ceps est. Robur adflat cordi, vigorem cerebro, præ aliis.

DOSIS g. ij. iij. in cochleari vini generosi.

Dosis.

CAPUT V.

Olea ex seminibus.

Rsem. cumini, hortensis sativi, & pratensis, quod καρόπος carum,
 & carvi in officinis dicitur, fœniculi, anisi, vel quodcun-
 que volueris, ℞. ix. viij.

Aa

Salis

Salis communis, ad quamlibet libram mj.

♀ ℥iij. ▽font. q.s.

Stent in digestionem per dies viij. Destill. per vesicam. Oleum ab aqua, hypocleptica destillatione, separetur. Aqua iterum affundatur, exstilletur, oleum colligitur. Ex ℥vj. seminis prodit ℥β. vel ℥j. Calefaciunt, siccant, & flatus discutunt singula. Cumini & carvi olea stomacho languenti, intestinorum torminibus, tympanitidi, hydropi auxiliantur. Carum *γαλαποιήσιμω* vim habet, dum chylum crassum attenuat. Eadem oleo denegari nequit. Ut anisum & fœniculum pectori medentur, in contumaci tussi, ita & utriusque olea. Attenuant crassa sputa, utque tenaces, per arterias præcipuè in parenchyma pulmonum delabentes, & bronchiis impacti succi loco moveri queant, symbolum conferunt.

CAPVT VII.

oleum corticum citri & aurantiorum malorum.

♁ corticum.

R *cortic. citri. vel aurant. malorum ab albo separatos n. 100.*
▽font. q.s.

Conscind. in minuta frusta cortices, & facta maceratione destillentur per vesicam. Oleum separetur ab aqua per vitrum clesydram.

VIRES. Calefacit, exsiccat, alexipharmacum est, malignis morbis, & aliis à putredine ortis febribus resistit, lumbricis bellum indicit.

DOSIS. UTENDI MODUS. gutt. vj. ad ℥β. exhibentur in iusculo.

CAPVT VIII.

ol. baccarum juniperi, sambuci, lauri.

Parandi modus.

R *baccarum harum q. v.*
Macerentur in ▽fontana ℥p. s. vel 6. ad fermentationem. Post destillentur per vesicam. Oleum ab aqua separatur: In destillatione spiritus, oleum supernatans colligi etiam potest.

VI-

VIREs. Calefacit, incidit, urinam ciet & menses. Confortat nervos, stomachum frigidum. Colicæ passioni auxiliatur. Vires.

DOSIS à g. vj. ad xij. in convenienti vehiculo.

CAPUT IX.

*Olea aromatum. I. caryophyllorum,
macis & nucis moscatæ.*

R *caryophyll. vel integr. vel g. m. contus. ℥ij. \odot culin. M℥.*

¶ vini rubri ℥ ¼.

▽ font. ℥xx.

\odot caryoph.

Stent in digestionem per octiduum. Post destill. per vesicam & refrigeratorium. Oleum in fundo subsidens ab aqua separetur per clepsidrum tritorium.

USUS INTERNUS. Confortat cerebrum & cor. Ventriculo languenti ex frigida intemperie materiali vel immateriali succurrit, coctionem promovet. Vires.

DOSIS g. iij. iiij. VTENDI MODVS in jusculo vel vino Rhenano aut Hispanico. EXTERIVS cum nucis moscatæ oleo expresso mistum, in balsami forma ventriculi regioni admotum eundem confortat. Per se dentibus dolentibus cum gossypio inditum, dolores eorundem sedat.

CAPUT X.

Oleum cinamomi.

R *Cinamomi acutissimi, & quod minores fistulas habet, in frusta majuscula confracti, non minutim pulverisati, ne exhalent partes tenuiores ℥ij.* \odot cinamo-
mi parandi
modus.

Vini albi generosi parum, ut irroretur.

▽ fontana mensur. iij. vel iiij.

Per vesicam destillata aqua lactea turbida, oleo spicci coloris mista, partim in fundo, partim in corona liquoris, ponatur in cellam. Oleum in fundo subsidens, quod cum ol. caryophyllorum commune habet, ab aqua separetur, & ad usum servetur. Ex ℥. j. vix ℥j. olei. Si aqua expetitur melior, adhibeatur vinum generosum: si plus olei, aqua.

Modus secundus.

ALIVM MODVM destillandi spiritum & oleum cinamomi proponit *Crollius basil. chim.*

Rx. cinamom. selectiss. grosso modo confractum,

Immitte in retortam vitream. In balneo vel vaporoso, vel vulgari exstillia per alembicum, aquam, spiritum & oleum. Hæc novo ligno affunde, & divite fœnore labor compensabitur.

Modus hic destillandi notus est quibusdam Lusitanis ac Hispanis myropolis, qui, *autore Laurembergio defens. animadv. suarum quæst. 8.* singulari artificio extrahunt spiritus ex canellâ, in balneo vaporoso suspensâ, ipsa canella integra salvaque manente, eadem omninò forma ac substantia, qua ante erat, gustu etiam judice, sapore non multum imminuto, ut nec colore, nec odore. Non enim totam exhauriunt. Ea ipsa canella ita tractata communiter pro incorrupta venditur, fucusque hic à millesimo emtore non agnoscitur.

Vires.

VIRÈS à temperamento hæ sunt: calefacit, exsiccat, intemperiem cordis, viscerumque reliquorum, jecoris, ventriculi, cerebri, corrigit. A proprietate eadem roborat, actionibusque singulis vigorem addit.

Dosis.

DOSIS ad mediocritatis leges temperanda. Parca manus sit, quæ propinat, & dosin non guttis, sed guttam dosibus dime- tiatur, *eleganter Billichius* de dosi oleorum in genere. Liquet, *ait idem, Crollium* in auream mediocritatem non medioeriter peccasse, qui duas tresve olei cinamomi guttas unius indulsit dosi. Etenim tot guttæ vel duabus tribusve dosibus, nec his tantum, sed ferè bisque terque denis sufficerent. Sed quid peccarit *Crollius*, non liquet. DATVR in liquore aqueo vel vioso.

*Epixioris.**Dosis.*

CAPUT XI.

olea lignorum: sancti, corylini, i. e. Heraclini Ru- landinum, ebeni, querni, buxi, rhodii.

℞ lignorum

R lignorum vel raspatorum, vel in frustamajora concis. q. v. Imple retortam terream, & apposito recipiente, observatis ignis aperti gradibus, exstillia spiritum & oleum. Separetur spiritus acidus ab oleo. Spiritus rectificatur.

Oleum

Oleum LIGNI GUAJACI censetur esse à Brendelio chim. in artis formam redacta, OLEUM HERACLEINUM RULANDI, ita dictum à potestate edomandi epilepsiam, quæ morbus Herculeus dicitur.

Quercetanus tetrade affect. capitis, oleum Heraclinum Rulandi censet esse oleum ligni BVXI. Libavius, Hartmannus, Keslerus, & Beguinus oleum ligni CORYLINI. Nuces corylinæ vocantur Heracleoticæ.

Buxi.

VIREs. Easdem Guajaci & coryli oleum videntur habere qualitates. Rectificatum utrumque epilepsiæ medetur, internè sumtum apoplexiæ succurrit. EXTERIVS dentibus cum bombace impositum ad aliquot guttas, anodynam exercet vim; VMBILICO inunctum vermes necat, dolores colicos sedat, pellit fœtum mortuum & secundinas.

Vires.

internæ.

externæ.

CAPUT XII.

Olea resinarum: terebinthina, æthereum, flavum, rubrum.

R

resina terebinth. cypria lucida ℥ij.

▽ fontana ℔.vj. vel plures.

☉ terebinthina.

Immittuntur cucurbitæ terreæ, vel vitreæ, aut vesicæ cupreæ, & sic major aquæ quantitas, si illa major, addi potest, citiusque elevatur oleum. Primò quod cum aquâ per alembicum ascendit, est oleum limpidum, æthereum, & communiter SPIRITVS appellatur, cum tamen olei characterem inflammabilitatem habeat. Mox, mutato recipiente, oleum sequitur flavum. Hoc cum cessat, sensim aquâ, evaporatione lentâ, demtâ, resina ex albo flavescens, in fundo remanens & consistens, percussio fundo, diffiliens frustillatim eximenda, vel cum aqua adhuc fluidâ effundenda, & in vapores aqua discussa ad solidiorem consistentiam redigenda. Sicque ex peculiari retorta ad latus vel sola, vel cum sale & laterum farina in globulos efformata, destillata emittit oleum rubrum.

Zuvelferus mantissa hermetica; præfert destillationem ex cucurbita: oleo albo prolecto, remoto alembico, sabulum vel cineres resinae, calidæ adhuc & fluidæ, miscet ad siccitatem usque, tum

Modus Zuvelferianus.

Aa 3

destil-

destillat oleum flavum & rubrum. Non usque adeò commendabilem ac proficuum censet destillationem cum aquâ ex vesica: ∇ enim non exiguam quantitatem spirituum & virium terebinthinæ devorat, & arcte secum retinet, undè post spiritus in quantitate & qualitate diminuuntur.

*Vires
interna.
externa.*

VIREs olei ætherei, spiritus populari consuetudine dicti, sunt calidæ, diuretici. Renum & vesicæ affectus mitigat. In linctibus, seu eclegmatibus sumtus pulmonum infirmitatibus medetur. Renum regioni exterius inunctum calculos minuit & pellit.

CAPUT XIII.

☉ *camphoræ.*

Camphora stillatitium oleum parandi.



Arvi oleum hoc destillandi occurrunt modi: per se, qui celebratur in phiala & alembico argenteis, præeunte nobilissima quadam matronâ, injiciendo frustulum unum post aliud:

Vel *cum bolo armenio*, qui corpus illius detinet, ex retortula obliquè ad latus inclinata.

Præfertur *ἐγκείρησις* facillima.

modus compendiosus.

R. camphoræ ℥ij.

ol. amygd. dulc. ℥iij.

In leni calore digestionem instituta, liquefcit camphora, & cum homogeneo menstruo sulphureo per minima miscetur, sicque ad usum servatur. Ad coloris varietatem adduntur radices alcannæ rubræ. Leni accedente calore, gratiosus eminet color purpuræ æmulus.

Vires.

VIREs celebriores huic denegari nequeunt. In sudore movendo, sanguine mundificando, principalibus visceribus roborandis, inquinamento pestilente dissipando officium facit, interius sumtum.

*Utendi modus.
Dosis.*

DOSIS g. iij. iiij. UTENDI MODUS. In vino generoso adsumitur. Exterius gangrænescentibus partibus inunctum calorem morientem refocillat, & putredini resistit. *Angelus Sala hydroleologia cap. 13.* præfert camphoræ in substantia usum, oleis quantumvis diligenter præparatis.

CAPUT

CAPUT XIV.

olea gummatum ferulaceorum, ammoniaci, galbani.

R *gummata prædicta, seorsim. q.v.*
Mundata à sordibus per acetum acerrimum, vel prout venditur, incorporentur cum modico arenæ mundæ, sic faciliùs disgregata in altum attollentur. Post retortam arena obrutam urge igne, justis gradibus adhibitis, donec nihil amplius exeat. Vas recipiens retortæ annexum contineat aliquid aquæ. Oleum exstillatum excipe fragmentis laterum, magnitudine avellanas nucs æquantium, priùs candefactorum. Destilla per retortam ad latus. Si ustionem aliquam redoluerit, lavatur aqua odorata. Εγχειρησις.

VIRES. Calefaciunt, exsiccant olea hæc ; ut plurimum exterius usurpantur, ammoniaci in lienis, galbani in uteri affectibus. Vires.

CAPUT XV.

oleum smegmatis, seu saponis Veneti.

R *sapon. Ven. ℥ij. calcis vivæ ℥ij.*
Illud minutim conscindendo, hoc tenuiter pulverisando, misceantur probè, & vino albo irrorata, indantur in $\text{\textcircled{N}}$ æ vitreæ forti, igneque lento iij. gradus, destillentur in oleum rubicundum. Parandi modus.
Hoc servatur in vitro.

VIRES. Resolvit, dissipat frigidos tumores, exterius illi- tum regioni lienis, articulis, tophosque podagricos resolvit. Vires.

CAPUT XVI.

oleum philosophorum laterinum.

R *\text{\textcircled{S}} olivarum, q.v.*
laterum vel silicam calcinatorum fragmenta q.s. $\text{\textcircled{S}}$ philosophorum.
Sensim instillentur in fragmenta leviter calefacta, ne spiritus exhalent. Cum imbiberint satis, destillatio instituat per retortam.

VI-

Vires.

VIREs variæ sunt. Calefacit, resolvit, dolores frigidos lenit, exterius inunctum.

CAPUT XVII.

Oleum vini οινοςάγμα seu οινέλαιον.

Duæ in vino sunt substantiæ.

DUæ in vino sunt substantiæ, autore Paracelso archidox. lib. 6. de extractione vini magisterii, in scripto capite: **U**NA VINOSA, ALTERA PHLEGMATICA. In VINOSA est spiritus: PHLEGMATICA est fex, recrementum, & dulcis aqua quædam. Hæc in metallis respondet scoriis, illa nucleo. Ut duæ hæ partes separantur in μεταλλεργία ita illæ in spiritus vini confectione.

Eas separandi modus.

Vulgaris. Ex vino multo spiritus.

Separatio hæc variis fit modis, de quibus ille pluribus agit.

VULGATISSIMUS hic est.

℞. Vini optimi, Ungarici vel Hispanici, vel fecum vini, q. v.

Ex vino Francico & Jenensi non eliciuntur liberaliter. Si feces sumantur, vesica lardo interius inungenda, ne adhæreant. Destillatio secundum leges artis instituatur. Primò quod exstillat, optimum esse, & gustus indicabit, & sapor. Id seorsim adservatur. Quod sequitur, seorsim adservatur itidem.

Rectificatio.

1.

2.

3.

4.

5.

Spiritus vini tartarisatus communiter dictus.

6.

7.

8.

RECTIFICATIO instituitur in balneo 1. per se. 2. cucurbitæ orificio tecto quadruplici charta bibula, quam transit spiritus subtilior, aquosior non item. 3. Obturato orificio cucurbitæ, spongia oleo imbutâ. In ea aqua hæret, spiritus permeat. 4. Orificium cucurbitæ etiam obturatur orbiculo ex pileo veteri concinnato. 5. Super olei vini optimè rectificatur. Ad ℥ij. olei vini adduntur ℥iij. fri albi crudi, crasso modo pulverisati ℥j. vel ij. In leni balnei vel arenæ calore per alembicum destillatur spiritus, phlegmate in fundo remanente. 6. Idem scopus obtinetur, si super alio sale, vel cineribus mortuis seu elotis, ut ramentorum vitis, rectificatio instituatur: & tum dicitur spiritus vini cinificatus. Cinis retinet phlegma. 7. Nimis laboriosa est præparatio & exaltatio spiritus vini per circulationem, proposita à Rhénano *Compteo emergente, theoremate chimio-technico* 148. Compendiosior modus, per obturationem colli cucur-

cucurbitæ mica panis similaginei linteolo inclusa adornatus, à Joh. Agricola tractatu de φ ro propositus.

SINGULARIS \odot seu SPIRITVS VINI PRÆPARATIO. *Singularis modus parandi οίηλατον.*

Proponitur hæc à Paracelso lib. 6. archidox. de magisteriis inscripto, sub titulo, extrahere magisterium ex vino, tom. 1. p. 818.

Re. Vini vetusti omnibus numeris, quoad colorem & saporem perfecti, ad placitum.

Den thue in ein Glas / sigillire es luto Hermetico / setze es in putrefactione fimi calidi, angefüllet zum dritten Theil. Laß stehen vier Monat / also / daß ihm die Wärme nicht gebricht. Wann das geschehen ist / so setze ihn im Winter / da es am mehresten gefrieret / an die Kälte / und lasse es dran stehen auf ein Monat / daß es alles in einander gefreuet / so dringt die Kälte den spiritum vini mit seiner substanz in das centrum des Weins / und scheidet sich also die substanz des Weins / und das phlegma von einander. Was gefroren ist / thue hinweg / was aber nicht gefroren ist / das ist spiritus vini mit seiner substanz. Locetur in pelicano, und laß in digestione arenæ stehen / auff etliche Zeit / nicht zu heiß. Darnach so nimß heraus und hast magisterium vini.

Hunc modum Augustissimum Imperatorem Romanorum RVDOLPHVM, adhibitis integris vini generosissimi doliis obferuasse, & sic paratum spiritum vini ad solutiones \odot adhibuisse ferunt. *Commendatio ab auctoritate Casarea.*

Johannes Poppius in \omicron δογητικῶν, cap. de φ . processum hunc illustrat, & vasculum vino generosissimo repletum frigido hyemali aeri exponit, collum excipit per fenestræ foramen, in musæo locato vase recipiente: sicque bene lutatis juncturis, spiritus exstillatus excipitur. Cautelas, notas, & experimenta addit Johannes Agricola.

Spiritus hoc modo rectificatus ALCOHOL dicitur, & CIRCVLATVM. *Alcool & circulatvm.*

CIRCVLATI vox in monumentis Paracelsicis crebrò occurrit. Libro 6. archidoxis cap. 2. ea designatur spiritus vini in summam essentiam purificatus, ad extrahendum ex metallis magisterium idoneus. *Vox Circulati examinatur.*

Temperamentum ejus calidum est & siccum. φ λογισὸς inflam- *Temperabilis*

Bb

mentum olei
vini.

mabilis est. Alcoholifatus seu cinificatus in summam volatilitatem redactus, & λεπτομέρειαν, ut ex vitro desuper in terram guttatim effusus ipsam non attingat, sed aure subtilissime instar in sublimine feratur, & expiret, calidissimus est. Præterea pollet δυναμὴν νεφρωτικῆν.

Duplex olei vini natura.

Duplex in vini spiritu, *autore Zvvelferopharmacop. classe 7. de extractis*, indoles. Non solius est naturæ sulphuræ summè volatilis. SALINAM volatilem ejus naturam subdulcis & penetrantissimus sapor maximè, ubi probè dephlegmatus fuerit, SVLPHVREAM autem facilis conceptio flammæ, luculentissimè evincunt. Vtramque salino-sulphuream naturam aperte convincit permistio cum salibus animalium volatilibus, ut cornu cervini, carnis viperarum & essentialibus vegetabilium. Vtraque promptissimè illum admittunt, & ab illò, ob symbolicas qualitates, dissolvi se patiuntur.

Cautela circa
usum in medicina, &

Turior ejus usus frigida præditis temperie, iisque, qui flatibus & cruditatibus laborant, morbisque frigidis tentantur. In his cruda colluvies objicit pabulum, in quo acerrima ac exurens vis se frangit, atque hebetat, abs qua si esset, deprædaret vitale humidum, viscera accenderet, & nimia consuetudine exsequias iret suæ virtutis admiratori ante mortem.

artis chimica
operibus.
Temperatum.

IN ARTIS OPERIBVS creber ejus usus ad metallorum, mineralium, & vegetabilium tincturarum, essentiarum extractionem; & tum TEMPERATVM à *Paracelso* dicitur, barbaro nomine COMPLEXIONATVM, cum virtutibus novis est imprægnatus, suasque quasi à se dimittit. Ita vox hæc enodatur *lib. 6. archidox. cap. 2.* Temperat ist ein Stück / das complexionirt ist / aber es fasst an sich / und incorporirt sich mit dem / das ihme zugesetzt wird / also daß keine alte complex erzeugt / sondern die tugend des dinges / so ihme zugegeben wird / als ist der brandwein / der hat in ihm eine perfectè complexion, aber was in ihn geleet wird / das complexionirt er noch mehr in ihme / als daß er nach seinem würcken thut. So er also an sich zeucht andere virtutes, und die seinen dämpfft / so wirds Temperatum geheissen.

Exemplum.

Exemplum esto V, fusus super species cephalicas. Spiritus vini narcoticas qualitates domant species, ut neque cerebro,

nec

nec aliis partibus noceat. Ipse spiritus imprægnatur virtutibus specierum, λεπτομερεια sua & calore eas ad cerebrum deducit, & pituitosam illuviem absumit.

Tanti æstimat *Helmontius* vini spiritum, ut ipso iudice, non- *Æstimatio spi-*
bile medicamen nullum dici mereatur, nisi quod cum spiritu vini *ricus vini Hel-*
optimo, arctiori nectū sit nuptum, ut ad penitiores valorum re- *montiana.*
cessus penetrret.

Econtra *Philippus Müllerus* *mirac. medic. lib. 4. cap. 1.* erro- *Susque deque*
neum iudicat spiritum vini, quo communiter & indiscriminatim *habito Mülle-*
ad simplicium virtutem extrahendam utimur, pro tali menstruo *riana.*
habere, hancque suam essentiam adstruit rationibus.

Hæ tamen tantæ molis bellum sustinere nequeunt.

Επιχειρισ.

CAPVT XVIII.

*Oleum seu spiritus vini compositus,
varius modis parabilis.*

1. Cephalicus.

R fl. lilior. convall. primul. veris, lavend. stachados arab. *Parandi mo-*
anthos. a ℥j. *du.*
rad. peonia. valerian. zedoar. ireos flor. a ℥i℥.
fol. majoran. salv. galega a Mij.
rasur. ligni sancti, rhodii a ℥ij.
sem. peon. fœnic. basilici a ℥j.
cinam. caryophyll. macis, nuc. moscat. galang. a ℥iij.

Contus. concis. destillentur per alembicum, adjecto oleo seu spiri-
tu vini q. s.

VIRES, DOSIS, UTENDI MODUS. Prodest ad ce- *Vires,*
rebri affectus frigidus, cochlearis mensurâ per se sumtus. Medetur
imprimis epilepsiæ, apoplexiæ, vertigini.

CAPVT XIX.

Aqua vitæ tutelaris, populariter dicta.

R spiritus, seu olei vini ℥xx. *Excipientia.*
sem. anisi, fœniculi a ℥ij.
Bb a bac-

baccar. juniperi ℥j.

passul. min. ℥j.

rad. glycyrrhiz. ℥v.

angelic. ℥ss.

fol. hyssop.

ocymi basilici a Mj.

Contus. concil. species infundantur per ☉♀ij. Destillentur per alembicum. SPIRITUS extillatus in aliud vas sublime refundatur, & coloretur additis

santali rubri tessellis, vel pulvere tornâ ☉ i.e. *laciniis coccineisq.* Edulcetur saccharo canariensi, vel julepo rosaceo aut violaceo.

Vires.

VIRES omnium gentium consensu confirmatae sunt varia. Competunt ipsi laudes, TEMPERATO à Paracelso assignatae: Tenuissima vini pars oleosa seu spiritiosa amittit stupefactivam suam vim, & adsumit eam, quae est in speciebus. Deinde λεπτομερείᾳ suâ calore adjuvante ad partes affectas vim specierum defert.

Heurnii testimonium.

Ut cuncta injecta, inquit Heurnius meth. ad praxin lib. I. à corruptione vindicat, ita & ipsa corpori humano injecta omnem putredinem arceat, coctiones excitato calore promovet, evictisque cruditatibus vividam spirituum vitalium vim recreat, calidumque quasi in ἐκλαμφιν vocat, ventriculum calefacit, cerebrum confortat, isum clarum reddit.

CAPUT XX.

Oleum tartari vini.

☉♀ri vini.



Colligitur oleum cum spiritu unitum, transfuso per manicam chartaceam bibulam spiritu, in chartâ dum remanet.

Rectificatio ejusdem.

Rectificatione à fœtore liberatur, & purius redditur, si frustulis panis frumentacei exsiccati grossioribus excipiatur. 2. Calce vivâ exceptum, & in orbiculos impastatum, per retortam extillatur.

Vires.

VIRES cum spiritu communes habet, sed INTERIUS rarò vel nunquam usurpatur.

Modus utendî.

MODUS UTENDI. Unguentis ad duritiem splenis, scabiem & luem veneream admisceri potest. 2. Emplastris duros tumores, callososque & nodosos tophos discutientibus vim

vim resolvendi addit. 3. Dolores artuum contumaces valida fritione inunctum mitigat, & causas eorum dispellit. 4. τραυματικόν etiam oleum hoc, vulneribus recentibus inunctum medetur, mundificandi & incarnandi vim potenter exserens.

LIBER III.

SECTIO II.

ARTICULUS II.

Animalium, eorumque

partium olea.

CAPUT I.

Oleum pinguedinis humanae.

R *pinguedinis humanae, à membranulis liberata ℥j.* πυμελέλαιον.
Injice in ollam vitreatam per intervalla.

Ossium humanor. frusta grosso modo contusa, candefacta.
Vas operiatur, ne accendatur. Cum ossa imbiberint pinguedinem, & refrixerint, pone ea in retorta, & exstilla ad latus, adhibitis ignis gradibus, oleum.

VIREs. Frænum injicit incremento atrophiae in artubus *Vires* supernis & infernis. Humectando prodest.

CAPUT II.

Cerae butyrum.

R *ceræ puræ q.v.* *arenæ mundæ q.s.* κηρέλαιον.
Ceram liquefactam misce cum arena, in pultis modum. Hæc retortæ concredita massa, adhibitis justi ignis gradibus lenissimis, liquorem olei æmulum fundit. Libra una ℥xij. circiter, crassiusculus est, butyri æmulus, & ita adservatur, periculum enim est, ut rectificatus aduratur.

VIREs. Resolvit, attenuat, discutit interius ad g.vj. cum *Vires* malvatico sumtum, exterius dolentes articulos refocillat.

Bb 3

CA-

CAPUT III.

Oleum butyri.

☉ butyri.

R *butyr. majal. ℥ij. farina laterum q. s.*
M. liquefactum butyrum cum farina in eam consistentiam,
ut scindi queat. Destilletur igne aperto, ex retortâ, secundâ
vice cum novâ farina exstillatum oleum habetur.

Vires.

VIREs. Leniter resolvit, simulque emollit, extetius illitum.

CAPUT IV.

Olea cerebri, cordis, epatis humani, cornu cervi, hirundinum, & c.

Colligi possunt hæc, cum spiritus illorum destillant. Super-
natant partim, partim fundum petunt, partim in medio
fluctuant.

CEREBRI, CORDIS, & HEPATIS HUMANI olea, cum
spiritibus siccis elevata, horum viscerum, frigidâ languentium ab in-
temperie, infirmitatibus, exterius illita medentur.

Viscerum hu-
manorum prin-
cipalsum olea.
Cornu cervi.

C. CERVINUM præcipuum est. Rectificatur per se, vel ad-
jecto spiritu vini exaltatur in balsamicum liquorem, pellucidum,
subrubinescentem. INTERIUS raro usurpatur, ingrati namque
saporis. EXTERIUS in cerebri frigidis affectibus, commissuræ
sagittalis & coronalis, ut & occipitii & primæ vertebræ articulatio-
nis regioni: in artuum frigidis molestiis, inungitur dolentibus lo-
cis. 1. Ob λεπτομέρειαν penetrat poros, & per ἀδηλον διαπνοῦν
discutit. Umbilici regioni affricatum in intestinis dolores exul-
tantes flatus dispellit.

Cordis cervi.

☉ CORDIS CERVI cum spiritu emergens, parentis sui in-
dolem refert. Radici vitæ fert suppetias, guttarum paucarum pon-
dere, in vehiculo conveniente sumtum.

Hirundinum
& picarum
olea.

HIRUNDINUM APOPLECTICIS aquis innatans ☉
cerebrum, ne fulmine hoc infestetur, fidâ custodia præcavet, in
paroxysmo ipso vehiculis convenientibus etiam adhibitum facit
officium.

Dosis.

DOSIS g. v. vj. vij.

CA-

CAPVT V.

Oleum cochlearum albarum, vel nigrarum.

R *cochleas, maximè pingues cum sunt, autumnno scilicet.*
Reconde in cucurbita terrea. Eandem operi lamella ferrea perforata, filo ferreo cucurbitæ adaptata. Excipe collum huius alia cucurbita, juncturis bene luto munitis. Inferiorem cucurbitam terra excipe, superiorem circumda igne rotæ, primum de longe, sensim ad vicina, semper mediocri observato ignis gradu. Cum conjectura adsequutus fueris, descensoria destillatione collectum pinguem liquorem, desiste ab opere. Refrigeratis vasis oleum serva ad usum.

VIRE S. Atrophia laborantibus membris auxilio est, le- *Vires.*
vem post friccionem illitum tepide.

LIBER III.

SECTIO II.

ARTICVLVS III.

Mineralium olea.

CAPUT I.

Oleum succini in specie.



ῥαυλίκτης succini, quod totum sui meracum, nihil habens alienæ substantiæ, homogeneum est, coloris que flavi grosso modo contusi ℥ij.

Crollius basil. chim. eligit λευκήλεκτρον album succinum.

Hartmannus, cum hoc pretiosius sit & rarius, flavum suadet adsumendum, quod eadem præstat, modò artificiosa prius cum muria coctione, ad albedinem redigatur.

Indatur succinum retortæ vitreæ, lentoque igne ex .: de- *Ευχαισις.*
stillatione inclinatoria, vase recipiente aqua pleno prodibit primò phlegma, post oleum subtilius, demum crassius. Sal volatile collo & lateribus adhærescit. Rectificatur ex vesica. In retorta relinquitur caput mortuum exsuccum nigrum.

Vasis

Vasis vitreis adservatur, artificiosè obturatis, non cerâ, sed vesica duplici. Sic servari diutius potest, potissimùm frigido loco. Ætate perdit albedinem, evaditque citrinum.

Vires.

VIREs. Odoratissimum est & penetrantissimum. Vt una gutta conclave totum penetrat, aeremque donat fragrantia pertinaci, ita etiam cum vini poculo sumta linguam totam pervadit, & omnes oris partes. Illitum penetrat cutim, & irrepit in poros, odore satis diu relicto.

DOTIBVS innumeris vitalibus est præditum. Efficacissimum **OPOBALSAMVM** Europæum meritò vocari, *Crollius* docet. Quia sua facultate omnia alia superat, in apoplexia & epilepsia, olim **SACRVM** appellabatur, ob virtutes admirandas & arcanas. In peste, cerebri, nervorum, cordis affectibus, febribus, calculo renum, retentione urinæ, icteritia, colica, suffocatione matricis, difficili partu, & secundinæ mora prodest. Vires exaltantur, si volatile sal oleo jungatur.

Dosis.

Utendi modus.

DOSIS à g. x. ad ℥j.

VTENDI MODVS commodus est in vino generoso, vel aqua adpropriata, aut jusculo. Cum saccharo exindè paratur electosaccharum: cum ol. nuc. mosch. balsamum.

Animadversio.

Non præbendæ vacivæ aures *Billichio*, cum *observ. & paradox. chimiatri. lib. 2. cap. 2.* scribit: Si quis oleum succineum prorsus gustare nolit, cum eo parum litigem. Vt olea, quæ calor madidus eliquavit, in pretio nobis sunt, ita quæ torridus excoxit æstus, iis utpote nativi oblitis genii, & adulterio ignis pollutis, ut lenta crassitie squalidis, ut semiustis, minimum honorem habemus, ac vix pelvi, nedum palato convenire arbitramur.

CAPVT II.

Mineralium aliorum olea, nomine talia, non re.

χαλκωνθέλαιον.
θυέλαιον.



Notum est nomen $\odot\odot\oplus$ li, ¶ ris. Revera talia, $\phi\lambda\omicron\gamma\iota\varsigma\alpha$ *flamma-capacia*, si igni admoveantur propiùs, non sunt. Spirituum de natura participant, cum oleis nullum habentia commercium.

ἀλοταρταρί-
λαιον.

Consuetudo sal ¶ resolutum in liquorem, olei titulo cum dignatur, non observat τὸ εἰκεῖον καὶ τὸ εἰωθὸς, neque ulla ratio huic appellationi patrocinator.

LIBER

LIBER III.

SECTIO III.

De altera effectorum, seu operum chemicorum liquidorum specie, nempe de tincturis liquidis vegetabilium.

CAPUT I.

Tincturae florum simplices.

Tinctura IN GENERE appellari solet extractum liquidius coloratum, seu calor à misto separatus. IN SPECIE verò, tinctura est portio aliqua substantiæ propriæ corporis, ex quo extrahitur, cum concentratione virtutis & coloris, in centro sedem habentis,

differens à reliquis corporis partibus, idoneo menstruo soluta & exaltata, eaque potissimum ad rubrum vergens. SPECIALIS-
ME intelligitur hoc nomine Tinctura Philosophica, seu arcanum specificum, cum essentiâ qualitatibusque formalibus, etiam colorem rei habens, ut in sui similem naturam tingere possit alia, imprimis autem humanum corpus ad valetudinis restorationem, sanitatis conservationem, sanguinisque depurationem,

FLORVM vulgares tincturæ eliciuntur vel spiritibus acidis, vel sulphureis oleosis liquoribus, & menstrua cum solutis relinquuntur.

R. fl. aquileg. cerul. vel incarnata & bellidis hortensis rubr. fl. pleno, i. classis, betonica, borraginis, bugloss. cujuslibet seorsim.

Aq. propriæ cujuslibet, vel fontanæ, ad eminentiam digitorum octo.

Stent in leni digestionem arenæ. Affunde spir. Oli vel q. s. ad acorem. Mox extrahitur tinctura. Colatura per linteum facta servetur & saccharo canariensi, quantum sufficit, edulcetur.

R. fl. calendula, calthæ palustris, hyperici, seorsim.

spir. vini q. s.

2. classis.

Cc

Stent

Stent in leni digestionē, filtrentur. Tinctura, extracto proprio, ē floribus seorsim parato, exaltanda, & saccharo canariensi edulcanda.

3. classis.

℞. fl. papaveris rhœad. pœoniæ, rosar. caryophyll. hortensium coronariorum fl. pleno aut simplici, vel sylvestrium rubrorum violarum Martiarum cujuslibet seorsim ℥ij.

aq. tepida vel calida ℥iiij.

spir. Oli vel ♀ ℥iiij. circiter.

Proportio ingredientium generalis.

In genere florum horum proportio talis observari potest.

<i>Flor.</i>	<i>Aq. calida.</i>	<i>Spir.</i>	<i>Sacchari.</i>
℥f.	canth. j.	℥j.	℥vj.

Misceantur. Intra horas iiij. aqua fiet rubicunda, filtranda & saccharo edulcanda, ℥xij. vel q. s. Exaltari potest quælibet tinctura ▽ cinamomi modico.

Vires.

VIRE. TINCTURA FL. AQUILEGIÆ expellit variolos & morbillos: BETONICÆ prodest in capitis affectibus: BORRAGINIS & BVLGLOSSÆ in cordis affectibus. TINCTURA FL. CALENDVLÆ cordi patrocinator: CALTHÆ lieni. HYPERICVM cerebro languenti & falsæ imaginationis spectris delusæ menti auxiliatur. Prodest etiam morbis renum & vesicæ, urinam & menstrua pellit. PAPAVERIS RHOEADOS TINCTURA, dolores lenit, vigilias sopit. *ρευματικῶν διαθέσει* ad partes quascunque, ad cerebrum in phrenitide, oculos in ophthalmiâ, pleuram in pleuritide, articulos in arthritide sedat. PAEONIÆ, epilepsiæ & nocturnis infantum medetur pavoribus. ROSARVM intemperiem calidam viscerum quamcunque etiam in febribus emendat, ventriculi coctionem juvat, cordi patrocinator. VIOLARVM sanguis pectori imprimis medetur.

CAPVT II.

Tinctura florum papaveris erratici Minsichtiana, arm. med. chim. sect. 2.

Tinctura.

R *conserv. fl. papav. errat. ℥j. fl. pap. err. spir. Oli irr. ℥j. M. & cum ▽ fl. papav. rhœad. ℥xxx. extrahitur*
tim.

tinctura, mox filtranda. Post adde sirupi è succo fl. ejusdem papav. parum $\text{\textcircled{D}}$ lat. $\text{\textcircled{z}}$ viiij.

VIREs. In defluxionibus ad pectus tenuibus & acribus, *Vires.* asperas fauces reddentibus, & insomnia parientibus plurimum valet.

DOSIS ab $\text{\textcircled{z}}$ j. ad ij.

VTENDI MODVS. In vehiculis ad propriatis.

Dosis.

Vtendi modus.

CAPUT III.

Tincturae florum compositae.

R fl. aquileg. borrag. bugloss. ros. rubrar. viol. papav. errat. *Tinctura composita.*
abjectis punctulis nigris à Mf.

rad acori rub.

tormentil.

bistort.

rub. mund. à $\text{\textcircled{z}}$ ss.

santal. rubr.

cinam. a $\text{\textcircled{z}}$ vj.

Incis. & contul. gr. modo, irrorentur

spir. $\text{\textcircled{D}}$ li

✦ rosac. a $\text{\textcircled{z}}$ ss.

Aq. endivia. cichor. plantag. a $\text{\textcircled{ss}}$ ij.

Stent in digestionem lenis caloris, donec liquor sanguineo colore tinctus: transmittatur per linteum subtile, in quo solvatur

sacchari canar. pulv. $\text{\textcircled{ss}}$ ss.

Adseruetur in fictili. $\text{\textcircled{S}}$. Alterans Träncklein oder tinctur.

VIREs. temperata est, ventriculo, jecori & cordi languido patrocinator. *Vires.*

DOSIS. cochl. j. ij. iij.

VTENDI MODVS per se.

Dosis.

Vtendi modus.

CAPUT IV.

Tinctura foliorum absinthii, cum liquore $\text{\textcircled{O}}$ alcahestico.

R fol. absinth. cum floribus vel siccor. vel recent. q. s.
liquoris Alcahestici veget. q. s.

Tinctura absinthii.

Digerantur per aliquot dies, in calore leni. Decantetur liquor imprægnatus tinctura absinthii: filtretur per linteum subtile,

Cc 2

subtile,

196 *Lib. III. Sect. II. Cap. V. Tinct. rad. saxif. Cap. VI. Rhab.*
subtile, & in singulari vase servetur. Super residuam herbam novus infundatur liquor, & sic deinceps. Collectus omnis liquor misceatur cum V. Hic extrahit tincturam, saturato odore plenam, & virtutibus illustrem.

Vires.

VIRES. Absinthii tinctura hoc modo parata ventriculo, agerati epati, ling. cervinae lieni, chamædryos & chamæpityos articulis, salvia, ruta cerebro & nervis profunt.

Dosis.

DOSIS ad ℥ss. & ultra.

Modus utendi.

MODUS UTENDI sumitur in haustu vini boni.

CAPUT V.

Tinctura radicum saxifragæ albæ.

Tinctura saxifraga alba.

R rad. saxifrag. albo flore, radice grumosa orbiculari rubra q. s.
spir. vini. q. s.

In digestionem extrahitur tinctura elegans, lithontripticæ facultatis.

Dosis.

DOSIS ℥ss. ℥j. in aq. parietar. vel vino Francico, aut Rheno.

CAPUT VI.

Tinctura radicum I. rhabarbari.

Tinctura rad. rhabarbari.

R rad. rhabarb. Alexandr. ℥ss. aq. cichorii ℥ss. ☉ ♀ albi ℥ij.

Contusa radix misceatur cum ☉ ♀ ri. Affundatur ▽. In momento extrahitur tinctura crocea. Stet in digestionem caloris lenissimi, per horam unam aut alteram. Filtratus, anima rhabarbari satur, liquor servetur ad usum & S. sanguis Rhabarbari.

Vires.

VIRES. Sanguinem mundificat, & obstructions mesenterii refrænat.

Dosis.

DOSIS. ℥ss. ℥j.

Modus utendi.

MODUS UTENDI. In jusculo horis matutinis, vel cochleari vini pomeridianis, per se, vel cum tinctura ♀ mistus.

CAPUT

CAPUT VII.

*Tinctura corticum rubrorum rad-
icis pæonia.*

R *cortic. rubror. rad. exsiccat.*
Spirit. vini.
Stent in digestionelenis caloris. tinctus spiritus aufertur, *Tinctura corti-
cum pæonia.*
novus readjicitur. Coniungantur, & leniter exhalent.
VIREs cephalicas antiepilepticas habet. *Vires.*
DOS. ℞. ℥j. in liquore conveniente. *Dosis.*

CAPUT VIII.

Tinctura ligni santali rubri.

R *santalirubri raspat. & pulver. spir. vini q. s.* *Parandi mo-
dus.*
Stent in digestionelenis caloris. tinctus spiritus decantetur. Servetur
ad usum.
VIREs. Si spiritus vini evaporatione abstractus evolave- *Vires.*
rit in auras, frige facit. Cum eâ corrigitur scammonium, & face-
fit in pulverem polychrestum rubrum.

CAPUT IX.

*Tinctura baccarum juniperi, &
herbæ paridis.*

R *baccas seorsim q. v. V q. s.* *Tinctura bac-
carum.*
Extrahitur leni ignis calore tinctura. PRIMA magnæ in
sanguinis depuratione efficaciam. ACONITI SALVTI-
FERI BACCARVM tinctura preprimis cor à venenatis periculis
& pestilenti præservat contagio ad ℞. vel ℥j. in conveniente li-
quore sumta.

CAPUT X.

Tinctura composita alexipharmaca.

℞ 3

℞ rad.

Parandi mo-
dus.

198

Lib. III. Sect. III. Cap. X. Tinct. comp. alex.

R

rad. contrahierva
zedoar.
bistorta
tormentil.
vincetox.
diptam. alb.
herb. scordiinostr.
sem. anisi
card. bened.
citri
fl. rosar. rubr.
scorzoneræ.
imperat.
acori veri
angelic.
ireos flor.
palma Christi a ℥j.
ruta a Mij.
fœnicul. a ℥j.
maria a ℥ss.
bacc. herb. Parid. a ℥j.
calendula.
caryophyll. hortens. flore pleno M.
cum ligni santal. rubri ℥j.
galega
cinamom. caryoph. macis a ℥iij.
theriac. mithrid. a ℥iij.

a Mß.

Contus. contund. & mistis omnibus superinfundatur

spir. vini ex fecibus destill. q. s. ad justam supereminentiam.

Coloratus in leni digestionem spiritus in peculiari vase adseruetur.

Post decantationem, novus spiritus adfundatur. Iterum defun-
datur & priori jungatur. Tandem

℞. Mistur. simplicis ℥l. ♀.

theriacalis camph. ℥v.

Permista prioribus, fiat colatura per linteum, subtile.

Collectus spiritus omnis leniter exhalat. S. ut supra.

Vires.

VIRES. Alexipharmacæ diaphoreticæ sunt illustres. Ma-
lignum pestilensve contagium discutit, in actu præservationis &
curationis.

Dosis.

Modus utendi.

DOSIS, & MODUS VTENDI. Exhibetur a ℥ss. ad ℥l. in
haustu vini generosi liberaliori ad movendum sudorem.

GUER-

GUERNERI ROLFII
 CII, CHIMIÆ IN AR-
 TIS FORMAM REDA-
 CTÆ,

LIBER IV.
 DE EFFECTIS ET OPERI-
 BUS CHIMICIS MEDIIS,
 quæ ambigunt inter liquida & solida, essen-
 tias seu tincturis mollibus, elixiris, extractis,
 misturis, balsamis, elæosaccharis, gela-
 tinis, alcohol.

SECTIO I.

De essentiis.

ARTICULUS I.

De essentiis vegetabilium.

CAPUT I.

De essentiis florum.

Essentiæ vocabulum primus ferè in chemicum
 forum eduxit *Angelus Sala*, in eo, quem *essentiarum*
vegetabilium anatome inscripsit libro. Parum diffe-
 runt à tincturis mollibus *Beguinæis*, quæ in eo à
 liquidis distinguuntur, quod in his menstrua spirituosæ acida, &
 imprimis oleaginosa, maneat cum corporibus & operationum
 subjectis, in illis mollibus verò aliqua fiat menstrui evaporatio.
 Parantur ex floribus, herbis &c.

℞. flores

Paradigma.

R flores recentes borraginis, buglossæ, caryophyllorum hortensium rubrorum pleno flore, resecto albo pediculo, pæonia, papaveris erratici, ablatis antheris, communiter dictis, nigris, rosarum rubrarum violar. cum calyculo. ad placitum.

Imple cucurbitam alembico cæco, juncturis bene clausis munitam, Demerge in MB ad mediam altitudinem. Calore leni contabescunt flores, colore suo spoliati: Succus expressus novis floribus affundatur & tertio iteretur. Clarificatus albumine ovi & percolatus lento vapore balnei, ab aquositate liberatur per evaporationem, ad mellis consistentiam, picis instar resplendentem, persistente odore & sapore. In vase telis emplasticis & duplici chartâ munito adservatur.

Vires.

VIRES. Confortant cor, pectus, cerebrum.

Dosis.

DOSIS. ℞. ad ℥j.

Utendi modus.

MODVS VTENDI. In jusculo, vel aquâ stillatitiâ, & sirupo conveniente.

CAPVT II.

Essentia florum anagallidis, calendula, calthæ palustris, chelidoniæ minoris, majoris, hyperici, nasturtii Indici.

Essentia croci.

R gemmarum, id est, florum horum nondum ad amissim apertorum, cum foliis tenerioribus incisorum. spiritus vini q. s. Contusi flores macerentur in spiritu vini, per ℥pternas, in MB, alembico cæco superimposito. Exprimatur succus, & ad essentia consistentiam evaporatione institutâ redigatur.

Vires.

VIRES. ESSENTIA ANAGALLIDIS maniacis auxiliatur. CALENDVLÆ vires sunt cordiales, alexipharmacæ: CALTHÆ PALVSTRIS, CHELIDONIÆ MINORIS, antihypochondriacæ: MAJORIS, antiictericæ: HYPERICI vulnerariæ: NASTVRTII, antiscorbuticæ.

Dosis.

DOSIS ℞.

Utendi modus.

VTENDI MODVS. In aqua propria, & sirupo, cujuslibet herbulae.

CAPUT

CAPVT III.

Essentia florum croci.

R *croci orientalis ℥j.* *¶ ademin. justam.*
 In calore tinctus spiritus aufertur, novus affunditur. Evaporatione decenti instituta, elegans in fundo remanet tinctura, si lenis instituat evaporatio: essentia, si mediocris: extractum, si ultra mellaginis consistentiam intendatur.

Essentia croci.

VIRES habet cordiales

Vires.

DOSIS. gut. ij. iij.

Dosis.

MODVS VTENDI in jusculo vel vino generoso. Ingre-
 ditur laudatum opii medicamentum.

Modus utendi.

CAPVT IV.

Essentia liliorum convallium.

R *fl. lilior. convallium siccorum.* *¶ q. s.*
 Stent in digestionem lenis caloris, per ζ & ρ duas, in vitrea cucurbita, alembico munita. Baculo ligneo, eo remoto, flores nonnunquam agitentur. Tinctum quod est, auferatur, & novus spiritus affundatur. Deinde omnes, prævia florum expressione, infundantur super novis floribus, & idem procedendi observetur modus. Tandem exhalent parum.

Eyχελειοσις.

VIRES cephalicæ sunt, & imprimis commendantur epilepticae.

Vires.

DOSIS. ℥ss.

Dosis.

VTENDI MODVS, in liquore conveniente.

Vtendi modus.

CAPVT V.

Essentia herbarum simplices.

I. Absinthii.



Nidoneæ ad essentias extrahendas sunt herbæ, quarum virtus in sale volatili consistit. Sunt tales chelidonium minus, cochlearia, nasturtium aquaticum, sempervivum minus. Harum spiritus sale volatili pleni expetendi, in-

Essentiam absinthii extrahendi modus.

Dd

que

que iis acquiescendum. Eligendæ ad hunc scopum aliæ fixioris naturæ.

VULGARIS parandi modus hic est:

1. *Vulgaris.*

R. fol. absinthii vulg. vel pontici Mj. *V optimi* q. s.

In arenâ fiat digestio. Spiritus tinctus aufertur, novus affunditur. Coniuncti tincturâ imprægnati spiritus colati, lento calore, discussis aquositatibus, ad justam consistentiam rediguntur.

ALIUS MODUS

2. *Recentior
modus Glauberianus.*

R. herb. absinth. vulg. q. s.
liquoris alcahestici vegetabilis Glauberiani q. s.

Irroratur & irrigatur herba, & in leni digestionem, ad extractionem essentiæ, locatur: post decantatus liquor, tincturâ imprægnatus misceatur cum S. V. Hic sine morâ in se recipit tincturam. Separatus S. V. à liquore Alcahestico, in digestionem leni exhalat ad justam essentiæ consistentiam.

Vires.

VIR TUTES sunt stomachicæ & epaticæ.

Dosis

DOSIS. ℥j.

Utendi modus.

MODUS UTENDI, in vino malvatico.

CAPVT VI.

Essentia absinthii composita.

*Parandi mo-
dus.*

R summit. absinth. vulg. cum fol. pontici tenuifolii āā. Mj.
fol. & fl. centaur. minoris. agerati āā. Mj.
fl. ros. rubr. Ml. viol. Mart. cum caliculis q. v.
cort. citri & aurant. sicca. ℥ss. ligni sancti ℥vj.
rad. zedoar. ℥j. acori veri, tormentill. a ℥ss.
caryophyl. cinamomi, canella albā ā ℥vij.
croci integriorient. nostratis a ℥j
macis nucis moschat. caryophyl. arom. a ℥ij.

Incis. & contus. g. m. affunde

spiritus vini optimi q. s.

In arenâ tres stent per ♂ & ♀. Spiritus tinctus exprimatur. Colaturæ perlinteum factæ

adde species novas.

Id tertiâ vice repetatur, donec extractio spiritus vini odorem & saporem amiserit.

VIREs.

VIRES. In ventriculi & hypochondriorum infirmitatibus *Vires,*
 à causâ frigidâ prodest. Quartanis auxilio est.

DOSIS. ℞. ℥j.

Dosis.

MODUS UTENDI in vinô vel cerevisiâ.

Modus utendî.

CAPUT VII.

Essentia fol. & florum centaurii
 minoris.



Hec ex centaurio minori quomodo paranda, docet Dio-

Dioscoridea

scorides lib. 3. de re medicâ cap. 9.

τὸ τῆς κενταυρίου

℞. centaur. minoris q. v.

μικρῆ χυλίσμα

χυλίζεται ἡ πόα συλλεγομένη, ἐγκύμων ἔστω πέρματ'.

παρὰ δι' ἐγγύ-

μὲν δ' ἀπορροεχομένη ἡμέρας ἑ. εἶτα ἐψεται, ἄχρως ἂν ὑπερέχοι τὸ ὕδωρ.

ρησις

ἔπειτα τὰ τὸ ψυθέντ' ὑλίζεται δι' ὀθονίς θλίψεως τῆς πόας, καὶ

παλιν ἐψεται μέλαι μελιτώδης συστάσεως. *Exprimitur succus ex*

herbâ, semine suo cum pragnans est. Non intelligendum completū

semen, sic enim herba, folia exsucca, floresque emarcuerunt, sed

inchoatum, cum omnia succo turgent. Cum verò sicca sit plan-

ta, prius quinq; diebus in aqua madescit; mox coquitur, in ollâ o-

pertâ, vel in cucurbitâ alembico cæco munitâ, per xxiv. horas,

in MB usque dum decrescente aqua superstet. Cum refrixit, deinde

aqua seu succus per linteum exprimitur, adjiciturq; herba. Ex-

pressus succus albumine ovi clarificatus, ad crassitudinem mellis i-

terum decoquitur, seu evaporatione redigitur.

Eodem modo ex aliis herbis minus succulentis, *agerato, agri-*

monia, betonica, melissa, essentia extrahuntur.

Chimici loco aquæ simplicis adsumunt vel spiritum vini sim-

plicem, vel alcahesticum liquorem, tincturâ herbarum harum sa-

turum. Extrahunt spiritu vini, huncque à liquore Alcahestico

separatum, in vaporem super leni arenæ calore diffiant, ad justam

essentia consistentiam, in vase vitreo vel terreo adservandam.

VIRES. Integrarum herbarum pollent potestate: & qui-

dem essentia centaurea calefacit, siccant, aperit, infarctus crassi san-

guinis in affectibus hepatis, lienis, uteri resolvit, putredini resistit,

lumbricos necat.

Eadem locum
 habet in aliis
 herbis.

Chimici mu-
 tant menstruum.

Vires.

Dd 1

DOSIS

DOSIS. ℥℥. ℥j. in haustu vini.

CAPUT VIII.

Essentia rorella.

Essentia rorella.

Roriss ☉, sereno cælo, ☉ existente in domo propria in leone,
& ☽ in quadrato prope solem, à mosco & omnibus
impuritatibus mundati ℥iij.
vini boni canthar. iij.

In terreo vase, vel mortario lapideo marmoreo, pistillo ligneo
tritam inde cucurbitæ vitreæ. Eam alembico rostrato munitam
loca in MB. Juncturis bene clausis, & vase recipiente admoto,
observatis gradibus, destillationem urge, usque ad ficitatem. Li-
quor exstillatus flavescens exhalet modicum. Post fervetur ad
usum.

Vires.

VIRES. In bronchiorum infarctu, à vitiosis, per arterias
in parenchyma pulmonis, & ex parenchymate in bronchia trans-
sudantibus humoribus, exorto, attenuat, & expectorationem
promovet.

Dosis.

DATVR lenta delibatione, quantum cochleari compre-
hendi potest, horis matutinis & vespertinis.

CAPUT IX.

Essentia anagallidis phæniceæ composita anti-
melancholica & maniaca.ΑΝΤΙΜΕΛΑΝ-
ΧΟΛΙΚΗ̄ essen-
tia.**R**

herbæ fl. & seminum anagallidis Mvj.

solani tetraphylli seu herba Paridis cum baccis &
radicibus Mij.

alyssi Galeni, marrubio similis Mij.

rad. nymph. luteæ benemund. ℥̄.

doronici vulgaris ℥x.

gentian. rub. ℥vj.

palme Christi succulenta ℥℥.

cineris cancrorū fluviatil. ἀναρροπυγιών cauda carentiū ℥iij.

pullor accipitris.

noctuarum majorum a ℥ij.

sanguinis asini, in clibano siccati ℥vj.

fl. lilior. convall. Mij.

succini ℥iij.

spir.

sem. anisi, ocimi spiritus vini vel secum vini q. s.

Stent in digestionem per ℞ vj. Tinctum quod est, separetur per vasis inclinationem, leniterque exhalet.

VIREs indicat titulus. Cum mens depravatis imaginationibus cum timore & mœstitiâ, sine febre, vel cum furore & febre turbatur, auxilio est. Præterea etiam medetur vertiginosis spirituum seu sanguinis tenuioris circumrotationibus & gyrationibus. Vires.

DOSIS ℞j. ℞s. in liquore cephalico, ut aqua nymphææ, essentia calorem moderante. Dosis.

CAPVT X.

Essentia fructuum alkekengi, uvarum, cerasorum, myrtillorum nigrorum, rubi idæi, uva ursi rubra, baccarum sambuci, pomorum dulcium borsdorfianorum.

R *fructus enumeratos, quos & quantum volueris,* Essentia fructuum.
Exprimatur succus, aspersione modica vini prægressa, & albumine ovi clarificetur. Levi digestionem clarum à crasso separetur, & clarum seorsim ad mellis consistentiam redigatur. Post extrahatur V.

VIREs. Alkekengi calculum pellit: UVARVM confortat: Vires.
CERASORVM cerebrum roborat: MYRTILLORVM adstringit: BACCARVM SAMBVCI sudorem movet: POMORVM humectat.

DOSIS ad arbitrium moderanda.

MODVS VTENDI. Per se sola sumitur, vel cum aliis. Dosis.
Modus utendi.

CAPVT XI.

Essentia baccarum juniperi, alias malvaticum juniperinum, elixir juniperinum.

R *rob juniperi ℥iij. vini malvat. canth. s.*
Misce in vase terreo, pistillo marmoreo vel vitreo. Stent in digestionem. Tinctus liquor colligatur percolatione per linteum cum expressione. Seruetur usui.

Dd 3

VIREs.

Vires.

VIREs. Aperit, attenuat sanguinem, tartareum & sabulosum coagmentum circa ureterum tubos & carunculas renum collectum disgregat & expellit.

Dosis.

DOSIS ℥i. ℥j. in conveniente vehiculo.

CAPVT XII.

Essentia radicum pæoniæ, scorzonera.

Parandi modus.

Rharum radicum, vel aliarum, tormentilla, vincetoxici, &c. Maceratione factâ in aquis vulgari vel propriis, succusexprimatur, clarificetur, & evaporatione instituta ad usum servetur. Post \forall extrahatur tinctura, & leni evaporatione ad justam consistentiam redigatur.

Vires.

VIREs essentiæ pæoniæ antiepilepticæ: SCORZONERÆ alexipharmacæ: TORMENTILLÆ cordiales: VINCETOXICI antihydopicæ sunt notæ.

Dosis.

DOSIS a ℥j. ad ℥ss. & ultra.

Utendi modus.

UTENDI MODUS in liquoribus aut julepis ex appropriatis aquis & sirupis concinnata.

CAPVT XIII.

Essentia seu sanguis satyrii Paracelsi.

Essentia Al^o satyrii.



Utor hic describit satyrii essentiam libro 3. de vita longa cap. II. sub titulo: SATYRIONIS EXTRACTIO, brevibus verbis & obscuris, more suo. Nullam menstrui facit mentionem. Crollius basil. chemicâ p. 443. & Henricus ab Heer obser. medic. oppido raris 9. præparandi modum clariùs describunt.

Rx. omnium cynosorchidum specierum radices selectas, & plenas turgidas, rejectis flaccidis & rugosis mollibus, quæ virtute contraria (quam Saturninam vocat Paracelsus loco citato) pollent ℥ij.

Panis siliginei candidissimi ℥iij.

Radices colligi queunt vel ineunte vere, vel autumnno exeunte, floribus foliisve vixdum natis, vel deciduis. Divulsis testiculis, pleni & succulenti eligantur. In mortario marmoreo contundantur

dantur ligneo pistillo. Mica panis lenfim adjiciatur, & affundatur SPIRITUS VINI vel MALVATICI vel RHENANI, ad lentoris dilutionem, Potest etiam de hoc spiritu, vel vino ipso Alcantino, ut vocant, amplius in majori copia affundi. Sic in cucurbita, alembico cæco imposito, stent in digestionem mensis spacio, bene munita. Eligi potest ad hunc scopum fimus equinus, vel MB. Post exprimatur succus tenax per prælū. Expressum iterū per mensem digere in cucurbita, adjecto prius residuo in forma salis per incinerationem parati, quod certè erit exiguum & paucum, Flavus liquor, interdum rubini æmulus innatans circa superficiem, colligitur, caute vasculum inclinando relictis fecibus.

℞. hujus tincturae ℥ss. magist. perl. farin. ℥i.
 ol. nuc. moscat. anisi a ℥j. cinamomi, citri a ℥i.

VIRES. Paracelsus medicinam vocat, quæ cæteras omnes, Vires, quæ conceptionem promovent, facilè post tergum relinquit. Crollio autore, mirabilis omnium ferè totius corporis membrorum externorum utriusq; sexus signatura, in hisce orchidum speciebus deprehenditur. Ideò totum hominem non immeritò confortare creduntur. Veneri auxiliatur, & frigidis, maleficiatisque. Senibus etiam invalidi femoris virilitatem amissam restituit.

DOSIS. a ℥j. ad ℥ij.

Dosis.

MODUS UTENDI in vino malvatico: vel misceatur Modus utendi.
 cum conserva rosarum ad nucis avellanæ quantitatem. Superbibatur haustum vini Alcantini.

CAPVT XIV.

Essentia ligni febrifugi, seu corticis Sinensis,
 Palo de Calenturas, Hispanico
 idiomate, dicti.

R corticis hujus cinamomeo colore præditi, minutim pulveri- Essentia
 sati, & per setaceum trajecti ℥j. αὐτὴ πύργη
 vini generosi, præpotentis, Rhenani q. s.

Stent.

Stent in digestionem. Tinctum quod est, effundatur in inclinato vase. Novum menstruum affundatur. Coniuncti liquores leniter exhalent, & ferventur.

Vires.

VIREs simplicis hæc habet essentia. Calida licet sit, & subjecti & menstrui ratione, non tamen reformidanda in febribus intermittentibus in actu curationis & præservationis. Calida multa admittunt harum curationes, ut: *διὰ τριῶν πικρῶν καὶ δι' ἐχιδνῶν confectionem*, quæ ex tribus piperibus conficitur, & ex viperis.

Dosis.

Usendi modus.

DOSIS. cochl. j. vel ij.

MODUS UTENDI, in haustu vini odorati boni.

CAPUT XV.

Essentia ligni sancti gummosi.

Essentia ligni sancti.



ligni sancti gummosi seu resinosi potius, raspati ℥j. spiritus vini è frumento q. l. ad eminentiam spiritus.

Stent in digestionem ℥iij. spatio. Tinctum quod apparet, colligatur. Novus V affundatur. Tandem exhalatione modica facta, fervetur ad usum essentia egregia. Addi possunt etiam alia ligna, ut aspalathum rhodium valde resinofum, sassafras seu fæniculatum, santalum rubrum.

Vires.

VIREs. Calefacit, exsiccat, per *διαφύεσιν* resolvit, impuritati sanguinis simplici & venereæ medetur.

Dosis.

DOSIS. Alterationis scopo cochl. j. quantitas si sudorem movere animus est, cochl. ij. Adsumatur vino calefacto mista.

CAPUT XVI.

Essentia cosmetica benzoina.

R *resinæ benzoinæ, amygdalinae, seu asæ dulcis ℥j. spiritus vini rectificati q. l. vel spiritus rosar. ardentis, si adsit in abundantia.*

In vitro bene clauso stent per aliquot dies, donec tingatur. Filtra per chartam emporeticam, vel simpliciter decanta. Leniter exhalet. Serva ad usum.

Vires.

Dosis.

VIREs. Pectori auxiliatur, impactos humores resolvit.

DOSIS g. viij. ix. xx. ℥ss.

MO.

MODUS UTENDI in juscuro, vel aquæ hyssopi cochleari. Tum liquor ab infusione lactescit. In ▽ fabarum florum destillatæ ℥iiij. infusa lacteum reddit liquorem & ad manuum lava-
ra adhibita nitidam reddit cutim. *Modus utendi.*

CAPUT XVII.

Essentia vulneraria.

R fl. hyperici, chamameli Romani pleno flore.
consolida regalis fl. simplici, vel pleno incarnato.
media cœruleo flore.

virgate, virgæ aureæ vulgò dictæ.

clematis daphnoidis, vincapervine & communiter dictæ, simplici cœruleo & pleno subpurpureo flore.

millefolii hortensis rubro flore a Mj. balaustiorum Mj.

herbar. sanicula, pyrola, alchimilla, scabiosa,

lapathi sanguinei a Mij.

rad. tormentilla symphyti majoris

bete χρυσόπιζα, rubrâ radice prædita a ℥ ℥

ligni fraxini traumatici constellati raspati ℥ij.

sicca, concisa & contusa irrigentur spiritu vini, vel frumenti. q. s.

Stent in digestionem sex ℞. Tinctus spiritus separetur, novus adfundatur, tandem omnes conjungantur, leniter exhalent. Ad-

de essentia mumie Ægyptiaca vel nostratis.

lachrymæ sanguineæ seu sanguinis draconis a. q. v.

tincturæ ♂ astringentis, ad placitum.

Vires.

VIRES. Sanguinis ἀσθῆος ex narium, pulmonum, ventriculi, renum, uteri, artuum, ob ἀνασθῆσιν, διαίρεσιν, διαπῆδῆσιν, διαβῆσιν fluentis impetum retardant.

DOSIS ᾠβ. ᾠj. in juscuro.

Dosis.

CAPUT XVIII

Essentia alias tinctura ♀ simplex.

R ♂ ♀ albi. q. v. V non rectificati q. s.

Essentia albis tinctura

Sal in valido ✕, igne rotæ fundatur, inque eo tam diu detineatur, donec cœruleum acquirat colorem, qui in-

alg' tagragē.

Et

tendi-

tenditur, si modicum \odot addatur. Tum affunditur ∇ in vase vitreo, & in digestionem detineatur per \mathcal{P} iiij. Felicius succedit operatio, si spiritus \mathcal{P} modicum adfundatur.

Vires.

VIRES habet in usu medico non contemnendas, aperiendi, incidendi, glandularum lactearum & vasorum sanguifluorum infarctus expediendi.

Dosis.

Utendi modus.

.DOSIS. \mathcal{B} . \mathcal{J} .

MODUS UTENDI. Adsumatur horis matutinis in jusculo, horâ nonâ. Medicamentis etiam commodè miscetur, siue sint aquæ simplices, comoositæve, aut sirupi, tincturæ, electuaria.

CAPUT XIX.

Essentia seu tinctura \mathcal{P} composita.

\mathcal{P} crudi subtiliss. pulverisat. \mathcal{B} .

calcis viva à furno adhuc calentis \mathcal{B} \mathcal{B} .

Essentia

διαλαραρῆ

καὶ λίανυ,

ἄσβεστα.

R

M. in ollâ novâ vitreatâ, aut lebete cupreo majore. Affunde ∇ ferventem fontanam q. s. Ebullitio excitatur, quæ modica super igne coctione augeatur. Lixivium hoc per pannum aut saccum linteum coletur & exprimatur. Quod superius fluitat, effundatur leniter, deinde filtretur per chartam bibulam, coagulatum extrahatur SPIRITU VINI. Tinctura, quæ, si ritè operatus fueris, apparet, & mista est, non pura, servetur. Abstrahere ad essentia consistentiam.

Vires.

VIRES habet resolvendi crassos tartareos humores, in arthritide & calculo.

Dosis.

DOSIS. gr. xij. adxxiiij. in jusculo vel vino.

CAPUT XX.

Essentia \mathcal{P} composita, antiarthritica,

& lithonriptica.

R

tinct. \mathcal{P} .

extract. rad. saxifrag. rubr.

spir. \mathcal{P}

flore albo

vini \mathcal{Z} vj.

fol. chamædryos a \mathcal{Z} j.

Misceantur, & in leni calore digerantur duorum \mathcal{P} intervallo. Filtrentur.

VIRES

VIRES nomini habet conformes, diaphoretica etiam est. *Vires.*

DOSIS à ℥i. ad ℥j.

Dosis.

UTENDIMODUS. In conveniente liquore exhibetur matutinis & pomeridianis horis. Sudorem pellit, adsumta matutina sexta, in aqua florum sambuci cum vino destillata.

Vtendi modus.

CAPUT XXI.

Essentia vegetabilium purgantium.

I. Lenientium propriè dictorum:

Aloes, Tamarindorum:

R aloes socoterina ℥ ¼. succi vel aquæ rosarum q. s.
In leni calore solutione facta, defundatur quod supernatat, fecibus in fundo remanentibus, & ad balsami consistentiam leni calore redigatur.

I.

Aloes essentia.

℞. fructuum tamarindor. aq. calentis communis.

Tamar-hendi-nata essentia.

Caro acida nigra liberetur à nucleis, & filamentis, crebra con-
quassatione, & aqua commista percolata clarificetur. Iterum tra-
jecta per pannum, cum levi expressione ad justam consistentiam redigatur.

VIRES. ALOETICA essentia leniter alvum subducit, cum
aliam pilularum massa permista.

TAMAR-HENDINA ejusdem efficacix: simul etiam ar-
dorem humorum mitigat.

II. Purgantium essentia.

℞. rhabarbar. Alexandr. fol. senæ. fibrarū ellebori nigri, gialapii. Rhabarbari,
Menstrua diversa sunt. Rhabarbaro convenit ∇: ut & senæ: senæ, ellebori,
Hellebori fibris ✚. gialapio spiritus vini. F. Extractio tincturæ, gialapii essentia
decantatio, & ad justam consistentiam exhalatio.

VIRES. Essentia rhabarbari bili: senæ & hellebori melan-
cholia: gialapii pituitæ & tero educendo accommodata est.

DOSIS diversa.

Dosis

VTENDIMODVS. Rhabarbarina essentia adsumitur
per se ad ℥β. in haustu jusculi: senæ in haustu vini calidi: hellebori
cum massis pilularum jungitur: Phalaja s. jalapæ essentia ℥ij. cum
grupo cinamomi limpidiori.

Vtendi modus.

LIBRI IV.

SECTIO I.

ARTICVLVS I.

Essentiæ animalium.

CAPUT I.

Essentia mumia Egyptiacæ.

Ex lignis.



mumia Egyptiacæ optima, vel nostratis, parata ex carne musculosa hominis sani, suspensi, vel rota contriti, à ☽ & ☉ illuminata & constellata, myrrha & aloe conspersa, & spiritu vini irrorata, post in aere vel clibano exsiccata ℥iij.

spiritus baccarum juniperi q. s.

Stent in digestionem, donec tingatur spiritus. Auferatur, novus affundatur. Spiritus tincti filtrentur per linteum subtile, vel chartam emporeticam. Exhalent usque ad justam consistentiam.

Vires.

VIRES. Confortat membra principalia, mundificat sanguinem.

Dosis.

DOSIS. ℥i. ʒj.

Vtendi modus.

VTENDI MODVS in haustu vini, vel cerevisiæ.

CAPUT II.

Essentia lapidum cancrorum

fluviatilium.

Processus.



lapid. ☽ non coctorum, sed quos vel vivi deponunt sponte, velex iis enectis eximuntur, caeruleo colore præditorum q. v. pulveris. minutim.

salis ♀ liquefacti per deliquium.

Digerantur calore balnei, ☉x. in phiala. Post coagulentur in coctione & exhalatione. Coagulato pulverisato affunde V. Digestione instituta, effundatur imprægnatus V. Abstrahatur evaporatione ad olei crassitiem.

VIRES,

VIREs. σύναγμα λιθώδες, calculum & arenulas renum re- *Vires.*
solvit, διάρρησιν movet.

DOSIS ḡ. vj. ἑσ. MODVS VTENDI in jusculô vel ▽ *Dosis & modus
petroselini. utendi.*

CAPUT III.

Essentia mosci & ambra liquida.

R *mosci* ℥i. *ambra* ḡ. iij. ἑσ. *componendi
modus.*
sacchari canariensis ℥β. *aq. carfunculi aurea* ℥iij.

Bene mista saccharum & odoramenta locentur in digestio-
ne, vesica bubula phiala bene munita. Post filtrentur, & ad usum,
in bene coopertô vase ferventur. In filtro quod remansit, odoris
adhuc capax, aliis usibus externis inservire potest.

VIREs. Confortat cerebrum, cor, horumque viscerum in- *Vires.*
firmitatibus medetur.

DOSIS. ḡ. vj. ἑσ. & ultra j. *Dosis.*
Exhibetur in cochleari pleno vino generoso Rhenano, Fran- *Utendi modus.*
cico vel Hispanico.

CAPUT VI.

Diaromaticum essentiale, ambra-mosca- tum in forma sicca.

R *ambra grisea* ἑj. *mosci* ℥j. *Εγχειρησις.*
sacchari can. albi ℥j.

Terantur simul in pulverem, ut exactè singula misceantur.

Adde

⊙ *cinamomi, citri, ligni rhodii, angelicae* ἑj.

Misce iterum, & in vitro bene munito serva.

VIREs. Calefacit hoc medicamentum & confortat. Cor- *Vires.*
diale & cephalicum est. Convenit iis præcipuè, qui sunt tempera-
menti frigidioris.

DOSIS ḡ. v. vj. vij. ἑσ. in vino.

Ec 3

LIBRI *Dosis*

LIBRI IV.

SECTIO I.

ARTICULUS III.

Essentiæ seu tincturæ molles
meta llorum perfectorum & imper-
fectorum.

CAPUT I.

Essentia ☉_{lis}.Essentia ☉
1.*crystall. ☉ per spiritum ☉ sale suo inebriatum parato-
rum q.v.**spir. vini urinae volatili sale impragnati q.s.*

In leni digestionē stent per aliquot dies. Quod tinctum,
enertur, & novus spiritus denuò affunditur. Coniuncti destillan-
tur ad medietatem & ultra, vel potiùs justam consistentiam. Pos-
sunt etiam iidem crystalli ☉ digeri in leni calore cum vino malva-
tico & alcantico.

CAPUT II.

Essentia ☉_{alia}.

2.

*calcis ☉ per reverberationem in summam tenuitatem
reducti, q.v.**spiritus vini sale urinae volatili ☉ & exaltati ad eminē-
tiam 6. digitorum.*

Digestione μακροχρονική ℥xij. tinctura apparet, quæ novo adfuso
menstruo sæpiùs collecta, evocato spiritu, in quolibet liquore reso-
lubilis est.

Vires.

VIRES harum essentiarum sunt solares, confortant partes
principes.

Dosis.

DOSIS ḡ.vj.vij. & ultra pro vehiculi quantitate.

Modus utendi.

MODVS VTENDI in vino generoso, vel jusculo aut julepō ali-
quō.

CAP

CAPVT III.

Essentia, Elixir ☉ dicta.

R fol. ☉ libellum j.
sacchari τῆ καυθῆ i.e. angulosi, albi, vel flavi ℥j. Processus

In parva phiala locata in leni calore, bacillo ligneo oblongo agitentur. Sic ☉ calcinatur à spiritu acido sacchari canthi. Eximitur spatula lignea, statimque concrefcit massa rubescens. Pulverifetur minutim.

℞. hujus pulveris, spirit. vini sale urinae & C.C. exaltati ℥j. Extrahitur in leni calore citrina essentia, quæ defundenda. Exhalatione peracta ad medietatem, reliquium servatur, & in aqua mellissæ exhibetur ad ℞.

Verùm plus participat de saccharo cantho, quàm ☉e. Pa- E' wineis.
rùm itaque in magnis cordis infirmitatibus huic medicamento fidendum.

CAPUT IV.

Essentia ☉ Alcahestina.

R calcis solaris, purpureâ induta veste, part. j.
liquoris Alcahestici metallici part. x. Alia essen-
tia ☉.

In leni calore digestionem peracta, affunde V ☽isatum. Tum ☉ essentia, relicto Alcahest, communicabitur V. Inde hic per inclinationem effundendus, & ad usum servandus. S. ut suprâ.

CAPVT V.

De essentia.

R calcis ☽e in ☽ti soluta, & communi more aurifabrorum, parandi mo-
in cupreo vase, ad fundum precipitata, albicantissima. dus.
✱ additione spir. ✱ exaltati.

Stent in leni digestionem. Tinctura cærulea mox apparebit.

Sed hæc non tam soboles ☽æ, quàm ♀. Argumento est ex- Eπίκεσις.
perimentum. Nisi stiterit in cupreô vase aliquô temporis spa-
tio,

tiō, negligensque fuerit edulcatio, & à virore ablutio, nihil impe-
trabitur tincturæ.

Vires

VIREES ergò cephalicæ frustra proclamantur, quæ in Da
concedi, à ♀ expectari non possunt.

CAPVT VI.

*Essentia ♂ in vinum malvacicum implantata,
Hartmanni præct. chimiatr.*

*Parandi mo-
dus.*

R *limatura ♂ tepesacta ℥ss. vini malvatici ℥j.*
Sensim juncta stent in arenæ calore per ☞, sic sensim vis ape-
riens ♂ transplantatur in vinum.

Vires.

VIREES. Aperit viscerum tartareos infarctus, suavissimum
hydropis & icteri remedium. Tertianis auxiliatur febribus, &
quartanis.

Dosis.

DOSIS. ℥j. ij. iij.

Utendi modus.

UTENDI MODUS per se, vel cum aq. cichorii, ut calor
temperetur, miscetur: Mane circa nonam, & post meridiem cir-
ca quartam proficius ejus usus.

CAPVT VII.

*Essentia ♂ aperiens nigra cum succis acidis,
§ 1. Aceto parata.*

*Tinctura
aperiens
nigra cum
✕ parata.*

R *limatura ♂ magnete bene purgat. q.v.*
✕ *vini lenioris q.s.*

In marmore terantur, per horam unam aut alteram. Sensim
vase excipiat tinctum acetum, novum acetum iterum affunda-
tur. Liquores omnes tincti colligantur unà in scutella, & cum
subsederit crassum quod est, effundantur in vitrum, & serventur
ad usum. S. Tinctura ♂ nigra.

Vires.

VIREES habet singulares aperiendi, dissolvendi & inciden-
di viscerum infarctus, humores crassos melancholicos depuran-
di, & serum acre refrenandi.

Dosis.

DOSIS à ℥ss. ad ℥j.

Modus utendi.

MODUS UTENDI, in jusculō carniū bubularum, vel
gal-

Gallinæ. Admisceri etiam potest electuariis, conservis & sirupis.

CAPUT VIII.

Essentia seu tinctura ♂ aperiens II. parata cum succo acetosæ: magisterium ♂ aperiens dictum.

R *succi oxalidis expressi, depur. ℥iij.*
pulp. tamarind. à filamentis & nucleis separata ℥viiij. Processus.

Agitentur in vase terreo, ligneo pistillo, digerantur per aliquot dies, vel coquantur, & per laneum pannum trajiciantur. Cum subsederit liquor percolatus, separetur à crassamentò.

℞. hujus clarificati succi q. s. chalybis limati q. v.
In lentâ digestionem, alembico cæco superposito, extrahatur tinctura. Exhalatione ad quartam partem institutâ, aqueis quibusdam partibus exhaustis saturatior facta tinctura ad usum servatur. S. ut supra.

CAPUT XI.

Essentia ♂ III. cum succo pomorum parata.

R *limatura ♂ magnesiata ℥ss.*
succi pomorum borsdorf. recent. express. q. s. Parandi modus.

Stent in digestionem lenis caloris, per ℥iij. agitatio sæpius vase, & bacillo ligneo, liquore ipso. Post defundatur vel filtretur liquor per linteum subtile. Novus succus affundatur, digestionem leni peractâ, iterum, quod tinctum, defundatur. Conjuncti impregnati succi exhalent ad medietatem, & ultrâ. Ut ætatem ferat, nec situm contrahat, penetrantiorque tinctura fiat.

℞. hujus partes vj. spiritus vini anisati part. ij.
Addietiam potest seorsim
spiritus cochleariæ part. j. vel minus.

VIRES. Magnarum virium est hæc tinctura. Crassos & feroculentos humores massæ sanguinæ admistos, serofos etiam & acres humores scorbuticos resolvit. Vires.

DATUR ad pondus ℥j. ij. in jusculeo vel vino. Dosis.

Ff **CAPUT**

CAPVT X.

*Essentia aperiens ♂ tartarifata.*Parandi mo-
dus.**R** *limatura ♂ magnes. ♀ āa lbß.*
*aqua fontana puriss. canth. viij. ix. x.*Coq. in lebetē, vel cupulā ferreā, per sex vel septem horas, li-
gneo bacillo nonnunquam agitando. Tum nigrescit sensim li-
quor. Ablato igne cum subsederit ♀, liquor tinctus sensim aufer-
tur. Novæ aquæ adfusio & coctio repetitur. Liquores conjuncti
areni calore exhalant ad medietatem. Quod remanet, in vitro ad-
servatum, salinum præ se fert saporem.

Vires.

VIRES, ut reliquarum, ita etiam hujus sunt aperiētes.

Dosis.

DOSIS. ðß.

Modus utendi.

MODVS VTENDI in juscūlo vel vino, horis matutinis
& vespertinis.

CAPVT XI.

*Tinctura ♂ aperiens ex limaturâ ♂*** Minsichtia.*

Processus.

R ** part. ij. limatura ♂ p. j.*
M. & per retortam destilla. Essentiam ♂ in fundo residem
exime, edulca, spiritum vini superinfunde, tinctum quod est,
effunde, denuò spiritum vini affunde. Solutos liquores ad medie-
tatem exhalare sine. Filtratur residuum per chartam. Hæc est ve-
ra ♂ tinctura.

Vires.

VIRES, VSVM & DOSIN subjungit.

CAPVT XII.

*Tinctura ♂ aperiens ex scoris reguli.***R** *scorias reguli ♂ ♂ iati, in quas, trinâ repetitâ s. a. calcina-
tione regulus omnis ferè transit.*** an. æquales partes.*Sublimatione eleuetur * in flores. Reses in fundo ☉ aqua fon-
tana superinfusa extrahitur. Lixivium hoc exhalare jubetur. Co-
agulū modicè, non tamen ad siccitatem calcinatur. Hoc

coa-

coagulum, spiritu vini superinfuso, atomos suas luteas per eundem egregie dispergit. Exsultans tinctura aperit, incidit, hypochondriacis patrocinator.

DATVR ad ℥. ℥j.

Dosis.

CAPVT XIII.

Tinctura ♂ aperiens, ex ☉ lo ♂, ope terræ foliatæ.

R *☉ li ♂ non calcin. pulv. terræ foliatæ, ꝛ a ℥j.*
Misceantur & locentur in cellam frigidam & humidam, per ℥iij. Color mutatur, & aliquo modo mistura fluida redditur, aere sese insinuante in poros. Huic colatæ misturæ affunditur

Tinctura ♂ aperiens alia.

spiritus vini.

VIRES insignes sunt in obstructionibus viscerum. infusa gratum odorem spirat, tincturas etiam alias exaltat.

Vino *Vires.*

DOSIS à granis xx. ad xxx.

Dosis

MODUS UTENDI. In iusculo vel vino.

Utendi modus.

CAPVT XIV.

Tinctura ♂ adstringens.

R *limatura ♂ ℥iij. * ℥℥.*
In phialâ ope ☉. fit ☉tio in flores primò albos, qui seorsim servandi, deinde flavos, qui itidem seorsim servandi ab aeris humidi appulsu securi, aliàs liquefcunt, demum nigros. Hi liquefcunt aeri expositi, & tincturam exhibent adstringentissimam, aliis liquoribus diluendam.

VIRES. Hæmorrhagias quascunque sistit, ad g. j. ij. conuenienti liquori permista.

Vires.

CAPVT XV.

Essentia seu tinctura mollis ☿ ii metallis adfinitate juncti.

Ff 2

Veram

Veram ☿
tincturam a-
gnoscent
multi.



Eram tincturam ex ☿ vel crudo, vel calcinato, vel sublimato, beneficio ✕ vel digerendo, vel ☉ ☊, ceu ultimam ejus prædestinationem, elici, sentiunt multi, observantes acetum inde mutationem aliquam subire, creduntque esse substantiam quandam rubram, quæ ex ☿ egressa acetum tingat, non secus, ac lignum Brasilianum, crocus, aut similia aquam colorare consueverunt.

Paracelsus ejus
facit mentio-
nem.

Paracelsus lib. 2. magna chirurgiæ tract. 3. cap. 5. mentionem facit tincturæ ☿, nulli ante se cognitæ, à se primum inventæ, quam Lili nomine dignatur, eamque obscuris proponit verbis, ut intelligi nolle videatur.

Rhenani conje-
ctura.

Rhenanus ☉ è puteo emergente, theorems. chimico-technicis thes. 29. processum hunc illustraturus, eum in quatuor dividit partes. PRIMA est ☿ ☿ cum ✕. II. ABLVTIO & edulcoratio per ∇. III. CALCINATIO in reverberio clauso florum rubrorum ad album, flavum, citrinum colorem. IV. EXTRACTIO tincturæ cum spiritu vini.

Censura Sala-

Vera est censura *Angeli Sala anat. antimonii part. 1. cap. 7.* non posse extrahi ex ☿ veram tincturam: 1. quia talis substantia in ☿ non datur. 2. examen rei contrarium demonstrat. 3. Paracelsi tinctura potius est essentia. 4. neque processus Rhenani veram tincturam assequitur.

Libavii.

Libavius apocalypsi hermericâ cap. 13. p. 269. autorem Rhenanum non nominat, sed ceu hyperaspisten & monarchanicam Paracelsicam miris perstringit modis, interpretationemque illius nullius assis æstimat.

Analogica tinc-
tura.

ANALOGICÆ tincturæ, latâ vocis potestate ita dictæ, sunt Hartmanniana, ex ☿ & calcis vivæ, Minsichtiana colchotarina, & sequentes:

1.

℞. salis ☿ ℥℥.

☿ ℥℥.

Fluat ☉ in crucibulo. Sensim ☿ addatur frustillatim injiciendo. Stent in fluore. Sic ☿ abit in scoriam. Super hanc exentam & in phialâ vitreâ bene pulverifatam, primùm infunditur spiritus è fecibus vini diligenter destillatus. Stent in digestionem. Tinctus spiritus aufertur, novus affunditur.

Vel

CAPVT X.

Tinctura & balsamum ♀, epar &
pulmones ♀ dictum.

Describitur à Paracelso, libro de naturalibus rebus cap. 8.
paragr. 7. & paratur ex ♀ & ol. lini.

℞. ♀ puris. minutim pulveris. ℥ss. ☉ lini ℥ss.

Feliciùs succedit operatio, si ☉ ♀ri, ♀ri ante bene permisceatur, & post cum lini oleo coquatur. Coctio hæc fiat cautè, ne ebulliendo oram ollæ transcendat. Color sanguinis instar rubicundus apparet in massa.

Vires. 7

VIREs. Signaturâ ostendit, balsami vicem sustinere, & jecori & pulmonibus prodesse. Lini oleum, abjecta res, & vilis pretii, attramen in dysenteriâ præsentaneam præstat operam, bibitum. Sulphuris balsamicæ virtuti junctum auxiliares habet copias: commodiùs tamen sic solum bibitur oleum. In clysteribus & unguentis ad ulcera admittitur balsamum.

Tinctura
♀ ex epar.

Præbet hoc epar TINCTURAM ♀, in salutem humani corporis efficacem, si ita paratur:

℞. epatis ♀ q. v. ☉ li q. s.

Misce ad solidiorem consistentiam. Ex retortâ ad latus destilla in lacteum liquorem, quem sequitur sanguineo-rubicundum oleum.

Vires.

VIREs deprædicantur antiphthificæ, antiepilepticæ, imò totum corpus, ut ☉ aurum mundare, splendores gemmarum, imprimis Turcoïdum floccescentes erigere & exaltare docent, primum quidem Paracelsus loco citato, alterum Poppius in hodogetico. Videatur dissertatio chimica 2. de ♀.

Επιχειρισ.

Verùm uterque videtur in recensendis his dotibus ὑπερβολεῖν.

CAPVT XIII.

Balsamum ♀ internum terebinthinatum juniperinum.

Internum simplex.



INTERNUM SIMPLEX communiter paratur hoc modo:

℞. fl. ♀ vel solùm, vel cum ☉ li parat. ℥iij.

☉ terebinth. juniperi, anisi, fœniculi, quod volueris
℥vj. vij. viij. Dige-

Digere vel coque, donec tinctura appareat. Felicius & promptius succedit operatio, si flores cum ☉ ♀ri misceantur, vel supra ignem lenissimum, in vase terreo plano torreantur in massam epatis instar rubicundam, & post olea superinfundantur.

COMPOSITUM INTERNUM duplex: unum laborio- *Compositum.*
sius, alterum compendiosius.

PRIMUM: *Primum.*

℞. fl. ♀ cum aloe, myrrha, thure, ol. terebinth. ℞iſ.
sale communi $\frac{1}{2}$ torum ℞iſ. succini ℥j.
croci orientalis ℥iſ. citri ℥iſ.

Stent in digestionem primo lenis, deinde intensi caloris, per ☉ ij.
Refrigeratum balsamum decantatur, Nova iterum olea adfun-
dantur.

ALTERVM minoris laboris & impensæ. *Alterum.*

℞. fl. ♀ colcothar. ℞ $\frac{1}{4}$. camphora ℥ij.
myrrha troglodit. ol. terebinth.
aloes epat. cypria aetherei. ℞iſ.
thuris a ℥j. baccar. juniperi ℞ $\frac{1}{2}$.
croci ℥j. succini ℥iſ.

Simul mista in cucurbitâ digerantur leni ignis calore, donec tin-
ctura appareat. Inclinato vase effundatur in aliud vas, & campho-
ra, si lubet, oleo amygdalino soluta, addatur.

VIRES indicat nomen. Balsami vegetabilis instar confor- *Vires.*
tat & restaurat languescens vitale humidum, Pectorale est, stoma-
cho frigido & colicæ medetur.

DATVR à ḡ. v. vj. *Dosis.*

VTENDI MODVS in vehiculis adpropriatis, aquâ car- *Modus utendi.*
minativâ, asthmaticâ. EXTERIVS in vulneribus & ulceribus
etiam usurpatur. Scrobiculo cordis inunctum, flatuosum san-
guinem discutit, & stomacho ab intemperie frigidâ languenti me-
delam adfert.

CAPVT IV.

Tinctura, seu balsamum ♀ externum amygdalimum Rulandinum.

Exter-

Externum.

Externum & balsamum constat ex humido & sicco. Humidum est \odot amygdal. dulcium, siccum &. Tertium ingrediens est clavis referans centra arcana, nempe \ominus &.

℞. ol. amygd. dulc. ζ vj. \ominus & albi \mathfrak{z} ij.

℞. & ζ i

camphora ζ j.

Primò misceantur flores & \ominus &ri, deinde addatur \odot amygd. dulcium. Coctio instituat super leni igne, cavendo ebullitionem, nam sic epatis instar crassescit, & oras vasis transilit. Ultimo camphora inter duas chartas comminuta additur, ol. amygd. ante soluta. Refrigeratò vase effunditur tinctum balsamum, & novum oleum \ominus &ri mistum affunditur, & proceditur ut prius.

Vires, &

Vtendi modus.

Emplastrum
diasulphuris.

VIRES externo in usu celebres: digerit, discutit, resolvit, solum, vel cum aliis, in affectibus pectoris frigidis, lienis infarctibus, frigidis in artus destillationibus, adhibitum.

Ingreditur ceu basis celebratissimum EMPLASTRUM DIASULPHURIS à Rulandò centur. 1. curat. empir. 93. descriptum. Paratur additione colchotatis, myrrhæ & resinæ terebinthinæ.

℞. balsam. & amygdal. camphorat. ζ iiij.

cera flavæ puræ \mathfrak{t} s.

myrrhæ pulverisatæ \mathfrak{t} $\frac{1}{2}$.

resinæ terebinth. Venetæ à destillatione relicta.

colcotharis \ominus li edulcati \mathfrak{a} a q. s.

Liquefiant cera & resina, quæ olei terebinthinæ rubri adhuc particeps. Addatur mox balsamum. Demum aspergatur myrrha subtilissimè trita paulatim, spatulâ semper agitando, donec permista fuerint, & colcothar. Post ab igne removeâtur, paulatim spatula vel pistillo agitata, refrigerescant, & cum oleo olivarum inde fiant malagmata.

Vires.

VIRES insignes habet hoc emplastrum. Prodest in ulceribus inveteratis & sordidis. Pectoris regioni utrinque applicitum in aluta, thoracis molestias, pulmonum gravitates, dyspnœas, asthmata à flatulento sanguine ex hypochondriis per venas vel utero ascendente, exorta dissipat.

CAPUT V.

Tinctura, seu balsamata & alia.

℞. florum

R florum ♀ Glatorum ℥iij.
 ☉ fl. hyperici, verbasci, agrimonie compositi ℥j.
 ☉ ❧ri albi ℥ss.

Terantur flores ♀, & ☉ ❧ in olla terrea plana, supra ignem lenis-
 simum, donec massa rubeat, epatis instar. Post addantur olea:
 incalescant bene. Tum adde sensim

☉ ❧li rubri ℥ij. fol. nicotiana & viridis pulveris. ℥iiij.

myrrha, thuris a ℥j. cera.

terebinth. cypria a q. s. colophonia parum.

M. F. Balsamum molle.

VIRES. In vulneribus recentibus & antiquis ulceribus fa- *Vires.*
 cit officium.

LIBER IV.

SECTIO I.

ARTICULUS V.

Essentia lapidum.

CAPUT I.

Essentia lapidis nephritici,

lapidis nephritici electi, ex viridi albescentis q. s.

*Preparandi
 modus.*

R Calcinetur vel integer, vel, primùm in mortario æ-
 neo, pistilli sub obœdientia, contusus, donec albe-
 scat. Super porphyrite redigatur in alcool. Post in
 ✕ iterum calcinetur, igne rotæ circumfuso, ut igne-
 scat. Scintillantem projice in patellam terream, aceto radicato re-
 pletam. Relinque, donec subsidat. Tum ✕ effunde, lapidem exsic-
 catum de novo in ✕ fac candefieri. Candefactum in ✕ radica-
 tum effunde. Hanc ignitionem & extinctionem toties repete,
 donec omnis pulvis in ✕ radicato sit solutus. Solutiones fil-
 trentur. Acetum abstrahatur ad medietatem. In loco frigido
 salinus viridiusculus concreescens liquor, salibus ✕ permistus,
 adseruetur in liquida hac forma. Si addatur V, in leni dige-

Gg

stione

stione locetur, commodius adhuc in liquidâ formâ servari potest.

Vel

Calcinetur lapis contusus, cum ϕ . deinde cum θ . \times irrigetur. Defuso liquore denuò novum \times adfundatur. Liquores imprægnati jungantur, & ad medietatem in arenâ evaporent, ad consistentiam spissiore. Addi tum potest \vee modicum.

Vires.

VIREs. Ut exteriùs appensus brachio lapis dolorem renum lenire, arenulasque & calculos ejicere atque expellere est deprehensus, attestantibus à *Nicolao Monardo medicam. simplicium ex novo orbe delatorum capite 31. historiis relatis*, ita ab interiùs adsumto salino liquore idem successus expectatur.

Dosis.

DOSIS ξ . viij. ix. x.

Modus utendi.

UTENDI MODUS, in aquâ petroselini, cum viño paratâ.

CAPUT II.

Essentia silicum.

silicum fluviatiliu fbf .

RIgniantur, exstinguantur in \times vini vel mellis, sex vicibus iteratis. \times tinctum filtretur per chartam, leniter evaporet, & ad usum fervetur. Vel silices calcinentur cum ϕ . Stet massa in cellâ frigidâ. Liquor servatur ad usum.

Vires.

VIREs. Aperit, incidit, obstructionibus resistit, calculum renum pellit.

Dosis.

DOSIS. à ξ . vij. ad θ . in juscule.

CAPUT III.

Essentia, vulgò tinctura coralliorum.

*In dubium
vocatur à Salu.
Adferitur à
Laurembergio.
Distinguitur.*



Ullam ex coralliis extrahi posse tincturam adferit *Salu aphorismo chimiatr. 22.* Aliquam iis, sed parcam inesse concedit *Lauremb. in notis ejus animadv.* confirmat *defensione quest. 13.* Si non vera; saltem analogâ tincturâ admittitur.

MEN-

*Menstruum
Minsichti.*

MENSTRUUM *Minsichtus* eligit spiritum mellis verum, non autem corrosivum illum, & venenatum vulgi. Hinc tincturam veram & genuinam vocat, dotesque ejus innumeras recenset.

Nota est in vulgus, olim in secretis habita, preparatio, per saccharum canthium.

*Preparatio per
saccharum.*

℞. corall. rubrorum. Eligunt nonnulli subalbida, horum enim tinctura non adeo fixa ℥ ¼.

sacchari canthi ℥ s.

Contus. minutim miscentur, & retortæ induntur. Observatis ignis gradibus extillat liquor rubicundus.

Sed parum participat de essentia coralliorum. Liquor ille videtur esse sacchari foetus, cum ℥ saccharum destillatum itidem liquorem promat rubicundum. Non omnino tamen expers est coralliorum, cum θ ♀ liquore resoluto enim præcipitatur albus corallinus pulvis.

Επίκρισις.

Beguinus tyrocin. lib. 2. cap. 10. utitur, ceu menstruo, succo limonum.

*Beguinus ta-
lem commen-
dat.*

℞. corallor. ℥ ij. succi limonum ℥ j.

Stent per octiduum, post filtrantur. Adde

sacchari albi ℥ viij.

Digere ad sirupi consistentiam.

VIRES, DOSIS, UTENDI MODUS. Exhibetur cochlear j. in fluxu hepatico, dysenteria.

Vires.

Sed potius est solutio, utilis tamen valde in dictis affectibus, aliisque febribus ardentibus, malignis, pestilentibus.

Επίκρισις.

Cum spiritu ligni sancti aut corylini quæ paratur, non levis æstimatur momenti in impuritatibus sanguinis.

*Preparatio per
spiritum ligni
sancti, & cory-
lini.*

Non vilipendenda solutio & essentia hæc:

℞. corall. rub. minut. pulverisator. q. s.

*Alia solutio co-
ralliorum.*

succi citri q. v.

Stent in digestionem. Quod solutum, defundatur. Novus succus adfundatur, & rursus defundatur. Solutiones filtratæ stent per ℥ iij. Tum partim præcipitatio adparet facta ad fundum pulvisculi alicujus, qui edulcatus fungi potest vice MAGISTERII. Reliquum effusum in novam phialam, exhalat modicum; tum subrubinescens apparet liquor. Asservari ad usum potest

Gg 2 talis,

talis, vel ad mellis consistentiam exhalari, spirituque vini affuso tinctura extrahi.

Vires.

VIREs, & dotes veræ tincturæ sunt, quæ prolixâ serie recensentur à *Boetio de Boodt gemmar. & lap. histor. lib. 2. cap. 155.* corpus redigit in temperiem cœlesti quâdam vi, & propterea omnes partium affectus evellit radicitus, propter analogiam, quam habet cum spiritibus vitalibus, & innato calido, quod auget, roboratque, ut facilè contrarios morbos superare possit &c. Analogis tincturis hæ competunt *κατὰ μαῖκρον καὶ ἥνιον.*

Dosis.

DATUR à gut. viij. ad ℥j. in vehiculis convenientibus.

LIBRI IV.

SECTIO II.

Altera clasfis mediorum operum chemicorum, continens elixiria.

CAPUT I.

De elixiri in genere.

Etymologia ab Arabicis deducitur fontibus.



OX ELIXIR, autore Joanne Frischmuth, desumpta est ex Arabico *أليخسرو* Alechsiro,

Idem quod *أليخيميا* Alchimia. Vulgo hinc essentia seu substantiæ vis arte elicita. Peculiariter,

pulvis philosophicus: à radice *سوس* fregit, contudit.

Nonnulli Græcam censent.

Ex Græcis fontibus *nonnulli* derivant, nimirum ab *ἀλεξέω* ut *ἀλεξηπύλον* adjumentum notet. *Alii* Græcissantes componunt ex *ἐλαμον* & *σύρω*, quasi sit *oleorum extractio*.

Nonnulli, populari errore seducti, ex culinâ nominis hujus deducunt natalitia incunabula, ab ELIXANDO.

Alii Latinam

Ludunt, qui ab ELYSIIS campis beatorum derivant, vel à LIXA,

à LIXA, quasi sit lixivium, vel aqua coctum. Lixam enim aquam vocant, unde elixare, aqua coquere. Lix est cinis foci, vel aqua cineri immista: unde lixæ, calones exercitus & caculæ. Hæc etymologia etiam rem ipsam illustrat. Reverà enim Elixir est nigrities illa Latonica, quæ imbibitur, abluiturve aquâ, ut fluat candida. Verba sunt *Libavii syntagm. arcan. chim. lib. 8. c. 43.*

Notat propriè magisterium transmutationis metallorum, *πολυσημεία* cum, projectione super viliora metalla, fit aurum vel argentum. Hinc Alchimia à *Rogero Bacone* definita, ars faciendi elixir. *Autor epistolæ, quæ Gratiano attribuitur*, dividit vocabulum in tres syllabas: Xir, ixir, elixir. Primam, ait, designare lapidem primæ compositionis, secundam secundæ, tertiam absolutam medicinam.

Scaliger exerc. 327. Chimistæ, inquit, suum opus nominant fortitudinem. Hoc enim significat decantatum illud ELIXIR, in cujus fide omnem oppignorant naturam.

Receptâ consuetudine, quæ civitate jam donata, & officinis innotuit, designat liquorem spirituosum, facultatibus præcellentibus, mediante infusione imprægnatum, estque medicina composita ad juvandum, ex speciebus variis, aromatibus & vini spiritu seu oleo conflata, unde & ab *ἀλεξέω* nominis derivationem agnoscere potest. *Genuina acceptio.*

In multis conveniunt, imò planè idem sunt cum essentiis, ad amissim si examinentur. Chemicæ artis opera ut distincta sunt, ita distincta quidem etiam deberent habere nomina, non distincti termini uni attribui effecto. Sed *θίσις* valent technici termini, ut nummi, non semper *φύσις*. Dandum interdum quid consuetudini.

Paracelsus de elixiriis agit *archidox lib. 8.* eorum vires mirificè exaltans, & verbis ornans in actu conservationis & præservationis corporis. Ut balsama vegetabilia corpora mortua præservare possunt à putrefactione multorum annorum spacio, ita & hæc elixiria. *Protoplasten Adamum; & posteros, addit,* longævus fuisse non naturali robore, sed quia notas habuerit facultates remediorum, iisque usus fuerit: alios autem, quos scientia hæc latuit, brevioris vitæ fuisse. Qui igitur vitæ terminum,

num ad plures annos prolongare cupit, instructus sit oportet balsamicis medicamentis, confortare valentibus cor & vitæ spiritum.

*Sex describit
idem.*

*Schroderus
plura.*

Sex etiam elixiria describit 1. elixir balsami. 2. salis. 3. dulcedinis. 4. quintæ essentiæ. 5. subtilitatis. 6. proprietatis.

Schroderus pharmacop. lib. 2. cap. 52. describit elixiria decen-
ti ordine, quæ instar omnium esse possunt.

CAPUT II.

Elixir Cephalicum.

*Elixir cepha-
licum.*

R rad. pæon. non decort. fl. lilior. convall.
angelic. primul. veris
palme Christi pæon. āa mß.
valeriana rosar. rub. m $\frac{1}{2}$.
acori veri succini
tormentill. rasur. cran. hum.
doronici visci querni āa ʒj.
ligni sancti ras. cornu alcis
rhodii cornu cervi āa ʒiß.
buxi āa ʒij. sem. pæon.
fol. rorism. fœniculi
majoran. ocimi basil. āa ʒj.
salv. āa. mß. anacard. no. vj.
spir. vini ad eminentiam spithamæ j.
Oli super cinnabarin ᝚ rectificati ʒiij.
Ois ᝚ ri albi ʒß.

Stent in digestionem per octiduum. Colaturæ expressæ adde
syrup. fl. pæonia. ᝚ $\frac{1}{2}$.

Stent iterum in digestionem bene permista, in vitro.

S. Hauptstärkend Elixir.

Vires.

VIRES. Cerebri adfectibus à frigida causâ exortis singu-
lariter prodest.

Dosis.

DOSIS ʒj. ʒß. ʒß. g. x. xij.

Modus utendi.

UTENDI MODUS in liquore convenienti.

CA-

CAPVT III.

Elixir pectorale asthmaticum.



rad. gentian. rubra
 glycyrrhiz. erasa
 ireos Florentina
 enule
 ungu. caball. āā ʒj.
 cortic. scilla ʒʒ.
 fol. salu.
 veronic.
 roris ☉.
 capill. ♀.
 hyssopi
 marrubii āā m ij.
 spiritus anisi vel juniperi ℥x.

pulm. vulp. pp. n. ij.
 vitulirecent. n. j.
 myrrha rubr.
 benzoes āā ʒj.
 cardam. cubeb. āā ʒʒ.
 cinamom.
 caryophyll.
 nuc. moscat. āā ʒj.
 sem. anisi
 fœnic. āā ʒij.
 urtica Rom. ʒʒ.
 ocimi caryoph. ʒij.

Processus.

Stent in digestionem per ☉ iiii: Media hujus tincti liquoris pars
 lentâ digestionem, exhalet parum.

☉. Elixir pectorale.

Quod reliquum est, destilletur per alembicum, addito novo V. Ex liquoris
 Exstillatus spiritus misceatur cum sequente julepo.

℞. aq. veronic. q. v. sacchari canariensis q. s.

Ex liquoris
 tincti altera
 parte fit mistu-
 ra asthmatica.

F. Julepus saturata dulcedinis, in aquâ soluto saccharo, quantum
 imbiberi potest.

℞. prioris spiritus q. pl. aq. saccharata, ad gratum saporum.

Tunc omnia turbantur, & lactis instar albicant. Colentur per
 bibulam chartam rariorem, & laxiorem, & clarissima pellucidaq;
 exhibit.

℞. croci orient. ʒj. ambræ ℥. mosci orient. ℥j.

Ligentur in nodulo, ut flavo aureo gratioso colore tingatur, &
 grato odore se commendat.

In fœminis odorata averſantibus ultima omittantur.

VIREſ. Pulmones frigidâ intemperie laborantes alte-
 rat, tussi & asthmați præsentaneâ opera medetur, tum elixir,

Vires.

tum

CAPUT VI.

Elixir proprietatis.



Paracelsus archidoxis libro 8. sextum elixir appellat PRO-
PRIETATIS. Elixir generali nomine dignum cense-
 tur, est enim alichsiro medicamen servandæ vitæ &
 morbis pellendis aptum. Sed, quid adjunctio propri-
 etatis sibi vult? Respondet *Joh. Langius dissert. de elixir propieta-*
tis. th. 19. cognitum ex etymologicis est, *proprium* id dici, quod
 maximè est propè. Accedit etiam elixiris proprietatis virtus
 quàm proximè naturæ nostræ, seu balsamo nostro nativo, illi-
 que amica valdopere. 2. Appropriata, accommodata, & con-
 venientissima existit proprio suo succo, humidoque radicali.
 3. Certum & proprium idem nonnunquam notat. In elixiri
 hoc etiam est magna & certa auxiliandi promptitudo. 4. Pro-
 prium etiam notat peculiare & speciale, quo ipso à communi-
 nitate separatur. Excantum etiam hoc est medicamentum à con-
 sortio vulgarium medicamentorum, & singularem in præparan-
 do requirit industriam. 5. Stabile, perpetuum & sempiternum
 notat proprium. Tale est etiam hoc medicamen, & stabiles & ve-
 getas conservat vires.

Paracelsus in-
ventor.
Re è dicitur
Elix r.
Proprietatis
epitheton ipsi
etiam ad amuf-
sim convenit.

1.

2.

3.

4.

5.

INGREDIENTIA nominat Paracelsus crocum, myrrham,
 aloën, silentio præteriens solventem liquorem, à tempore digesti-
 onis menstruum dictum. Sed post meminit circulati. De vero &
 genuino menstruo pluribus agit *supra laudatus autor.*

Ingredientia.

Recentiores adsumunt spiritum vini, salino aliquo acido spi-
 ritu \odot . \oplus li, imprimis $\&$ acidulatum.

Occasionem ex his ingredientibus parandi medicamenti *Occasionem*
 fortè Paracelso præbuit *Ruffus*. Sed quinam, an *Ephesus* ille, qui *parandi medi-*
 Galeno posterior, reliquit *libros de appellationibus humani corporis* *amenti præ-*
partium, & pauca de affectibus vesicæ, renū & medicamentis præ- *buit Ruffus.*
gantibus fragmenta? Minimè gentium. Oportet fuisse alium Ga-
 leno priorem. Mentio fit *Ruffi 2. epidemiorum*. Et *AEgineta lib.*
2. cap. 39. meminit medicamenti ex *aloe, ammoniaco, thymiamate,*
myrrha, in forma pulveris tabæ magnitudine, cum vino odo-

Hh

rato

rato quotidie exhibiti, cujus mirabilem in peste efficaciam Ruffus expertus fuerit.

Paracelsus mutavit ingredientia.

Mutavit Paracelsus pro arbitrato, & loco ammoniaci & thymiamatis substituit crocum.

*℞. myrrhae optima aloes epatica vel lucida
croci orientalis veri āā ʒj.
spiritus vini, spiritus ꝑ q. s. acidulati q. s.*

Pulverisata misceantur, & infundantur, inque digestionem stent ꝑ & ꝑ viij. interdum commoto vase & agitato. Quod tinctum & extractum, per inclinationem separatur. Materiae in fundo restitanti iterum ꝑ sulphuris spiritu acidulatus affunditur, quod coloratum separatur. Tandem omnes solutiones conjunguntur, digeruntur, & in vitro adservantur.

Vires.

VIREs à *Crollio* ordinata serie proponuntur, una cum dosi, & utendi modo.

CAPUT VII.

Elixir proprietatis Helmontianum album.

Modus componendi Helmontianus.



Elmontius fragm. de arcanor. revelat. tom. 1. p. 573. ab ADEPTIS elixir proprietatis Paracelsi ita parari ait.

℞. aloes lucida, myrrh. opt. croci opt. āā ʒj.

Si plus sumseris, frustra id factum reperies. Duo priora terantur accuratè: crocus, quia non teritur nisi exsiccatus, conglobatur tundendo. Digerantur in vitro capaciiori albo hermetice sigillato tamdiu, donec offa conglobata in fundo apparuerit, & oleum clarum in parietibus vitri circuletur. Tum aperto vitri collo, affundatur

Aqua cinamomi.

Destilletur per alembicum, donec nihil è rostro cadat.

Vires.

VIREs. Liquore hoc tum quartana, tum continua fugatur. Qui noctu sumserat sacrosanctum viaticum & extremam unctionem, me in prandio, *inquit*, convivam circa lectum habuit.

Erineas.

Hyperbole est manifesta. Tanta huic medicamento adscrib

cribi virtus nequit. Error occurrere potuit in $\alpha\epsilon\sigma\upsilon\nu\acute{\omega}\sigma\delta$. Pro clamato habitus æger, $\acute{\epsilon}\kappa\epsilon\gamma\alpha\tau\eta\mu\acute{\epsilon}\nu\omicron\varsigma\ \iota\pi\delta\ \tau\acute{\epsilon}\nu\omicron\sigma\eta\mu\alpha\tau\omicron\varsigma$, victus qui à morbo nondum erat. Præparatio etiam non caret scrupulis. Videatur *Poppius tract. de hydrope p. 28.*

ALIA VIA parari idem potest medicamentum.

Alius modus.

℞. aloen, myrrham, crocum, cinamom.

caryophyllos aromaticos āā ℥i℥.

aquæ cinamomi albæ, ad super eminentiam digitorum viij.

Stent in digestionem .iij. trium dierum spatio. Effundatur menstruum: alia aqua cinamomi affundatur. Tandem omnes jungantur.

VIRES stomachicæ singulares deprædicantur.

DOSIS $\mathfrak{z}\mathfrak{ss}$. $\mathfrak{z}\mathfrak{j}$. UTENDI MODVS, in vino generoso.

Vires.

Dosis &

Utendi modus.

CAPUT VIII.

Elixir proprietatis correctum D. Michaelis Schöni, Archiatri Ducalis Saxo-Coburgici.

R *aloes socoterinæ ℥ij. myrrhæ rubræ ℥j. croci orientalis ℥℥.* Pulverisata seorsim grosso modo irrorentur spiritu Θ -li. Stent per diem naturalem. Post affunditur menstruum peculiare. Id vocare solebat AQVAM PHILOSOPHICAM VNIVERSALEM solventem, SPIRITVM MVNDI, ROREM pluvialem stillatitium, eductum exterrâ philosophicâ argillosâ macrocosmi, vel SALE CENTRI. Meminerant hujus spiritus *Michael Sendivogius Polonus, nec non Marius quidam in præfatione calendarii anno 1612. & 1613. editi.* Cum autem illud non haberet ad manum, recipiebat SPIRITVM AQVÆ PLUVIÆ, vel RORIS, imprimis verno & æstivo tempore collectæ.

Modus concinnandi.

℞. aquæ pluvie vel roris majalis per vesicam destillatam mens. vj. terebinth. cypriæ ℥j.

Lento arenæ igne per alembicum vitreum, ex cucurbita terrea exstillet spiritus, & in vitro ad usum servetur, oleo omni per tritorium clepsydram separato.

℞. hujus aquæ terebinthinatæ, spiritus juniperi bis rectificati āā ℥j. Effunde eadem super massam ante dictam, ad duorum vel

Hh 2

trium

trium digitorum eminentiam. Stent in infusione per dies XIV. quotidie spathâ ligneâ circumagitando, vitrum autem ipsum, ne spiritus exhalent, bene obligando. Finito dierum XIV. curriculo, spiritus per inclinationem à speciebus separetur, & per purum colatorium transmittatur. Speciebus iterum tantundem menstrui adfundatur, digestionem instituta, liquor filtratus ad usum servatur.

Virtutes.

VIRTUTES elixiris Paracelsici huic etiam competunt, & ab autore plures adduntur, quas imprimis deprædicat exaltatas à menstruo philosophico. Vocat conservans generale & speciale.

Dosis.

DOSIS. Exhibetur in actu præservationis à v. ad xij. guttas. In actu curationis à xx. ad xl. guttas. In peste ad guttas l.

Utendi modus.

MODUS UTENDI in calidis morbis, in frigido vehiculo: in frigidis in vino. Non opus est, ut operose misceatur. Es vermengt sich selbst / und setzt sich nicht zu Grunde / woraus sein essentialisch Wesen wol zu spüren.

CAPUT IX.

Elixir proprietatis cum essentia absinthii.

Ex æqueo.

R *Elixir. propr. Par. ℥iij. essentia absinth. ℥iij.*
Stent in digestionem.

Vires.

VIRES stomachales insignes præconio dignæ.
DOSIS & UTENDI MODVS, quæ prioris.

CAPUT X.

Elixir proprietatis antihypochondriacum & scorbuticum.

Processus.

R *aloes, croci, myrrhae aa ℥ß.*
spiritus antiscorbutici, ex cochlear. nasturt. sedo murali,
radice chelidoni minoris & raphanirusticani, parati q. s.
Stent in digestionem. Terantur primò species in mortario vitreo cum modico spiritus. Post spiritus addatur. Liquor defusus servetur ad usum, in bene munito vase.

VIRES

VIRES indicat nomen. DOSIS g. xx. xxx.

Vires.

Vtendi modus.

UTENDI MODUS in cerevisiâ coctâ cum pane, vel juscu-
lo carnis coctæ cum radice pastinacæ Italicæ.

CAPVT XI.

Elixir proprietatis purgans.

R aloes, myrrha ãa ℥ij.
rhabarb.

croci ℥ij.

Elixir purgans.

scammonii ℥ß.

gialap. resinof. ãa ℥j.

fol. senæ Alexand. ãa ℥j.

sem. ebuli

cortic. citri

⊖ ♀ ℥iij.

aurantiora ℥ij.

Pulveris. incisa s. a. misceantur, iisque adfundatur vinum malva-
ticum vini spiritu exaltatum, & ⊖ li spiritu modico impregnatum.
Per digestionem extracta tinctura effunditur. Novus spiritus af-
funditur. Coniuncti simul digerantur per ℞vj. Post colentur
per linteum subtile.

VIRES leniter alvum subducendi placent, seque commen-
dant in actu præservationis & curationis.

DOSIS ℥ß. Plus etiam adsumi potest.

Dosis.

UTENDI MODUS in jure carnis vel pulli, aut cerevisiæ
cum pane coctæ.

Vtendi modus.

CAPUT XII.

Alichsiro stomachicum nostrum, ad imitationem Minsichthi.

R fol. menth. crisp.
salvia ãa mj.

sem. fœnic. anis.

rad. acori veri

caryophyll. cinamom.

Componendi
methodus.

galang.

cannella albæ

zedoar.

nuc. mosch.

pimpinell. ãa ℥j.

macis

cortic. citr.

cubeb. ãa ℥ß.

aurant. ãa ℥ß.

coriandr.

⊖ ♀ alb ℥j.

Pulverisata grosso modo digerantur spacio ℞iij. leni calore,
superinfusis.

Hh 3

spiri-

238 *Lib. IV. Sect. II. Cap. XIII. Elix. antihypochondriacum.*

Spiritu vini q. s. ad justam eminentiam.

⊕ *liq. s. ad gratum acidulatum saporem.*

Vires.

VIRES à Minsichto armamentario chimico adsignatæ hic

locum habent.

Dosis.

DOSIS à ℥ss. ad ℥j.

Modus utendi.

UTENDI MODUS in jusculo, horis matutinis, in aliquot
juris cochlearibus: pomeridianis in haustu vini malvatici, vel Fran-
cici.

CAPVT XIII.

*Elixir antihypochondriacum, hepaticum, splene-
ticum & antiscorbuticum.*

Processus.

R *fol. agerati corymbifericum floribus flavis.
chamædryos, agrimonie, hepaticæ cæruleæ, albæ
ceterach veri, lingv. cervin spicant. fumar.
cochlearie, nasturt. aq. sedi muralis āā m̄j.
rad. diptami albi, rhabarb. monach. acori veri, filiois
scorzoneræ, polypodii, sarsaparill. āā ℥j.
cort. rad. cappar. tamarisci, median. fraxini āā ℥j.
sem. genist. anisi, fœniculi āā ℥j.
fl. genist. hepaticæ cœrul. & albæ
centaur. minor āā p. x. hyperic. sambuci āā m̄ss.
ligni sancti raspati ℥iiij. scobis ligni sassafr. ℥iiij.*

*Concisis, contusis, & sale q̄ri cum radicibus rhabarbari bene tritis
accuratè misto, adfundatur*

Spiritus vini q. s.

*Stent in digestionem. Tinctus spiritus effundatur. Novus reafun-
datur. Conjuncti omnes exhalent leniter. Residuum servetur ad
usum. EXALTARI potest additis*

spir. ⊕ li q̄ theriacali camphor. a q. v.

Vires.

*VIRES. Visceribus languentibus in dictis affectibus me-
detur.*

Dosis.

DOSIS. ℥j. ℥ss.

Utendi modus.

UTENDI MODVS in jusculo, cerevisiâ, vino, vel aqua a-
lia adpropriatâ.

CAPVT

CAPVT XIV.

Elixir nephriticum lithontripticum.

R baccar. juniperi ℥iij. hederæ arbor. ℥j.
 alkekengi seu solani vesicarii ℥i℞.
 semin. cynosbati, lithospermi āa ℥j.
 rad. saxifragiæ albæ tuberosæ, pimpinell. ononidis
 raphani rustici a ℥j.
 fragorum maiorum seminibus turg. ℥ij.
 ligni nephritici veri, quod aquam caruleo colore inficit, ℥j.
 fol. hederæ terrestris, veronica, virgæ aureæ āa m ij.
 fl. meliloti, chamæmeli āa m ℞.
 spiritus fecibus vini q. s. spiritus salis ℥ij.

In digestionem stent per ℞ tres. Tinctus & essentiâ imprægnatus spiritus servatur ad usum. Exaltari potest spiritu ☉. ☽. li.

VIRIBUS pollet arenulas renum seu tartarum fecalem fluidum & coagulatum resolvendi, in actu præservationis sumtum.

DOSIS ℞. ℞j. ℥℞. in liquore conveniente.

Dosis.
 Utendi modus.

CAPVT XV.

Elixir uterinum.

R fol. calamenthi baccar. lauri āa ℥j.
 artemisiæ πολυκλῶν. cort. citri
 matricar. aurantior. āa ℥vj.
 pulegii āa m j. granor. paradisi. ℥℞.
 rad. bryoniæ sem. anisi ℥℞.
 rubiæ tinctor. ocimi caryophyl. ℥iij.
 zedoar. diptami albi Incis. contus. gr. modo
 ireos florent. āa ℥ij. infunde in
 cinamomi sp. vini q. s. adde
 anthophyll. ☉ ♀ ℥ij.
 nuc moscat. Stent in digestionem Colatura
 zinziberis S. Mutter elixir oder vielmehr
 cardamomi essenz.

VIRIS

Vires.

VIRES notat ἐπιζεαφῆ. Intemperies frigidas uteri & genitalium partium emendat: moræ patientes inenses admonet officii, & matricis suffocationem corrigit.

Dosis.

DOSIS ℞j. ℥j. in vehiculo conveniente.

CAPVT XVI.

Elixir Pestilentielle Paracelsi.

Vitor hic tomo x. de peste ad Sterzingenses cap. x. p. 358. gedenkt einer Urzney oder Trancck / dadurch die Pestilenz im Schweiß außgetrieben wird.

℞. Valcolifati, qui accensus nullum phlegma relinquit mens. j.
 theriacæ optima ℥vj. myrrha ℥ij.
 clavorum equorum ℥iij. spermatis ceti
 terra sigillata Strigoniensis ā ℥j.
 rad. vincetox. pimpinell. valeriana āā ℥ß. croci ℥j.

Contusa, contrita s. a. misce in vitro. Stent ℞ viij. intervallo, solis radiis exposita, vase ad amissim clauso. Defusus liquor virtute simplicium impragnatus fervetur usui.

*Dosis &**Utendi modus.*

DOSIS & UTENDI MODUS. Quantum cochleari dimidio vel integro adsumi potest, exhibeatur, stragulis bene operto corpore. Abstineat à cibo per horas sex.

ADDITAMENTVM.

Exaltatio.

Jubet huic miscere spiritum ꝑri, binâ per alembicum rectificatione ad summam puritatem redactum. Sicque promittit excellentius medicamentum, & multo præsentius priori, licet sapore ingrato soleat esse molestum. Verba German. ἐμφανῶνεσσι hæc sunt: Auf diesen Trancck also gemacht ist sich wol zugetrösten / den nach natürlicher Krafft mag es höher nicht gebracht werden. Und wiewol nicht viel im Brauch / und wenigen bekant / dennoch grösser Bestand / Tugend und Erfahrungheit.

Ἐπιζεαφῆ.

An spiritus ꝑri tantum pondus addat priori medicamento, meritò dubitatur.

Solet Paracelsus nonnulla reticere. Scopum eminentiæ hunc feliciter adsequetur medicamentum, si conjungatur totum arcanum ex spiritu ꝑri, Oli correcto, & theriacali camphorato.

LIBER

LIBER IV.

SECTIO III.

De tertia classe mediorum operum chemicorum, continente extracta vegetabilium.

CAPUT I.

De iisdem in genere, & eorum menstruo agit.



Extractum est optima vegetabilis essentia, à crassiore corpore per idoneum menstruum separata, beneficio digestionis, & evaporatione seu exstillatione ad consistentiam redacta. Adio ipsa vocatur *χύλωσις* vel *ἐκχύλωσις* à Græcis antiquioribus. Primus gradus ad extractum est unctura liquida: alter mollis seu essentia: tertius, ipsum extractum. Extracta paucarum vel nullarum virium censet *Zwelferus*.

MENSTRUUM, quo virtus simplicis elicitur, solet eligi communiter & indiscriminatim spiritus vini. Morem hunc *Muller. mirac. med. lib. 4. cap. 1.* erroneum vocat. Peccatur, inquit, in hac re idè: 1. si subtiliores sint simplices res istæ, nimis subtilis pars in *Veffunditur*. 2. Summè calidus cum sit, alienâ qualitate rem imbuit, & tartareo spiritu inficit. 3. Rarò bonus impetrari solet, nec ubique gentium in copia est, ut plurimum magno precio redimendus. Hanc ob rem, *subjungit*, conducit, tale eligere menstruum, quod & facilè ubique absque precio haberi non potest, atque ob temperatam qualitatem atque simplicibus illis non repugnantem (quippe quâ in terra crescentia irrigantur) fit conveniens. Tale menstruum est ∇ pluvialis destillata & rectificata: vel aqua propria, aut ros majalis destillatus. Palma relinquatur pluviali, cum reliqua non semper haberi possint.

Descriptio.

Menstruum & rejicitur à Mullero.

1.

2.

3.

Li

Verum

Επίκευσις.

Verum hæ rationes tanti non sunt faciendæ, ut spiritum vini pro menstruo extractionis non agnoscamus commodissimo & ferè catholico.

Commoda sunt quidem & reliqua, ac etiam nonnunquam in usum venit.

Vegetabilium extracta.

ALTERANTIA VEGETABILIIUM extracta communis notitiæ sunt varia. Parentur ex foliis, radicibus, fructibus.

CAPVT II.

Extracta vegetabilium in specie, *§ 1. Absinthii.*

R

fol. absinthii vulgaris sic. spir. vini boni q. v.
Stent in digestionem. Tinctum quod apparet, auferatur. Novus adfunditur. Soluti & filtrati spiritus exhalent ad justam crassam seu spissam extracti consistentiam.

Eodem modo paratur extractum *card. benedicti, centaury minoris, chelidonii majoris, majorana, mentha crispa, ruta, salvia.*

Vires.

VIRES. *Absinthii* extractum ventriculo, *cardui benedicti* cordi, *centauri minoris* hepatis, *chelidonii majoris* vesicæ fellis, *majorana* cerebro, *mentha* iterum ventriculo, *ruta* & *salvia* cerebro auxiliares ferunt suppetias.

Dosis & Utendi modus.

DOSIS g. j. UTENDI MODUS in jusculo, vino, vel spiritu cinamomi. Miscentur morsellis, rotulis, tragematibus.

CAPVT III.

Extractum florum Croci orientalis.

R

fl. croci or. q. v. v. q. s.
In leni calore facta extractione, liquor supernatans exhalet ad justam extracti consistentiam.

Vires.

VIRES. Cordi patrocinator & utero.

Dosis.

DOSIS, pondere grani j. vel quantum cultelli cuspidem prehendendi potest.

Modus utendi.

UTENDI MODUS in vino, vel alio specifico liquore.

CAPUT

CAPUT IV.

Extractum radicum acori veri, angelicae, tormentilla, zedoariae.

Radicis alicujus incisæ g. m. ℥j.
spir. vini ad eminentiam digitor. x.
Stent in digestionem, donec coloretur menstruum. Effunde, & alium spiritum affunde, idque repete toties, donec non amplius coloretur. Conjunge omnes, & spiritum vini in MB. ad spissitudinem separa.

VIRES. Acori extractum ευσόμαχον, angelicæ καρδιακόν, Vires. tormentilla κεφαλικόν, zedoariae υσελικόν.

DOSIS g. ij. iij. iv.

Dosis.

VTENDI MODVS. Formentur pilulæ, vel cum saccharo *Modus utendi* in tragematibus & rotulis misceantur.

CAPUT V.

Extractum Opii simplex.

NOMEN. Opium est succus papaveris, & ratione diversi parandi modi, nomen duplex obtinet: μηκόνιον καὶ ὄπιον *ante Dioscoride lib. 4. cap. 65.* MECONIVM ita paratur: τὰς κωδίας μετὰ τῶν φύλλων κόπτοντες ἐκτρίβετε

Modus parandi meconium.

διὰ πρῆξιν, ἢ τρίβοντες ἐν θυρίᾳ, ἀπαλλάττετε τοχοίσκῃς. Καλεῖται δὲ τὸ λοιπὸν μηκόνιον, ἀδρανέστερον τοῦ ὄπιον. *Paraverum vascula cum foliis tundentes, torculari exprimunt, mox in mortario teretes pastillos formant. Vocatur autem illud meconium, multum*

opio ignavius. OPIVM verò ita paratur: Ὀπίζοντες δὲ δεῖ, μετὰ τὸ τὰς δρόσῃς ἀνικμασθῆναι, πειράσθην μαχαίρῃ τὸν ἀσερίσκον ὡς μὴ εἰς τὰ ἐντὸς διατρήσῃ, καὶ ἐκ πλαγίων δὲ τῆς κωδίας ἐπ' εὐθείας ἐκτέμνειν ἐξεπιπολῆς, καὶ ἄπο ψῶν τὸ δάκρυον ἐπερχόμενον δακτύλῳ εἰς μύαλα. καὶ πάλιν ἐπιπορεύεσθαι μετ' ἑπολύ. εὐρίσκεται γὰρ ἐπισυνεσῶς, καὶ τῇ ἐπίσῃ δὲ ἄτως εὐρίσκεται, δεῖ δὲ ἐν παλαιᾷ θυρίᾳ τρίβειν, καὶ ἄπο τίθεσθαι ἀναπλάσσοντάς. *In colligendo autem liquore seu lachryma, cum aruerint rores, oportet stellulam in*

Opium concinnandi Eγχύρησις.

Summopapavere sic scarificare, ne alius ad interiora vulneris descēdat. Oportet itidem vascula ex obliquorecta secare, destillantemq; lacrymam digito in conchulam detergere: postmodum redire: iterum detergere, & hoc aliquot dies continuare: Invenitur enim continuo concreescens. Idem sequenti faciendum. Hic succus in mortario vetere, in pastillos formatur. Appellatur à Nicandro alexipharm. τ. 15. μήκων & δάκρυ, lacryma papaveris:

Delectus.

Eligitur, expetiturque ad usum medicum quidem ὀψὸν ὀπὸς, vulneratione qui exsudat. Sed cum opium in tantâ copiâ ad nos adferatur, non verum opium id esse, sed potius meconium, verisimile est.

Menstruum
extractionis
duplex.

MENSTRUUM extractionis duplex est: spiritus vini, & acidus succus.

I.
spiritus vini,
adsertus à Sen-
nerto, & Bil-
lichio.

II.
Acidi succi ad-
seruntur à Pa-
racelso.

PRIMUM eligunt, qui narcoticam & anodynâ vim in sulphurâ parte quærunt. Adserit eundem Sennertus libr. 1. prax. part. 2. cap. 1. confirmat Billichius animadvers. & observat. chim. Tacendum non est, inquit hic, quod spiritu vini vix comperta sit adversus opii maleficium præsentior antidotus.

ACIDOS SUCCOS eligunt, qui deleteriam vim, & salinum principium respiciunt.

Paracelsus archidox. lib. 7. capite de anodyno specifico, adsciscit succos acidos cydoniorum, citri.

Quercetano.

Quercetanus pharmacop. dogmatica restit. ACETUM venenorum omnium domitorem commendat.

Hartmanno.

Hartmannus basil. chim. com. p. 313. opium cum spiritu vini extrahi nolim, inquit, quia illud ꝑ potius aggreditur, quam ☿ & ☉. Est vero in ꝑre potissima vis narcotica, humanæ naturæ inimica: acetum verò, quod purius est, de ꝑ sumit. Ideò præstat in hoc genere ✕.

Petrojo.

Petrejus dissert. harmon. tom. 1. disp. 5. quest. 9. spiritum vini etiam rejicit, quod non sit legitimum corrigens. Opium, inquit, foetidum & venenatum suum ꝑ (quod vel post ignis examen adhuc integrum superest in opio) spiritu vini correctum non deponit, imo à spiritu vini magis attenuatum malignitatem citius exferit, & intimiores partes insinuat, & laudani compositionem deteriolem facit.

Bren-

Brendelius chim. in artis formam redacta, digressionem ad cap. 4. Spiritum vini eo nomine rejicit, quod nihil præter q̄ cujuslibet rei extrahit, sicque SAL intactum relinquit. In sale autem anodynâ vim latere statuebat.

Brendelius spiritum vini rejicit, quod sal opii intactum relinquit.

Nostro calculo utrumque menstruum approbatur. Utroque modo paratum satiat expectationem ægrorum & medicorum. Potentior innoxius usus est ratione.

Εὐκλειαις.

I. PRÆPARATIO per ♁.

℞. Opii Thebaici in frustula secti, ♁ ex fecibus, q. v. Stent in digestionem, donec solvatur opium, per filtrum lineum exprimendum, & in subjectâ scutellâ vitreâ, ad justam consistentiam redigendum.

Præparationis opii per ♁ processus.

II. PRÆPARATIO per ✚.

Processus

℞. Opii Thebaici dissecti à foliis, quibus involvi solet, & festucis per ✚ liberati, & super patellâ seu laminâ ferrea justo ignis moderamine exsiccati q. s. aceti vini, vel succi citri q. s.

Stent in digestionem lenis caloris. Solutio cum facta, colatura instituitur per linteum cum validâ expressione. Exceptus liquor vase vitreo exhalat, in vitro vel pyxide terreâ ad servandum.

CAPUT VI.

Extractum opii compositum, seu Laudanum Opiatum.

NOMEN LAUDANUM dicitur, quasi laude dignum vel laudatum medicamentum. Laudabile illud medicamentum, *verba sunt Crollii basil. chim.* planè suo respondet nomini, si laudanum dicas. Invehitur in has laudes *Libavius syntagm. lib. 8. cap. 44.* Barbaricæ insolentiæ vox est, *inquit*, laudanum, & Paracelsicæ conveniens dementiæ. Laudanum pro laudato aut laude digno nullus Latinus dixerit. Rectius extractum opii correctum. Sed loquendum interdum cum vulgo, modò intelligamur. OPIATUM dicitur à basi præcipue ingrediente. *Theodorus Zuvingerus* nepenthes appellabat ab anodynâ facultate.

Preparatio per

V

I. PRÆPARATIO per V.

℞. Opii Thebaici puri ℥j. spiritus vini optimi q. l.

In leni calore digestionē factā extrahitur tinctura, simulque exhalant silvestres quædam atomi, reliquæ maturantur & mitescunt. Deinde

℞. sp. diambra sine ambrâ & mosco ℥ij. sp. vini q. l.

Extracto opii, tincturæ spec. diambra dimidia pars addatur, stent donec exhalaverit maxima pars. Adde

magist. perlar. corallior. āa. ℥j. essent. croci orient. ℥ss.

Misce. Deum affunde tincturæ specierum alteram partem, & in lento igne exhalare permittē. Adde

ol. citri, cinamomi, caryophyll. angelica āa. g. vj.

mosci, ambræ āa. g. vij.

In vase eleganti. ☉. Laudatum opii medicamentum.

Preparandi.
modus cum

✕.

II. PRÆPARATIO per succos acidos.

℞. Opii Thebaici tenacis succosi q. l.

Scindatur in tessellas seu frusta exilia, in patellâ ferreâ, vel terreâ scutellâ vitreatâ : incalescat, ut fumet. Nonnulli odorem aromaticum expectant. Leni hâc exhalatione peractâ, affundatur

succus citri, vel. ✕. q. l.

In leni digestionē quod tingitur, defundatur, fecum relicto magmate, & ad mellaginis consistentiam, lentâ evaporatione redigatur.

℞. hujus ℥j. extracti croci ℥j.

magisterii perlar. farinacei ℥j.

Ad justam, fermentatione peractâ, extracti consistentiam redactum excipiat vitro, & ☉. Laudanum de tribus.

Vires.

1.

anodyna.

VIRES. 1. ANODYNÆ celebres sunt. Tollendi dolores quoscunque vim habet, vel ad minimum mitigandi, inde *νηπενθὲς φάρμακον omnem luctū & molestiâ tollendi vim habens medicamentum* rectè dicitur. Nephthes Helenæ Homericæ *Odyss. 4.* fuit *ἄχολόν τε κακῶν ἐπίληθον ἀπάντων, bile & molestiâ liberans, ac omnium malorum oblivionem inducens.* Tale etiam est laudanum opiatum.

2. somnifera.

2. *ὤνοποιός ὁ δ' ὄπός, SOMNUM inducendi virtutem habet potentem, suavissimâ requie naturam demulcens.*

2. FLU-

3. FLUXIONES omnes SISTIT sanguineas, in hæmor-
rhagiâ narium, uteri, Vomitus sanguinis compescit, ut & tusses
inveteratas sanguineas. Moderatur etiam fluxiones succorum à
sanguinis naturâ alienorum, tum spontaneas, in catarrhis ad nares,
fauces, pulmones tussiculosos, ut & ad intestina in diarrhœâ, dys-
enteriâ ruentibus, tum arte factis in hypercatharsi. In phthificis ab
ulcere pulmonis inhibet, & sistit sputum. Inde periculosa ejus ex-
hibitio. Suffocantur inde ægri non rarò, qui unum aut alterum di-
em supervivere potuissent.

3. fluxionum
inhibitorum

4. FEBRIUM paroxysmis etiam opiâtum hoc laudanum
frenum injicit, & ne revertantur, prohibet. SOPOREM INDU-
CENTIA in febribus locum habuisse antiquitus, constat ex *divi-
no sene de morbis lib. 2. sect. 2.* cum ad quartanas commendat medi-
camentum compositum ex semine hyosciami, radice mandrago-
ræ, silphio & trifolio. *Trallian. lib. 12. cap. 8.* antidotos magnas ad
quartanas commendat, quæ opium recipiunt & hyosciamum. *Ga-
len. 1. de febres curandiratione ad Glauconem cap. 11. & lib. de the-
riaca ad Pisonem cap. 15.* Φάρμακον δι' ἐχιδνῶν *theriacam* quarta-
næ febrî adverteri & paroxysmum impedire scribit, quod melan-
choliæ bellum inducat.

4. febrifuga.

5. SUDORIFERA vis excellit in opio, autore *Nicandro*, 5. ιδρωλικαί.
alexiph. t. 15. ἀμφὶ δὲ ὀδμήες, inquit, καμάρω περιλείβεται ἰδρῶς αἰ-
θρόσ, è que labore illo odoratus sudor destillat unâ collectus. Eadem
à *Felice Platero in practicis libris*, & observat. etiam adnotatur. In
laudano etiam observatur. Sopiti ejus ab usu, leni diffluunt sudo-
re, nonnunquam odorem opii referente. ὀσμὴ τε τῆς φαρμάκου, in-
quit *Dioscorid. lib. 6. cap. 17.* δι' ὅλης τῆς σώματος ἐκδίδοται, expan-
ditur ex toto corpore opii odor.

6. PURGANDI vis in papavere sylvestri, quam observavit
Plinius hist. natural. lib. 20. cap. 19. emicat etiam in OPIO. Agno-
vit eandem in opio, & salî adscripsit *Quercetanus de medicina pri-
sca, Philosophorum libro uno cap. 8. p. 79.* opium amarum esse, ait,
ratione salis. Ex eodem separato à suo oleo, seu ꝑ narcotico, pur-
gans fit, haud minus sanè, quàm ex omnibus amaris, ut gentianâ,
centaurio, & similibus, separato nimirum, dextreque præparato
corundem sale.

6. καθαρλι-
καί.

Elu-

in laudano a-
gnita ab Hol-
montio.

Elucescit hæc vis etiam in laudano. *Helmontius*, *jus duum-
viratus* in scripto libro 1.62. p. 314. ineminit opiatum vesperi exhibitum,
mane per vomitum rejecti cum suspensa tussi, & serreatuum ge-
neratione.

crebrâ nostrâ
experientia
confirmata.

EXPERIENTIA crebra docuit post circa noctem horâ
nonâ exhibitum opiatum laudanum ad g. ij. iij. manè alvi fluxum
& vomitum crebrum insequuta.

7. ἀναστομι-
τικαί.
Hofmann. eas
adserit.

7. Ἀναστομωτική δύναμις τῶν φλεβῶν, vis venarum ora ape-
riendi etiam tribuitur laudano opiato. *Hoffman. in medicam. offi-
cin. lib. 2. t. 1. 169.* contra opiata differit, nostrum opiatum, *inquiens*,
quo minus esse credam laudanum opiatum *Paracelsi*, unicum facit
experimentum, quod cepi. Adactus clamoribus colici cujus-
dam, dedi g. ij. in sirupo de chamæmelo. Inde nihil lucri mihi præ-
ter mictionem cruentam.

✶ *Borellus.*

Borellus centur. 4. observ. 57. recenset, medicum ægro, somni
conciliandi gratiâ, laudani duplicem dedisse dosim, immemorem,
ei venam nuperrimè sectam fuisse. Quare dum membra languen-
tia, & insensilia hoc somno reddita essent, effluxit sanguis e bra-
chio, adeò, ut ejus effluvio nocturno perierit.

CAPUT VII.

De hisce laudani, & opiatorum viribus, causis,
& quid sentiendum, exponit.

Dioscorides o-
piata agere do-
cet refrigeran-
do, incrassando,
siccando.

Dioscorid. lib. 4. cap. 65. virtutes opii refert ad refrigeratio-
nem, incrassationem, & exsiccationem. ὁ δ' ὀπῖος, *inquit*,
ἢ αὐτὸς ψυχῶν ἐπιπλέων καὶ παχύνων καὶ ξηραίνων λι-
φθεῖς, βραχὺς ἄσπον ὄροσθ, αἰνώδυνός ἐστι καὶ ὑπνοποῖός ἢ
πεπλικός. Βοηθῶν ἐν ξί καὶ κοιλιακῶς διαθέσει. *Succus papaveris*
majore refrigerandi, crassescendi & siccandi vi, erui quantitate
sumtus, dolorem lenit, somnificus est. *Maturat, tussibus, & cæliacis*
affectionibus succurrit.

Galenus opia-
ta agere docet
sensum partis
sopiendo.

Modos agendi pariles, parum tamen mutatos, in opiatis a-
gnoscit *Galenus* 12. *methodi cap. 8.* ὅσα δὲ ὀπίε καὶ ὑσκιώμα, καὶ
τῶν ὄντως ψυχόντων σκευάζεται φάρμακα, ψύχει τὸ αἷμα, καὶ ξη-
ραίνει πάντως, κατὰ τὸ πρὸ δὲ ἐμόνον: ὡς αἰσθητῶς ναρκωτικὰ χρήσιμα
καθ' ἑ-

καθέρηκεν, ἀλλὰ καὶ ὡς συνίσταται καὶ παχύνονται τὴν τῶν ὑγρῶν λε- *incrassando,*
πλοῦτητα, ἢ τὴν θερμότητα ἐμψύχοντα. *Ex papaveris succo quæ parã-*
tur medicamenta & alterco, frigidis, suâ naturâ frigida sunt & sic-
ca. Hac ratione non solum ut sensus STUPOREM inducentia sa-
lutaria sunt, sed etiam, ut humorũ tenuitatem cogentia & CRAS-
SANTIA: præterea vehementem calorem REFRIGERANTIA.

Duo priores Galenici agendi modi recipiuntur, non terti- *πίκελοις.*
us ultimus.

NULLA FRIGIDÆ temperiei, plurima calidæ adsunt ar- *Caliditatis*
gumenta SAVOR amarus caliditatis argumentum: at opium a- *argumenta*
marissimum. ODOR gravis & teter penetrantissimus, INFLAM- *præbens*
MABILITAS caliditatis indicia. SUDOREM provocat opium, *1. sapor.*
effectu sanè calido. τῆ κνησμῶ pruritus meminit Dioscorid. loc. cit. *2. odor.*
& quidē tanti. ὡς τε διεγείρεσθαι ὑπ' αὐτοῦ, ut, qui idem sumit, somno *3. inflamma-*
profundo licet corripitur, tamē ab eo excitetur. At prurigo caloris *bilitas.*
signū. Effectus tamen hic, mediocrius solet sumi dosi, ratō apparet. *4. sudor.*
5. pruritus.

PRIMUS MODUS, SENSUS STUPEFACTIO consistit *Modus stupe-*
in delinifica vi, quæ ἐν αἰσθησίᾳ moderatur, & expultricem facul- *faciendi.*
tatem, iratumque archeum placat, Circæa quasi virgâ tactum.

SECUNDVS MODVS est HUMORVM MOTVS IN- *Modus humo-*
HIBITIO. Inde διάχυσις *disgregatio* eorū prohibetur. Inde mor- *rum motum*
bus quasi in CENTRO retinetur. Non inquitur totalis motus aut *inhibendi.*
circulationis inhibitio, hæc enim salvâ salute publicâ nec per mo-
mentum cessare potest, sed separatio humorum ab invicem.

In DOLORIBVS sedandis, & SOMNO provocandō pri- *In doloribus*
mus modus habet locum. Non evertunt thesin, qui regerunt: *sedandis pri-*
quod in somnum opiatorum usu delapsi expergifiant, si pun- *mus agendi*
gantur acu. Ergo sensus tactūs non est sopitus. *modus habet*
locum.
Ναρκή μετεῖν ὀδίνῳ λύει, autore Hippocrate, libro de liquidorum
usu, moderatus stupor dolorem sedat. Sopita est facultas sentiens,
non conclamato stupore è medio sublata.

In FLUXIONIBVS sistendis secundus modus locum ha- *In fluxionibus*
bet. Figuntur humores quasi, fixique stant immoti, qui volati- *sistendis, se-*
les quasi, sagittæ instar alatæ, concitato ibant motu ἀθρόως καὶ *eundem modum.*

Kk

ταχέως,

habet locum. *ἰαχέως: αἰθρόως confertim & subito, ratione copia & festinationis, ἰαχέως temporis habitâ ratione.*

Idem iudicium de febribus. In FEBRIBVS eadem motûs humorum *διάχυσις diffusio* impedita habet locum. Quiescentibus aliquo modo humoribus eorum disgregatio & fermentatio non consequitur, inde paroxysmis frenum injicitur.

Vnde sudor ab opiatorum usu? *Διαφορητικὴ δύναμις* unde? Si opiata *διάχυσιν* humorum impediunt, qui fit, quod sudor eorum ab usu excitetur. Respondetur: quiescentibus humoribus cùm magna moliri nequeat expultrix, meditatatur parva, & per poros excretionem molitur.

Vnde ἢ ἄνω καὶ καίτω καίτω καὶ αἵματι? Quei verò *ἄνω καὶ καίτω* stimulant opiata? Respondetur: subsistentibus invitis humoribus, natura & expultrix vegeta irata, seu archeus laceffit indignabundus excretionem tandem molitur.

Αναστοματικὴ δύναμις vocatur in dubium. ORA vasorum aperiendi vis ἔκαστ' ἐαυτῶν, nullo modo per se opiatis competit. Primus æger Hofmannianus sine dubio laborabat colica symptomaticâ, dependente à calculo renum, quo moto vascula renum læsa stillarunt sanguinem. IN ALTERA historia Borelliana non opii, vi sed, indecente brachii motu apertâ venâ, sanguis emanavit.

CAPUT VIII.

quantitatem & utendi modum exhibet.

Dosis modè vanda.

DOSIS subducatur ad rationis normam. ὁ δὲ ὁπὸς πλείων ποθεῖς βλάπτει, ποιῶν ληθαργικὸς, καὶ ἀναίρει, autore Dioscorid. lib. 4. cap. 65. liquor seu succus papaveris majore copiâ potius nocet, ne xrygnabilem somni necessitatem faciens, usque ad mortem. Repetit Plinius nat. hist. Inde etiam dici potest de opio correcto, seu laudano. Nec desunt exempla, quibus laudani usus improvidus viaticum fuit ad alteram vitam ultimum.

Variâ est.

Variat dosis ratione ætatis & virium. Exhibetur à grano dimidio, ad ij. iij. iv.

Utendi modus.

VTENDI MODVS. Exhibetur I. in forma pilulari. II. in pul-

pulveris formâ , tritum cum saccharo cantho , vel magisterio perlarum.

TEMPVS aptum ejus usui IN GENERE consideratum est NOCTURNUM, quod languentibus artubus refocillandis aliàs est destinatum. Prætereà quodlibet diei tempus commodum est. IN SPECIE commodum est omne momentum, quo VIRES CONSTANT. | Illis vacillantibus sine noxâ adsumi nequit. In malignis propè agona ultimum, quo certat natura cum morbo imparibus armis, obdormiunt ægri, χάλκεον τὸν ὑπνον, inopino fato. Imò omnibus morituris accelerat obitum. In his enim cum pulsus langueat , prostrata facultate, facilè sanguis in corde ipso, & majoribus vasis incrassatur, circulatioque protinùs impeditur. In sanis vegeto pulsu præditis, in vasis minoribus angustioribus, præternaturalem motum solùm inhibet, in vasis majoribus circulatione salva.

Tempus genè.
vale.

CAPUT IX.

EXTRACTA VEGETABILIVM PURGANTIVM SIMPLICIA.

Extractum aloes.

R aloes socoterina lucida ℥iij.
spiritus vini vulgaris, vel excubus dest. q. s.
In leni calore digerantur, solutum defundatur. Novus spiritus substituatur. Tandem conjunctis omnibus, instituat evaporatio ad justam consistentiam.

VIRES leniendi alvum possidet hoc extractum per se ad Vires.
℞. ℥j. datum, hora dimidia ante prandium sumptum.

CAPUT X.

Extractum colocynthidos.

R pulpa colocynthidos à semin. mund. q. v. Trochiscos al.
Discerpatur in minutissima frustula. In leni calore arenæ handal paraw.
vel fornacis supra chartam expansa exsiccentur. Post in di modus.
mortario terantur cum

Kk 2

gom-

gomme tragacantha pura in ▽ ros. soluta
Formentur inde trochisci vel orbiculi.

§. Trochisci alhandal.

Extractum
eorundem.

℞. *hos pulverisatos, spir. vini q. s.*

Extrahatur tinctura. Evaporet ad justam extracti consistentiam.

VIRES catharticae sunt excellentes.

Vires.

Dosis &

Utendi modus.

DOSIS g. ij. iij. MODUS UTENDI. Vel per se reformatur in pilulas cum *sirupo fumarie*, vel cum *aloes rosata & violata* g. ij. aut *extr. panchymag. Crollii*.

CAPUT XI.

Extractum hellebori, seu arcanum hellebori radice purgans Petri Fabri sapient. univers. lib. 3. c. 5.

R *radicis hellebori albi ℥j. ✕ destill. ℥iij.*
Macerentur per octo dies, in vase vitreo optimè clauso, super cineres calidos. Transactis hisce diebus, fiat expressio fortis, & filtretur per chartam bibulam, deinde destilletur lentè, in alembico vitreo, ad mellis consistentiam. Post extrahe cum eodem aceto stillatitio tincturam ex pulvere sequenti.

℞. *spec. electuarii dca podwv abbatis ℥j.*

aloes hepaticae ℥j.

cinamomi ℥j

caryophyll. ℥ij.

moschi, ambr. gryf. aa. g. viij.

Fiat pulvis ex omnibus, ex quo extrahatur tinctura, beneficio aceti stillatitii, repetita cohobatione, donec ex illo pulvere nihil tincturae amplius extrahatur. Extracta tinctura jungatur cum extracto helleborino, quod in fundo alembici remanet. Permisce optimè & abstrahe, quicquid aceti poterit extrahi per destillationem levem, donec in fundo remaneat extractum hellebori albi cum tinctura conjunctum ad consistentiam satis duram, ut ex eo possint fieri pilulae, ponderis granorum decem aut duodecim.

Vires.

VIRES. Hae pilulae expurgant caput mirificè & ventriculum, ubi potissimum est focus & nidus ipsius vertiginis, & sine ullo

nullo convulsionis metu, & labore nullo: corrigitur enim helleborus + stillatio summopere, quia dissolvit ipsum, & in dissolutione sua amittit quicquid habet veneni, unde alteratur summopere. Quidni corrigeretur helleborus, cum & ☿ & ♃ tus + illo stillatio summopere corrigantur, ita, ut benignissima fiant medicamenta, ut experto cuique chemicorum fit manifestum? Hæ solæ pilulæ tutò, citò & jucundè curant vertiginem.

DOSIS ℥i.

Dosis.

CAPUT XII.

EXTRACTA VEGETABILIVM PURGANTIVM COMPOSITA.

Extractum seu chylisma catholicum & holagogum.

R *rhabarb. Alexandr. ℥ij. fol. senæ Alexandr. āā. ℥ss. Parandimethodus.*
gialap. nigr. resinof. ℥j. scammonii ℥iij.
fibr. helleb. nigri gommi de Peru ℥vij.
albi āā. ℥vj. spiritus vini q. s.
cort. esularad. ℥vj. ☉ ♀ albi ℥ss.
pulp. clocynth.

F. Extractio in leni calore, ex quibusdam concisis & contusis: seorsim *rad. gialap. scam. aq. fumarie gutt. chemu* V extrahantur. Tinctus spiritus aufertur, novus substituitur. Coniunctæ tincturæ leni calore exhalent atomos liquidiores. Sub finem addantur.

Aloes socoterina lucida selecta, in spiritus vini soluta ℥ss.
ol. citr. caryophyll. anisi, fœniculi āā. ℥ss.

In lenissimo calore ad justam extracti redigantur consistentiam. Hæc ut concinnior evadat, addatur *gialapii pulverisati, & trochisc. alhandal* modicum.

VIRES. Humores peccantes omnes promiscuè educit. *Vires.*

DOSIS ℥ss. ℥j.

Dosis.

MODVS VTENDI, in forma pilulari, horis matutinis. *Vtendi modus.*

LIBRI IV.

SECTIO IV.

Quarta clasfis mediorum

operum chemicorum, conti-
nens misturas.

CAPUT I.

Mistura diaphoretica simplex.

Nomen.



ISTURÆ vocem obtrudit, imò civitate donat ne-
cessitas, designatque ea medicamentum chemicum va-
riis constans ingredientibus, mediæ inter liquida & so-
lida naturæ.

*Celebritate
eminet Para-
celsica.*

Celebris est ea, quam, sub titulo ARCANI CADVCI
describit *Paracelsus* libro de rebus naturalibus cap. 8. & consuetu-
dine quâdam mistura simplex dicitur, ad differentiam aliarum,
quæ hanc agnoscunt basin, & libri hujus nostri 3. sect. 1. art. 2. c. 29.
sunt explicatæ.

℞. spiritus ☉ li correcti part. j.

☿ ri correcti seu à ☿ suo rectific. part. iij.

theriacalis camphor. part. v.

Vires.

VIRES, DOSIS, UTENDI MODUS loco citato allegata;

CAPUT II.

Compositæ misturæ, quæ priorem agnoscunt ceu

basin, & 1. Antiapoplectica.

*Componendi
modus.*



misturæ ☉ late, ☿ risate, theriacalis ℥ij.

spirit. C. C. ☉ volatili imprægnati ℥j.

lil. convall. sanguinis humani aa. ℥ij.

extract. granor. junip. roris mar. salv. beton. serpill. aa. ℥j.

essent. lavendul. lilior. convall. aa. ℥ß.

sirupifl. lavend. peon. aa. ℥iij.

Misce omnia exactè. Stent in digestionem ignis lenti, spacio ℞iij.

in

in cucurbitâ, donec in fundo vasis appareat hypostasis, seu sedimentum spissum crassumve, reliquum verò clarescere incipiat & rubescere, rubini aut vini instar rubri. Purum ab impuro separetur per inclinationem. Quod si quid in digestionem extillaverit per alembicum suprapositum, adde colaturâ, quæ iterum colatur. Colatum servetur in vitro bene claudendo. Vitrum ipsum indatur in capsulam ligneam bene claudendam. S. Mistura antapoplectica.

Non inconsultum est mista omnia, sine colaturâ, servare.

VIREs indicat nomen. DOSIS ℥j. ℥ss. ℥ij.

Vires.

Dosis.

Modus utendi.

MODUS UTENDI in jusculi, vinive cochleari horis matutinis & vespertinis nonâ & quartâ.

CAPUT III.

Mistura antiépileptica, antidinica, antiparalytica.

R *mistur. diaphoretica, aliàs simplicis dicta ℥x.*
spir. cranii humani ℥j.
essent. lilior. convall. fl. calendul. pœonia aa. ℥ss.
salv. & majoran. fol. aa. ℥j.
⊖ volat. cornu cervi ℥j.
sirup. stœchad. cinamomi aa. ℥iv.

M. suspendatur in nodulo ligneo

ambrae ℥ss. moschi ℥j.

In vitro digerantur & serventur bene operta. S. Mistura antiép. din. paral.

VIREs titulus significat.

Vires.

DOSIS & MODUS UTENDI eadem sunt.

Dosis

Utendi modus.

CAPUT IV.

Mistura ophthalmica.

R *mistura simplicis ℥v.*
extract. rad. valerian. silv. fœnic. ruta, chelidon. major. aa. ℥ij.
essent. fl. euphrag. calendul. cyani carul. rosar. alb. aa. ℥iij.
sirup. fl. pœon. ℥vj.

Mistura oculos

roborans.

Mista

Mista omnia exactè, digestionè decenre prægressâ, serventur in vitro. S . Mistura ophthalmica.

CAPVT V.

Mistura antiasthmatica.

Mistura asthmatica.

R mistur. simplicis z^{iiij} .
 spir. q . campan. zj . asthmatici compos. zj .
 extra. enula. ireos fl. aa : zj . salis sanguin. cervi vol. zj .
 essent. croci roris z^{ss} .
 thymi salu. aa . z^{iiij} .
 sirupi de prass. hyssop. violar. veronic. aa . zj .

Mista omnia colantur post digestionem, vel simul serventur usui. S . Luffemistur.

CAPVT VI.

Mistura contra tussim.

Mistura contra tussim.

R spir. q . campan. q correcti aa . zj .
 theriacalis camphor ligni sancti rectific. aa zj .
 extract. polypod. q . tussilaginis aa zj .
 tinctur. papav. rhocados zj .
 essent. fl. nymph. viol. aa z^{iiij} .
 sirupi hyssopi. de marrub. aa z^{iiij} .

Mista omnia vel colentur, vel simul serventur ad usum. S . ut supra.

CAPVT VII.

Mistura contra cordis infirmitates.

Mistura cordialis.

R spir. q correcti q à fœtore liberati z^{ss} .
 Oli optimè rectificati zj .
 elixir vite Matthioli zj . extract. meliss. scorzonerie aa zj .
 conf. alchem. Eustad. z^{ss} . e corn. cervi vol. zj .
 borrag. bugloss. violar. aa zj .
 ceras. q caryophyll. hortens. aa . z^{ss} .

ambra

Cap. VIII. Mist. stom. Cap. IX. scorb. C. X. lithont. Cap. XI. antip. 267
ambra, moschi, in nodulo susp.

Servetur ad usum cum titulo : Mistura cordialis vitalis.

CAPVT VIII.

Mistura stomachalis.

R *mistura* ̄l. ̄. *theriac. camphorata* ʒʒ. γαστροφυλά-
extr. bacc. junip. acori veri. card. bened. pimpinell. zedoar. κλήμαον.
essent. menthae aa ʒʒ. *sirupi menthae* ʒiij. *cinam.* ʒij.

Stent indigestione. Post colaturam, vel sine colaturâ serventur in vitro. ̄. Magen-mistur.

CAPUT IX.

Mistura antiscelotyrbica.

R *succi cochlear. nasturt. aq. sedi sempervivi muralis aa* ʒʒ.
extract. absinth. liquid
spir. ̄. salis rectific. aa ʒʒ. *cochl. cum vino destill.* ʒij.

Digerantur leni igne per ̄ benè clauso vase. Quod clarum decantetur; reliquum coletur. ̄. ut supra.

VIRES. σύβην, ἢ τύβην, *tumultum scorbuticum* sedat. Vires.

DOSIS ̄ʒ. ̄j. in liquore competente. Dosis.

CAPVT X.

Mistura contra calculum.

R *mistur. simpl.* ʒʒ. *salis stip. fab.* ʒj. Mistura
essent. rad. saxifrag. granulata, albiflora. λιθοντεπι-
folior. veronic. virg. aurea, aa ʒiij. κη.
sirupi de alth. Fernelii ʒij.

Digerantur clauso vase per ̄. Colatura servetur in vitro. ̄. ut Dosis.
suprà. DOSIS ̄ʒ. j.

CAPVT XI.

Mistura contra pestem.

R *mistura simpl. diaphoret.* ʒiij. Mistura.
essent. gran. junip. vino Malvat. parat. ἀνθιμιμικύ.
angelic. ruta, scord. meliss. card. bened.
gentian. aa. ʒj. *croci* ʒij.

Ll

spir.

spir. C. C. cum Θ volat. \mathfrak{z} j. ligni sancti, ebeni rect. aa \mathfrak{z} j.
sirup. acetos. citri, scordii, card. bened. ceras. & caryoph.
scorzoneræ aa \mathfrak{z} v.

Stent in digestionem horarum xxiv. Adserventur in vase, in quo sus-
pendatur nodulus

ambra \mathfrak{D} ss.

moschi \mathfrak{D} j.

*Vires, dosis,
utendi modus.*

Est alexiterium illustre. DATVR \mathfrak{z} ij. iij. in vino ad præservatio-
nem, in aqua scordii ad curationem.

CAPVT XII.

Mistura sudorifera catholica.

R mistur. simplicis Θ -late, \mathfrak{r} isate, theriacalis camphorata \mathfrak{z} j.
spir. ligni sancti acidi \mathfrak{z} ss. querni acidi rectific. \mathfrak{z} vj. corylini \mathfrak{z} ss
sirup. card. bened. scordii, acetos. citri perlati \mathfrak{z} ij.

Misce. DOSIS cochl. j.

LIBRI IV.

SECTIO V.

Quinta classis operum chimi- corum mediorum, continens balsama.

CAPUT I.

I. Balsama vegetabilium in genere expenduntur.

*Balsamum
quid?*



Balsamum est oleum quoddam compositum. & ali-
rum rerum additione spissius redditum. Seu: est
medicamentum linimenti formâ ex oleis destillatis
paratum, colorem, odorem & saporem ipsius
plantæ vel aromatis referens.

Præparandi occasionem dedisse videtur commoditas &
necessitas. Cum enim destillata liquida olea tenuium sint parti-
um & facilè exhalent, prætereà vitra, in quibus adseruantur,
facilè

facile frangi possint, modus inventus est, quo linimenti formâ quasi adservantur in argenteis, inauratis internâ parte, vel stanneis vasculis.

Internum aliud, aliud externum.

Duplici scopo balsamum conficitur: ut intra corpus exhiberi, & loco odoramentorum, exterius illini queat, INTERNUM itaque aliud est, aliud EXTERNVM.

Ingredientia à Quercetano proposita.

INGREDIENTIA ænigmaticè proposuit *Quercetanus* in *sine pharmacop. cap. 25.* cum docet artificium, olea reducendi in essentias gratissimas, quæ propriis suis coloribus, odoribus, saporibus nobilitantur, nullâ accedente aliâ mixtione, quàm mannâ cœlesti, quæ harum rerum virtutes allicit & vires, easque suâ mixtione exquisitissimè corrigit. Per ESSENTIAS intelligit balsama: per PROPRIOS COLORES, tincturas: per ODORES olea: per SAPORES salia: per MANNAM COELESTEM ceram.

clariùs designantur à Crollio.

Tradidit hunc componendi modum ante *Quercetanus* *Osvwaldus Crollius* *basil. chim.* dum ad cujusque balsami præparationem requiri docet OLEVVM destillatione prolectum: TINCTVRAM per spiritum vini extractam, & inspissatam per separationem ejusdem spiritûs: SAL post incinerationem, ministerio aquæ ex v suo prolectum. MEDIVM seu CORPVS, quod justam consistentiam dat. Designat rasuram CERÆ ALBÆ sapiùs in aquâ rosarum coctæ, ut a credo tollatur, nec ullam alieni saporis qualitatem habeat. Balsama talia commendat tum pro externo, tum interno usu efficacissima.

Corpus commodum ol. nucis moscata.

OLEVVM NVCIS MOSCATÆ expressum optimum balsamis præbet corpus, secundâ vice, vel ultimò etiam expressum quod albicantis est coloris: Quamvis neque odor, neque color, neque sapor ingratus unctuosus, à tincturâ & oleo facile oblitterentur, solent tamen curiosi colorem ab eo separare per spiritum vini, eundem ab eo aliquoties exstillando, sic in fundo relinquitur corpus album. Si aqua ab eo destilletur, oleum nucis cum eâ adscendit. Odorem separant ablutione crebrâ, cum aquâ rosarum.

CERAM planè rejicit *Zvvelferus*, quocunque modo præparatam, imò inutiliter & perversè usurpari ait. *Experientia*

Cera non ubique apta.

attestatur, quod oleo evaporante, superstes sola maneat cera, idq; nisi in paucissima adhibeatur quantitate, brevi contingat temporis spacio. MANNAM ad internos usus admittit.

Manna.
Inepta alia cor-
pora.

ROS MAJALIS seu BVTYRVM MAJALE, à *Phil. Mul-*
lero mirac. chim. lib. 4. c. 3. commendatum, seuum, adeps, medulla
crurum vituli planè inepta.

Additio sali-
um.

SALIA externis in balsamis nullius usus. Interiùs cum usur-
pantur, nonnullis addi possunt. Sic *Hartman. Pract. chymiatr. sub*
tit. cruditas ventriculi, & Horst. lib. 3. observ. 18. in compressione
pectoris cum palpitatione cordis, sæpius per annos aliquot repe-
rente, commendant balsamum fœniculi paratum ex *oleo fœniculi*
ol. nuc. mosc. express. extract. seu tinctura & sale fœniculi, exhiben-
dum dimidiæ avellanæ nucis magnitudine.

Tinctura,

TINCTURÆ conciliantur facta extractione cum spiritu
vini ex herbis & foliis ipsis.

Extracta.

Si extracta inde fiant, quæ ferè semper nigri aut coloris
spadicei sunt, 1. color balsamorum alteratur. Visu autem rece-
ptum, nativis studere coloribus, & balsamo rosarum rubrum,
rutæ viridem, succini flavescens, citri aureum subflavum con-
ciliare. 2. Paucarum sunt extracta virium. 3. Interno cum il-
lis parata balsama saltim inserviunt usui. 4. Ad externum u-
sum non sunt adeò idonea, propter tenacitatem extracti inun-
gi partibus non possunt, sed ad illa requiritur vehiculum unguen-
tosum solùm.

Modus tinctu-
ra concilianda
Zwvelferianus

Hæc omnia perpendens *Zwvelferus*, alium excogitavit mo-
dum nativum balsamorum colorem impetrandi. MAGISTERIA
vegetabilium, herbarum, vel florum, quorum balsama expetun-
tur, decoctione cum φ , & ∇ fontana, vel lixivii paratâ & \odot nis so-
lutione præcipitatâ, concinnata miscet cum *ol. nuc. mosc. expresso.*
& vegetabilis proprio *Relatione proleto.* Cum hoc commode mi-
scetur oleum nucis muscatae expressum.

Tinctura adul-
terina.

Qui compendio student, non satis curiosi, tincturas adulteri-
nas adhibent. Herbarum *angelica, majorana, mentha, roris mari-*
ni, ruta balsama tingunt. DECOCTO TRITICI junioris, vel
EXTRACTO BACCARVM RHAMNI solutivi, seu spinæ
cervinæ. Tinctura CINAMOMI loco substituunt bolum arme-
niuna

nium vel crocum ♂, tincturæ. CORTICVM CITRI essentiam croci, vel rad. curcum. Pulverem CARYOPHYLLORVM loco extracti sumunt. *Alii* majoranæ, rutæ, absinthii balsamum tingunt VIRIDI ÆRIS: lavendulæ INDIGO: rosarum SANTALORVM, TORNÆ ☉, vel LACCÆ IN ROTVLIS extracto. Apoplecticum tingunt PICE GRÆCA, ad speciosam nigredinem.

CAPUT II.

Balsama vegetabilium simplicia, in specie I. Angelicæ.

R ol. nuc. mosc. express. ℥℞. ☉ angelicæ ℞ q. s.
 magisterii vegetabilis angelicæ q. s.
 Misce ad justam balsami odoriferi consistentiam.

Balsama simplicia angelicæ,

II. Citri.

citri.

R. ol. nuc. mosc. expressi ℥ij. citri ℞ q. s.
 extr. flaved. cort. citri q. s. M.

cinamomi.

III. Cinamomi.

R. ol. nuc. mosc. expr. colore & odore suo per spiritum vini & rosarum spoliati ℥℞.
 extract. cinamomi q. s.

Misce in leni calore, ut in unam abeant massam. Adde

☉ cinamomi destillati q. s. M.

Eâdem viâ parari queunt balsama ANISI, AVRANTIORUM, CARYOPHYLLORVM, LAVENDVLÆ, MAJORANÆ, MENTHÆ, RORISMARINI. *anisi, aureorum malorum &c.*

ROSARVM balsamum internum ita concinnari etiam potest. *Rosarum.*

R. ol. nuc. mosc. expr. albicantis.
 tinctur. rosar. per spir. ☉ liparata, & ad justam consistentiam lenta evaporatione redact. q. v.

ol. rosarum genuini, vel ejus loco olei ligni Rhodii, q. s.

M. F. Balsamum.

SALVIÆ balsamum concinnatur cum ol. & magisterio.

salvia,

SUCCINI FLAVI balsamum compendiosum.

succini.

R. cera flava vel alba q. v.

ol. succini q. s.

L 1 3

Misce

Misce in lenissimo calore ad justam consistentiam.

Vires.

VIRES. Balsama ANGELICÆ cerebrum, ANISI pectus, ARANTIORVM cor, CARYOPHYLLORVM cerebrum, CINAMOMI membra principalia singula, LAVENDVLÆ cerebrum, MENTHÆ ventriculum, RORISMARINI cerebrum, ROSARVM cor, SVCCINI cerebrum potissimum confortant.

Vtendi modus.

VTENDI MODVS *internus.* Miscentur cum jusculis pōdere ꝑ. & sine nauseâ exhibentur. *Externus cephalica* balsama regioni commissuræ coronalis & sagittalis, sub vertice, quâ fontanella erat infantum, *cordialia* sinistro pectoris lateri, quâ micro musculos tangit, *stomachica* scrobiculo cordis applicentur & adfricentur.

CAPUT III.

Balsama vegetabilium composita.

I. Apoplecticum Crollianum.

*Balsamum
compositum a-
poplecticum.*

I.

Vires.

Rol. nucist. express. ℥ij. cinamomi ꝑ. majorana ꝑ. ambræ gryseæ ℥j. nigrae ℥ss. caryophyll. g. vj. succini ℥j. moschi ℥ss. zibetta ℥iiss. ruta ℥ss. bals. Peruv. odor. q. v. ol. lavend. & lil. conv. dest. ℥ss. M. F. justæ consistentiæ bals.

VIRES sunt 1. antiepilepticæ, antiapoplecticæ. Contra vertiginem facit, in actu præservationis & curationis. 2. malignam auram in contagiosa constitutione discutit. 3. correcreat & c.

Vtendi modus.

UTENDI MODVS. Exterius inungitur temporibus, naribus, futuræ coronali propè commissuram cum sagittali.

II.

II. Apoplecticum aliud.

℞. ol. nuc. mosc. expr. vel per dest. colore, odore & sapore spoliati ℥j. aqua carbunculi innatantis, apoplectica aqua innatantis, angel. anisi, arant. caryoph. cinam. citri, lavendul. majoran. rorismarini, rhodii ligni, ruta, succini aa. ꝑ.

balsami de Peru ℥j. ambr. gryf. ol. amygd. d. trita. moschi aa ℥ss. M. F. Balsamum l. a. servetur in pyxide eburneâ vel stannea, aut argentea interius inaurata.

III.

III. Apoplecticum nigrum.

℞. ꝑ. nuc. mosc. exp. ℥ss. ambr. gryf. ꝑ. moschi opt. ℥ss. caryophyll. lavendul. rut. cinam. anthos, succini aa. ꝑ. picis Græcæ, gom. asphalt. dictæ, subtilissimè pulverisatæ q. s.

Misce

Misce Balsamum evadet nigrum, ob unctuositatem suam & multam in cerebri affectibus debellandis animositate, comendabile.

IV. Balsamum polychrestum.

IV.

℞ nuc. mosc. expr. ℥j. ♂ major. rutæ. caryoph. angel. a ℥ss. succini ℥j. baccar. juniperi ℥j.

In pyxide munda. ♂ Balsamum polychrestum.

V. Balsamum antilimicum.

V.

℞. ol. scorp. ℥ij. angelicæ ℥ss. bac. junip. ℥ss. nuc. mosc. exp. q. s. M. F. Balsamum, in peste, naribus, carpi confiniis, scrobiculo cordis, aut sub sinistra manumillâ inungendum.

VI. Balsamum stomachale.

VI.

℞. nuc. mosc. expr. ℥j. bol. armenii rubri, vel croci ♂ cinamomi instar obscure rubentis q. s.

Misce, adfuso olei juniperi modico. Adde

ambra gryseæ ℥ss. moschi orientalis,

ol. destill. lavendula, caryoph. cinam. majorana, succini a. ℥j.

menth. crisp. macis a ℥ss.

VII. Balsamum panchrestum.

VII.

℞. ol. nuc. mosc. expr. ℥j. dest. angel. caryoph. cinam. aa. ℥j.

succini ℥ss. balsam. Peruviani ℥ij.

picis Græcæ q. s. ad nigrum colorem, mosci ℥j. ambra ℥ss.

M. F. Balsamum.

LIBRI IV.

SECTIO VI.

Sexta classis operum chemicorum, continet eleosacchara,

CAPUT I.

Eleosaccharum simplex.



Effectus hic artis ambigit inter liquidorum & solidorum classem, propius tamen ad hanc accedit. Vltimum ergò locum meritò obtinet inter liquida, solidorum tangens confinia. Ad fine est balsamis, quæ itidem

itidem oleis constant & succis, hoc discrimine, quod hæc corpus habeat saccharum, illa oleum unctuosum. Illorum ergò pressa recto pede tenet vestigia.

Nomen.

Encomium.

1.

2.

3.

4.

*Componendi
modus.*

NOMEN habet ab ingredientibus duobus, oleo & saccharo: estque vel simplex vel compositum, multis intentionibus accommodatum. Inventum est recentiorum, facies 1. *πρὸς ἐυσομίαν.* 2. *ἐυσομαχίαν.* Olea plurima saporis ingrati, & ventriculo minùs accepta. Emendat saccharum defectus hos. 3. Cum olea destillata, calida, odorata, quantumvis in vitris bene munitis conclusa, ob insignem penetrandi vim facilè expirent, & vitra frangi queant, optima, dum huc & illuc gestantur, ea custodiendi via hæc habitata. 4. Ob siccitatem saccharum olea facilè absorbet, ob odoris verò absentiam, fragrantia eorum nullo modo obtunditur, nec saporem aut penetrandi vim modica quantitas sacchari, quamvis dulcis infringit.

COMPONENDI MODVS à *Sala saccharologia part. 2. cap. 15.* ita proponitur:

R. sacchari albi minutiss. pulveris. cribri q. l.

*olei cujuslibet destillati tantum, ut aliquantum humectatum
forma pulveris subsistere queat*

Ἔ potest esse *angelica, anisi, caryophyll. cinamomi, citri, fœniculi &c. seorsim, quodcunque volueris.*

Ducatur in mortario marmoreo vel vitreo sacchari pollen, guttatim ol. infundendo, ut exactè uniantur.

Vires.

VIRES habet saccharum hoc oleosum, seu olei cum saccharo mixtura saccharina, mundandi, aperiendi, confortandi, & oleorum proprias atque específicas cerebrum, cor, ventriculum reficiendi. In specie *angelica* elæo saccharum pestilenti resistit contagio: *anisi*, tussi medetur: *caryophylli*, *cinamomi*, ventriculi atoniæ: *citri*, cordis: *fœniculi*, pectoris & stomachi infirmitatibus succurrit.

Dosis.

DOSIS, prout plus minusve olei additur, augetur vel minuitur: variatur etiam ad quantitatem liquoris. ℥ij. vini ferre possunt ℥j. ʒβ. cochlear vino plenum, g. v. vj. In momento sic parantur vina medicata.

Modus utendi.

MODVS VTENDI in jusculis etiam commodus est.

CAPVT

CAPVT II.

Eleosaccharum compositum moscardinum, ambratum.

R

pollinis sacchar. olei cinamomi, vel citri, moschi, ambr. zibeth. q.v.

Eleosaccharum compositum.

Oleum & odorata guttatim & granatim in mortario vitreo misceantur, post saccharo incorporentur, & ad usum seruentur in vitro, duplici vesicâ & chartulâ munito.

VIRES, DOSIS, UTENDI MODUS, nota.

Vires.

CAPVT III.

Eleosaccharum stomachale.

R

sacchari canariensis albi pulveris. Zij. ol. stillat aurant. menth. cinamomi, caryophyll. aa. ʒß.

Eleosaccharum stomachale.

Misce super igne lento. DOSIS quantum cuspidate cultelli rolli potest. Adsumitur in vino.

CAPVT IV.

Compositum eleosaccharum cum tincturis, vel succis simplicium, in genere.

R

sacchari canariensis cribrati q. ʒ.

Compositum eum succis.

magisterii vegetabilis Zvvelferiani alicujus, majorana, vel tincturae aromatis, ut cinam. caryophyll. &c.

Misce diligenter, & tandem ad funde guttatim *ol. cinam. caryophyll.* quod volueris. Pistillo incorpora.

CAPVT V.

Eleosaccharum compositum cochlearia.

R

sacchari albi tusi cribrati q. v.

Eleosaccharum cochlearia.

succi cochlearia, ol. cochlearia q. ʒ.
Succus sit recens, vel si condensatus, in ∇ fontanâ madescat. Irrigetur hoc saccharum, & permisceatur pistillô, donec

Mm

saccha-

276 *Lib. IV. Sect. III. Cap. VI. El. Polychr. Cap. VII. ♂ tiale.*
 saccharum justam viriditatem acquirat. Tum adfundatur ☉
cochlearia guttatim. Pistillo iterum exactè misce omnia, ut omnes
 sacchari atomi imbuantur oleo. Servetur in vitro, vesicâ bene
 munito.

Vires.
Dosis.

VIRES ejus sunt antiscorbuticæ.
 DOSIS g. vj. ℥ss. in cochleari vini.

CAPVT. VI.

Eleosaccharum compositum polychrestum.

Eleosaccha-
rum polychre-
stum.

R rad. ireos pulv. peon. pulv. āa ℥iij.
 cubebar. cardomom. āa. ℥ss.
 ol. angelic. cinamom caryophyll. salvia, ruta, hyssopi, anisi,
 citri, ligni rhodii, anthos, serpilli, citri āa. ḡ. x.
 sacchari albi refinati ℔ ¼.

Species primò misceantur cum saccharo, post olea addantur.

Vires.
Dosis.

VIRES amplæ & insignes. DOSIS ℥ss. ℥j.

Utendè modus.

UTENDI MODUS. Orbiculo panis filiginei inspergitur,
 & vino superinfuso in esum expetitur.

CAPVT VII.

Eleosacchara cum mineralibus. I. Eleosac- *charum martiale splene-* *ticum.*

R sacchari alcolisati q. v. ☉ mentha, foenic. anisi. cochl. a. q. l.
 lapid. hemat. prep. q. v. ad arbitrium.
 croci ♂ sacchari ni cum sp ♀. vel ☉ l. par.

Vires.

VIRES. Medetur flatuoso spleni, ventriculo, pancrea-
 ti : exsiccat, calefacit eorundem intemperiem. Δύναμιν δὲ ἔχει
 ῥῶτα' εντω' ὁ δ' αἰμαλι' της λ' ♂, inquit Dioscorides lib. 5. c. 99. exteri-
 us oculorum cicatricibus & asperitatibus cum melle illitum. Sed
 attenuantes aperientesque vires eidem intus sumto denegari ne-
 queunt.

Dosis.

DOSIS ℥ss. in spiritu cochleariæ limpidiori.

CAPVT

CAPUT VIII.

II. Eleosaccharum compositum anti- hypochondriacum.

R sacchari refinati albi q. v. croci ♂ aperientis rubri q. s.
ol. anisi, fœniculi, mentha a. q. s.

Misce diligenter ad usum hypochondriorum malè ha- *Vires.*
bentium. Respicit hepar, lienem, pancreas, dosi conveniente *Dosis.*
usurpatum.

LIBRI IV.

SECTIO VII.

Septima classis mediorum

operum chemicorum, continens

Gelatinas.

CAPUT I.

*Gelatina cranii humani, cornu cervi,
vel alcis simplex.*

Gelatinę vocem in chemicum forum introduxit consisten-
tia glaciei æmula, non quidem ad amussim, sed latâ lo-
quendi potestate. Apparet levi negotio, in decoctis
pedum vitulinorum, & suillorum, fructuumque quo-
rundam, ribium imprimis, succis puris & claris, cum saccharo co-
ctis, inspissatisque, in scatulas ligneas, vel thecas stanneas effusis, i-
bidemque frigore congelatis.

Paratur etiam ex ossibus quibusdam tenerioribus & cor-
nibus.

*Rx. rasuram cranii vel cornu cervi albam, cortice nigro prius
amoto.*

aq. simplicem, vel

✕ acerrimum ad eminentiam aliquot digitorum.

Mm 2

Stent

278 *Lib. II. Sect. VII. Cap. II. Alius mod. Cap. III. Gel. Comp.*
Stent in digestionem lenis caloris per ℞iij. Exprimantur per linteum, dum calet liquor, & in gelatinam concrecant albam.

Vires.

VIRES. Cervina gelatina cordi favet in ardentibus & malignis febribus, & à centro ad circumferentiam pellit exanthemata & variolas. Ex cranio quæ elicitor, cephalica est in genere: antiapoplectica & epileptica in specie.

Dosis.

DOSIS pro infantibus ℞j. pro adultis ℥j. ℥ij.

Modus utendi.

MODUS UTENDI in vehiculo conveniente aq. scorzonerae vel liliorum convall. saccharo edulcata, vel cum julapis.

CAPUT II.

Alius modus.

R *cornua cervi, cortice exteriori nigro limâ spoliata.*
Superponantur reti ex ferreis filamentis contexto, & peculiari cupreae turri adaptato.

Vapor aquæ dulcis in cupula substrata elevatus aliquot horarum spacio continuatus evocat gelatinam, quæ sensim colligenda, & specifico cum liquore exhibenda.

CAPUT III.

Gelatina composita.

R *rasar. cranii hum. ℥j. sem. fœniculæ
C. cervi ℥vj. anisi
alcis ℥ij. caryophyll.
radic. scorzonera ℥iij. cinamomi
fl. rosar. rub. violar.
peon. bugloss. a. p. x. borrag.
▽ simpl. vel ✕ optimi q. s. rosarum aa. mß.*

Contundantur in mortario singula, misceantur, coquantur in olla nova vitreata, donec bulliant. Tum colentur per linteum, cum expressione leni. Congelascant in frigida cella, levi prægressa evaporatione.

Improbantur gelatinæ nigrae vulgari modo præparatae, opacæ, duræ, cornu referentes.

VIRES

VIRES respondent ingredientibus, cephalicam & cordialem vim habentibus. *Vires.*

DOSIS & MODUS UTENDI, eadem cum prioribus.

Dosis & Utendi modus.

LIBRI IV.
SECTIO VIII.

Continens alcohol.



OMEN Arabicum est origine, ut ex articulo Al apparet. Deducitur non incommodè à radice Arabicâ

Nomen.

قهلا *Kahala*, quæ inter alia quoq; significat exaruit cutis, & peculiariter ex multa spiritali exercita-

tione: item debilis fuit, conciditque. A radice شفا schaffa, tenuis, subtilis fuit, oritur vox شفاف schofuf, tenuis, trãsparens.

Vox est πολίσσημος, non unam habens significationem. A *chimicis* nunc ad subtilissimum pulverem, eumque pollinis farinae tenuissimæ instar ad sensum tactûs quasi impalpabilem, nunc ad tenuem & observatu difficilem essentiam in humore denotandum, vel spiritum tenuissimum reiteratis destillationibus omni phlegmate spoliatum adhibetur.

Vox ὁμωνυμίας laborat
1.
2.

Exemplum primæ acceptionis est, cum magisterium perularum, vel earundem pulvis minutissimè teritur in marmore, vel vitreo mortario.

παράδειγμα pulveris,

Secundæ acceptionis exemplum est spiritus vini subtilissimè rectificatus, ut ex vitro effusus, antequam tellurem attingat, in auras evanescat.

liquidi spiritus.

Paradigmata horum operum alibi suis locis proposita.

Mentio Alcoholis hîc facta, ambigit enim inter opera liquida & solida, & eo nomine ultimo loco inter liquida locatum, ut proximè attingat solida.

Ratio ordinis.



GUERNERI ROLFIN-
CII, CHIMIÆ IN AR-
TIS FORMAM REDA-
CTÆ,

LIBER V.

DE EFFECTIS ET OPERI-
BUS CHIMICIS SOLIDIS,

salibus, magisteriis, feculis, floribus, ætis,
t̄tis, calcibus, lapidibus, fixatis, crocis,
regulis, electris, astris, amuletis.

SECTIO I.

De Salibus.

ARTICULUS I.

De salibus vegetabilium.

*De salibus in genere. Cineritia alia, succulenta alia:
alia levia, alia gravia. In cineritiis non ma-
nent formæ elementorum.*

Alia operum chemicorum solidorum classem pri-
mam constituunt. Salino adscribuntur principio:
alia vegetabilia, alia animalia.



VEGETABILIA DVPLICIA sunt: ele-
mentaria & essentialia: divisione non satis commo-
dâ, nam utraque classis originem debet elementis.

*Salium vege-
tabilium divi-
sio prima*

CINE-

CINERITIA fiunt per combustionem, & incinerationem, a quibus affusis cinerum plantarum, & olim Umbris fuere nota.

Τοιούτων ἔπερον, inquit Philosophus 2. meteorolog. cap. 2. γίνεται ἢ ἐν Ὀμβρικοῖς, ἔστι γὰρ τις τόπος, ἐν ᾧ πεφύκασι κάλαμος καὶ χοῖνος. τῶν δὲ καὶ ἀκαίσι, καὶ τῶν τέφραν ἐμβαλλόντες εἰς ὕδαρ ἀφέψουσιν. ὅταν δὲ λίπωσι τὸ ὕδατος, τῶν ψυχθὲν αἰλῶν γίνεται πλῆθος. Tale autem aliud fit Umbris: est enim quidam locus, in quo nata sunt arundo & juncus. Hæc igitur comburunt, & cinerem immittentes in aquam decoquunt: cum autem dimiserint aliquam partem aquæ, hæc infrigidata, salis fit multitudo.

ESSENTIALIA seu succulenta sunt recentiorum inventum.

Essentialia succulenta.

Notatu digna est salium distinctio in fixa & volatilia. Terminus levium & gravium utuntur Peripatetici, referuntque discrimen ad raritatem & densitatem materiæ, quæ sunt qualitates elementorum è primis ortæ: levitas & gravitas pariter sunt qualitates mere elementares. Sed majorem emphaſin habet τὸ volatile & fixum.

Secunda salium divisio in fixa, & volatilia.

FIXA sunt, quæ in igne durant, & manent cum extrahenda. Talia sunt salia vegetabilium elementaria in cineribus, & metallorum quorundam in calcibus remanentia.

Fixa salia.

VOLATILIA sunt, quæ ignem non tolerant, sed cum spiritu & oleo elevantur, & alembici parietibus adhærent, rostrum etiam ejusdem interiùs incrustant. Talia sunt vegetabilia salia, combustionem in retortâ parata, quæ cum spiritu & oleo, recipientia vasa intrant. Ejusdem generis sunt, animalia salia, cordis & sanguinis cervi, cornu cervi, urinæ, minerale succini, quæ alembici parietibus adhærent & rostra ipsa implent.

Volatilia salia. Duplicia: vegetabilia, animalia.

De VEGETABILIIUM salibus CINERITIIS honestissime sentit Josephus Quercetanus hermet. medicinae defensione, adversus anonymum cap. 23 dum probat: ignis vi & incineratione humidum primigenium vegetabilium in salibus non absumi, sed omnes tincturas ac impressiones, proprietatesque rerum, nec non potentissimas illarum qualitates ac potestates, quales sunt sapor, odor, color, imò etiam formas ipsas, atque id genus alia, in illo firmo, constanti ac vitali principio concludi,

Vegetabilium salium cineritiorum formas integras manere stavit Quercetanus.

ac de-

Confirmatur

1.

2.

Adferitur*idem in alexi-
caco.***Beguinus con-
sentit.****Dissentit Billi-
chius à Quer-
cetano,****Et Beguino.****Et formas ci-
neritiorum sa-
lium perire
ostendit.****Επίκερσις.**

ac delitescere. *Confirmat* id duabus demonstrationibus, experientia confirmatis. 1. lixivii urticarum congelati, in quo mille urticarum plantulæ, cum radicibus, caule, foliis & floribus apparuerint. 2. plantarum ex cineribus resuscitatarum à Medico Polono Cracoviensi celebris, & magni nominis, cujus tamen nomen ipsi exciderit. Et eodem capite, sub cineribus rerum formas delitescere & immorari docet. Inde & resurrectio corporis nostri certissimè confirmatur. In *alexicaco* etiam p. 300. docet in salibus nedum imaginatione tenus, sed re ipsa formas ac figuras rerum includi.

Beguinus tyrocin. lib. 1. cap. 1. certum est, inquit, & multoties probatum, salia herbarum & præsertim calidorum, si rectè quodam modo seminentur, alias producere suæ speciei herbas. Forma per incinerationem si esset abolita, nullâ vi naturæ renasci possent, quandoquidem à privatione ad habitum non datur regressus. Proinde *concludit*, vitam vegetabilium non destrui incineratione.

Verùm formas plantarum ac stirpium, non imaginatione tenus, sed re ipsa per incinerationem interire, Quercetani ipsius rationibus καὶ δὲν δεῖξαι demonstret *Billichius Thessaloin chemicis red vivo, cap. 7.* respondet etiam ad exempla & experimenta allata, inque uno Quercetani iudicium desiderat, in altero fidem. *Beguino* tum demum ex salibus plantas produci posse fidem se habiturum spondet, donec in mercurio vivo ex plantis eliciendo fidem suam probet. Et contendit, in cineribus herbarum non re ipsa, sed imaginatione tenus, Φανταστικῶς formas plantarum ac figuras includi, perinde ac in plantis ζῶντι vivis fluctuare *Beguino* creditur.

*Herba forma perit, nullâ reparabilis arte,
cum semel in cineres herba redacta fuit.*

Vera sententia videtur esse proposita *libro 1. cap. 14.* Formæ substantiales pereunt in salibus absinthii, cardui benedicti incineratione & elixivatione paratis, non omnis κεράσις simul, aut omnium virium possessio Σώζεται salvatur aliquid de viribus & qualitatibus herbæ absinthii, cardui benedicti, à quibus qualitatibus & viribus postmodum fit denominatio, ut hoc sal meritò

merito dicatur absinthii, non verò misti alteritis.

CAPUT II.

*An cineritia, an succulenta
præstantiora?*

COMPARATIONE institutâ cineritiorum & succu-
lentorum, quænam præstantiora, disquisitione dignum.

Angelus Sala aphorismo chimiatico 33. elementaria
quidem non anteponit succulentis, quæ in decoctis & succis propriis concresecunt, sed tamen **ÆQUALIA** constituit, & splendore, siccitate, saporis bonitate, ac virtutibus haud latum unguem cedere, adserit.

*Angeli Sala
opinio.*

Billichii.

Plus audet *Billichius*, adserens: salia succulenta ne quidem mereri nomen salis: cum hoc non sit sal herbæ, sed ejus **TARTARUS**: constans ex sale & partibus herbæ mercurialibus & sulphureis, quæ tamen ob prædominium salis in totum obli-
rentur. Separatis enim partibus **Mercurialibus**, & **Æreis**, residuam materiam, modo vulgari solutam & coagulata verum sal dare, nihil differens à sale cineritio: adeoque ridiculum esse eum, qui coagulum illud ex succis alicujus herbæ sal existimat.

Alii e contra salia essentialia nomine salium digna judi-
cant, maximi faciunt, & multis parasangis cineritiis præferunt. Horum princeps est ferè *Laurembergius*, notis *& animadversionibus in synopsis aphorism. chimiatr. Angeli Sala animad 9. & defen- sione quest. 9.* duabus nisi rationibus: 1. quia succulenta salia retinent **Mercurium** & **Æreas** quasdam qualitates, quibus donata fuit planta, adeoque non calescunt & exsiccant solum, sed pluri-
bus indicationibus satisfaciunt. At cineritia mera sunt salia, destituta aliis virtutibus, quas ignis absumsit, & proprietatibus, quæ in succulentis manent. 2. majorem acridinem acquirunt per combustionem.

*Aliorum, quo-
rum princeps
Laurembergi-
us.*

*Minsichtus
ad stipularur.*

Adrianus Minsicht. armamentar. medico-chim. sect. II. p. 205.
essentialium salium grana tria in usu practico plus valere, tradit, & efficere, quam vulgarium salium per calcinationem factorum scrupulum integrum.

Nn

Cern-

Consentiunt
commentato-
res Beguini.

Commentatores Beguini tyrocin. chimici lib. 2. cap. 17. hæc salia, reliqua virtute & sapore superare confirmant. Integritas enim in iis salva manet salis volatilis, in qua essentialis potestas latet.

Distinctio ad-
fertur.

Si dantur genuina salia essentialia, nullum dubium illa vegetabilium, ex quibus educuntur, naturæ fore proximiora: & talia erunt, quæ ex vino, aceto vini, aliisque acidis, ut uvarum succo omphacino, tamarindis, moris, acetosâ, eliciuntur. Aliis autem ex plantis non acidis, absinthio, carduo benedicto, centauro, lupulo &c. non nisi lutosus, argillofus, in calido insolubilis tartarus elicitur, & hic cedit effectuum nobilitate prioribus. Salia essentialia volatilia *Glauberiana*, sine dubio nobilissima.

CAPVT III.

An salia purgandi vim habeant?

Saladini opi-
nio affirmati-
ua.

S Aladinus de Esculo in suo compendio aromatariorum, salibus vim purgandi adscripsisse dicitur, salemque Indum omnium amarissimum & acerrimum, seu violentissimum, omnemque salem calcar aliarum medicinarum appellasse.

Consensus Bu-
lensis.

Bulcasis Arabs in dispensatorio servitoris titulo, in capitulo, quod continet modum preparationis salium, & proprietates eorû, in purgando, & aqua salsa vires, idem traditur docere.

Confirmat
Quercetanus.

Quercetanus in responsione ad anonymum cap. 8. omnem vim medicamentorum purgatricem in spiritibus mercurialibus, antimonialibus, & arsenicalibus juxta propriam cujusque naturam contineri, & ex illis proficisci, antimonialesque omnium crassissimos ac magis corporeos ac terrestres ex sale suam originem ducere tradit. Et libro 1. de medicina priscorum philosophorum materiâ, cap. 8. seu ultimo p. 79. amaritiem opii acceptum fert SALI, ex quo separato à suo oleo, seu sulphure narcotico fit purgans, haud minus sanè quam ex omnibus amaris, ut gentianâ, centauro & similibus, separato nimirum, dextreque preparato eorum sale. His salibus amaris inditum est nomen salis gemmæ, ad differentiam reliquorum salium, quorum magna est specierum diversitas.

DISTIN-

DISTINCTIONE res expediri posse videtur. Salia alia *Distinguitur.* à natura seorsim repræsentantur, & generatione secundi & tertii modi prodeunt in lucem, ut in thermalibus aquis: alia incineratione vegetabilium, vel calcinatione quorundam mineralium concinnantur, & hæc generatione primi modi oriuntur. **PRIORA** purgandi vim habere testatur experientia. Purgant thermæ Carolinæ, Tetucianæ, & salinæ earundem concretiones. **POSTERIORA** non item, quantumvis ex plantis etiam amarissimis parentur. Stimuli locum, partim etiam dirigentis vicem sustinent. Stimulant autem, dum fermentationem vitiosorum humorum juvant.

Neque hæc sententiam infringunt Saladinus & Bulcasis: *Conciliatio.* loquentur enim illi de prioribus naturalibus. Quercetanus, dum de posterioribus intelligi vult, deseritur & succumbit.

CAPUT IV.

An cineritia salia omnia ejusdem indolis?

DE cineritiis salibus *nonnulli* eam fovent sententiam, omnia & singula ejusdem esse efficaciam, nullasque certas *nonnulli.* ac specificas in iis adservari qualitates, cum nulla saporum in iis advertatur diversitas. Effectus omnium iidem: aperiunt, incidunt, diuretica ac diaphoretica sunt, qualitates incineratione evanescunt.

Verùm probabilior *aliorum* sententia, qualitates & vires *Experiences.* simplicium vegetabilium in salibus suis, forma licet perierit, si non prorsus integras, tamen majori ex parte vegetas & incorruptas superesse, adeò ut sal *absinthii* magis ventriculum calefaciat, confortet, cruditatesque in eo collectas absumat, quam aliud sal. *Sal cardui benedicti* magis diaphoreticum est, & præsentius cordi auxiliatur, quàm *fraxini* aut *cichorii*, quæ lieni & jecori plus conferunt operæ. *Anonidis* sal præprimis respicit renes & calculum.

A SAPORE petitum argumentum debile est. Diversitas *Respondet.*

Nn 2 ejus

*tur ad argu-
menta.*

1.

2.

*Extra oleas
vagatur Quer-
cusinus.*

ejus magna in quibusdam. Conveniunt in multis affectibus, quosdam tamen singulares in singulis occurrere antè dictum.

A corruptione qualitatum deducta ratio mitigari potest, exemplo elementorum, quæ licet variis modis alterentur, multiplicesque subeant mutationes, nihilominus vires seu virtutes quasdam in mistis servant.

Quercetano tamen ad sensus præberi non potest, cum colores, odores, & sapes in iisdem salibus integros agnoscit.

CAPUT V.

De salibus in specie, & 1. Essentialibus vegetabilium, absinthii, cardui benedicti.

*SALIVM ESSENTIALIVM VEGETABILIVM
communiter dictorum PRÆPARA-
TIO VVLGARIS.*

Ex ætenuis.

R *herbam absinth. card. bened. centaurii minoris, acetosæ
magnam quantitatem.*

Contusam ac concisam, affusa aqua multa, coque in magno vase, donec vis omnis & externa falsedo fuerit extracta: alias labor irritus. Decoctum aufer per inclinationem, post per colum exprime, clarifica cum albumine ovi, & denudò recoquendo ad consistentiam mellis, vel sirupi crassi redige. Locetur hic succus in cella frigida, & concreset sal crystallinum, in frigido humido non liquescens. Solutum iterum aqua simplici, & percolatum lixivium sal exhibet albicantius, beneficio lentæ digestionis.

Vires.

VIRES explicatæ sunt nobilissimæ, herbarum suarum æmulæ. ABSINTHII ventriculo: CARDUI BENEDICTI cordi: CENTAURII MINORIS hepatis & lieni: ACETO-SÆ lieni auxiliatur.

*Dosis.**Utendi modus.*

DOSIS ʒʒ.

UTENDI MODUS manè in juscuro.

CAPUT

CAPUT VI.

Tartarorum essentialium præparatio.



Orum autor & primus inventor est *Angelus Sala tartarologia sect. 2.* quâ docet modum, quo *acidus, resplendens, & calida aqua solubilis Tartarus* ex vegetabilibus sit extrahendus, eundemque exemplo vini, aceti vini, *cap. 1.* foliorum & uvarum immaturarum *cap. 2.* tamarindorum, mororum rubrorum, *cap. 3.* & in acetosâ & melissâ *cap. 4.* explanat.

Horum primus fecit mentionem Sala.

Subjungit modum, quo ꝑ *terrestris arenosus, lutosus, insipidus in calido liquore non solubilis*, ex aliis vegetabilibus extrahatur, *proposuit* eundemque *capite 5.* illustrat exemplo 1. cardui benedicti. 2. lupuli. 3. radicis ononidis. 4. scordii. 5. salviæ: exque singulis lutosum tartarum parandi *εγχειρησιον* subjungit.

CAPUT VII.

Sal essentielle, cremor & crystallus ꝑ.

ꝑ *albi Francici vini lbvj.*

R Contundatur grosso modo, ante aquâ fontanâ à sordibus suis pulverulentis liberatus. Coquatur post in lebete cupreo (nihil timendum à Venere) affusâ aquâ sufficiente, donec cuticula seu pellicula in superficie apparet, & super aquam concrescit. Tum lebes ab igne removetur, ut calore remittente cremor magis concrescat. Hic cochleari perforato vel alio auferendus. Coctio & collectio illa repetatur, donec sufficiens quantitas fuerit allata. Exsiccetur & pulverifetur. **Σ. CREMOR ꝑ.**

εγχειρησιον parandi cremorem.

Reliquam aquam coquere perge, & calentem per pannum laneum albicantem percola in vas latum testaceum, vel cucurbitam amplam vitream, sed in hanc tepidam, ne vitrum diffiliat. Reponitur in cellam frigidam, tum crystalli satis copiosi lateribus cacabi vel vitri adhærebunt, qui colligendi & siccandi. Reliquum iterum coque, & si aqua exhalaverit, denuò aliam ante calefactam adfunde, idque toties repere, donec ꝑ omnis abierit in crystallos. Hi colligendi, siccandi, & minutim pulverifandi:

N n 3

sandi:

sandi : sic cerussæ Venetæ instar ex albo nitent, & gratum oculis pulverisatæ præbent spectaculum.

Placitum non-
nullorum.

Nonnulli ampliores promittunt crystallos & splendidiores, per iteratam in aquâ fontanâ coctionem, & in frigidâ cellâ concretionem.

Ἐπιχειρησις.

Sed iuxta *Zvvelferiana* censura *mantissâ hermeticâ* proposita. Unica ♀ri dissolutio sufficit, quantumvis non evadat inde adeò candidus vel crystallinus, nam quo frequentius ipsum coxeris, eò plus ipsi de viribus detrahes. Non semper ad medicamenti pulchritudinem, sed efficaciam respiciendum.

Temperamen-
tum.

TEMPERAMENTUM utriusque ejusdem notæ, in acti-
vis temperatum, in passivis siccum.

Vires.

VIRES. Aperiunt, incidunt humores ♀tareos, sanguinem mundant, ut in officinâ monetariorum & aurifabrorum ♀ clarificat argentum.

Quibus tempe-
ramentis con-
venient potis-
simum & af-
fectibus.

Liberalius de dotibus hujus acidi sentiunt, qui tam in calidis quàm frigidis affectibus convenire censent.

Proficius magis est *obesis*, quorum pinguedinem extenuat: emaciatis frequens usus noxius. *Pulmo debilis* quos angit, hæmoptoici, phthistici, catarrhis à toto corpore delabentibus sal-
sis, acribus, mordacibus infestati, abstineant ab ejus usu. *Hepatis & lienis obstructionibus*, intemperieque ventriculi frigida labo-
rantes temperantiores sint in hoc usu, & non nisi purgantibus simul in consortium adhibitis. In ardentibus, malignis febribus nullum singulare ab ipsis promittitur levamen. Refrigerandi & sitim exlatiandi beneficium, quod ab eo expectatur, aliis impetrari potest ab auxiliis.

Dosis.

Utendi modus.

DOSIS ordinaria à ℥j. ad ℥ij. sufficit nonnunquam ℥ss.

UTENDI MODUS in jusculo horis matutinis. Cum TINCTURA santalorum rubrorum exaltatum & saccharo edul-
catum hoc acidum, tutius usurpatur in alterandis viscerum ob-
structionibus: cum SOLUTO ☉ aq. fontana parato renova-
tum febribus intermittentibus obviam it: cum ELÆOSAC-
CHARIS mistum ventriculo magis favet & flatibus resistit. Con-
sulatur *dissertatio chimica de ♀*.

Utendi tempus.

Manè hora nona, pomeridiè hora quarta vel quinta in
juscu-

jussulo calido, vel vino tepido dissolutus cremor vel crystal-
lus sumitur, & ut melius & citius dissolvatur, adjiciuntur ali-
quot guttæ spiritus ☉. Dissolutionem hanc summè necessa-
riam judicant, ne in ventriculo conglobatus, nauseam, vo-
mitum exciter, aut in vasis meseraicis, quas tollere debebat, ob-
structiones augeat.

Non est consultum, eo uti continuo tenore & singulis die-
bus, dimidio vel etiam integro anno, sed vicibus interpolatis.

CAPUT VIII.

*Crystalli ꝑ compositi, in acidum ꝑ rubrum epati-
cum, parantur cum tinctura santalo-
rum rubrorum.*



ACIDUM ꝑ rubrum, santalinum, ☉ latum, epaticum ru- *Acidum*
brum, à sapore, colore, ingredientibus, & virtute indigi- *ꝑ rubrum.*
tatur.

*℞. crystall. ꝑ ℥̄. tinctur. santal. spiritu vini ☉
spirit. ☉ parat. q. s.*

Misce in mortario vitreo ad pultis consistentiam. Exsiccentur *gratiam singu-*
sensim in leni calore, & minutissimè pulverisati ferventur. *lavem accipit*

Ut gustui acceptiores fiant, adde

sacchari Canariensis ℥̄iij.

Misce iterum diligenter & serva. Incarnato colore suo se oculis
commendant.

VIRES insignes sunt, epati præprimis auxiliares æstuanti. *Vires.*

Inde in calidis affectibus tutò usurpari queunt.

DOSIS ℞̄.

ADSUMUNTUR in liquore appropriato.

*Dosis.
Utendi modus.*

CAPUT IX.

Acidum ꝑ aluminatum antifebrile.

R*crystall. ꝑ. O. āa. ℥̄iij. aq. fontane purissima q. s. Acidum*
In vase vitreato coquantur, donec omnia sint soluta. *ꝑ alumina-*
Colentum.

Colentur per chartam emporeticam laxiorem duplicem. In frigidō concreſcent cryſtalli, eximendi & minutim pulverifandi.

Vires.

VIREs arcanas poſſident in reſerandis obſtructionibus & tertianis imprimis febris debellandis.

Dofis.

DOSIS ℥ſ. in liquore cardui benedicti.

CAPVT X.

Acidum ꝛ aronium, cinnamomeum.

*Acidum
ꝛ compoſi-
tum aroni-
um.
Vires.*

R *acidi ꝛ ſubtiliſſ. pulveriſat. ℥iiij.
rad. ari mundatæ ꝛ in exilia fruſta inciſæ, exſiccata, pulv. ℥j.
elaofacchari cinam. ℥ſ. citri ℥ij.*

Miſceantur diligenter, & ad uſum ſeruentur.

VIREs. Crudos frigidos ſuccos in pulmonibus & ventriculo hærentes mitigat, calefacit & confortat debilem ventriculum, flatus diſcutit, ructus compelcit, appetitum provocat, coctionem iuvat, hypochondriacis etiam ſalutaris eſt medicina.

Dofis.

DATUR ad ℥ii. cum pane, vino irrigato.

CAPVT XI.

Salium vegetabilium eſſentialium præparatio ſelectior ꝛ rarior.

R *herbam quamvis exſiccata in magnâ copiâ.*
In novo Glauberiano furno, ulnas ij. vel iij. alto, ſecundum artis regulas, cum tubulis fictilibus duobus adaptatis extructo, eas combure, & amplis recipientibus vaſis excipe fumum, cumque eo ſpiritum, oleum, & ſal volatile eſſentiale. Exantlato primo actu, manipulatim novam herbam injice, donec deſideratum adſequaris ſcopum. Tum verò refrigerato furno & vaſis, remotis tubulis collige ſal, ſpiritum & oleum curioſa ἐγχειρήσῃ ſeparanda, ab empyreumate liberanda, & ſeorſim adſervanda. Nimirum deſtillatione per deſcenſum ſpiritus ab oleo filtrandi, quod in filtro remanet, ſeorſim habendum. Sal cum ſpiritu jungendum, & ex cucurbitâ vitreâ per alembicum,

cum,

cum & quidem lento ignis gradu, ne incalescat, extillandum, in alembici lateribus & rostro adhærens eximendum, novo interim imposito alembico. Hicque labor argendus ad arbitrium.

VIREs effectorum horum tam liquidorum quam solidorum simplicium facultates æmulantur, forma eorum licet perierit.

DOSIS g. iij. vj.

Dosis.

UTENDI MODUS in juscuro, vel vino generoso.

Utendi modus.

CAPVT XII.

Salia cineritia simplicia, exemplo
absinthii &c. illustrata.

R absinthii, card. bened. marrubii, centaur. minor. ononidis παραδειγμα
viridis, caulium fabarum cujuslibet seorsim. q. v. salis cineritii
Virides herbæ ambustæ splendidius sal, exemplo absinthii illustrata sunt *autore Sala*, præbent, quam ante exsiccatae. In aëre libero combustæ, ut in foco culinario, vel furno aperti ignis, etiam splendidius exhibent sal. In loco concluso nascuntur carbones. Exstruatur furnus, pistorio similis. Hic injectis lignis calefiat, cineribus everfis, herbæ indantur, spiraculis apertis primò exhalat fumus & fuligo, post herbæ sponte accenduntur & incinerantur. Cum subsederint, novæ herbæ adduntur, furcâ interdum elevantur, & sic continuatur labor, donec sufficientem cinerum quantitatem impetraveris. CINERES exemti cribrantur, carbones juncti separantur, ulterius amburuntur, conjunguntur rursus. ALBI & PURI fatis cum fuerint, vulgatissimo modo ex iis fiat lixivium. Cineres in VASE LIGNEO ad infundibuli formam concinnato, vel vimineo amplo, linteo grosso obducto interiori parte, componantur, aquâ fontanâ calidâ vel tepidâ irrigentur, sic sensim effluet lixivium, quod tandem ita saturatum erit & sui plenum, ut vel ovum sine submersione illi innatare queat. Percolatione primâ peractâ, nova aqua infundatur, collecto in aliis receptaculis lixivio, laborque hic continuetur, donec insipida aqua effluerit. Collecta hæc lixivium tandem IN PLUMBEO QUADRAN-

O O

DRAN-

DRANGULARI VASE seu PATELLA vel etiam ORBICULARI, in arenâ locatâ, lento igne exhalent sine ebullitione. Cum CREMOR albicans in superficie apparuerit, vas in locum frigidum transferatur. Sic in fundo apparent crystalli, qui lentè exsiccandi.

LIXIVIUM reliquum iterum exhalet, crystalli colliguntur, exsiccati in vitreis vasis adservantur.

Modus hic præfertur 1. vulgari.

Modus hic cineritia salia concinnandi optimus, & præferendus 1. VULGARI, in quo lixivia ad siccitatem coctione rediguntur & quasi coagulantur, iterumque ∇ simplici solvuntur, & coctione coagulantur, donec expetitam albedinem adipiscantur. II. Præfertur etiam HARTMANNIANO, *proposito basilicâ chimicâ cap. 445. & confirmato à Claudio Deodaro lib. 2. p. 8.* quo cineres cum æquali parte \oplus , ulteriùs comburuntur in retortâ, obtorto collo sulphuream cœruleam flammam evomente. Odor sulphureus his salibus adhæret. III. Præfertur etiam

2. Hartmanniano.

FINCKIANO *in enchiridio dogmatico Hermetico, designato, & à Brendelio chim. in artis formam redactâ* commendato. Hâc methodo paratum sal non amplius est simplex, sed compositum, & potiùs sal absinthii vel centaurii minoris \oplus latum, ejusdem profapiæ, cujus est \oplus rus \oplus latus. IV. Præfertur etiam KES-

3. Finckiano.

LERIANO *centur. 1. proposito*, in quo sal communiter paratum, & per deliquium solutum, in cellâ vel aquâ fontanâ adfusa, irrigatur ∇ ex \oplus & \oplus destillatâ & rectificatâ, & cessante ebullitione, solet ostendere in fundo crystallos elegantes, aëris frigidus & humidus dominio non amplius subjectos. Non est simplex hoc sal, sed similiter compositum. V. Præfertur etiam modo illi, quo lixivia in coagulata miscentur, leniter calcinantur cum \ast , & affusa super patellam æneam, cum refrixerint, solvuntur in aquâ fontanâ tepidâ, inde leni calore soluta, & per chartam filtrata, exhalant ad medietatem, & in frigida cella concre-

4. Kesleriano.

scunt in crystallos.

5. alii modo.

Vires salium horum variæ sunt. In genere aperiunt, incidunt.

Vires.

VIRES salium horum variæ sunt. In genere aperiunt, incidunt.

Dosis.

DOSIS \mathring{g} . iiij. v. vj.

Modus utendi.

UTENDI MODUS in jusculo bene pulverisata.

CAPUT

CAPVT XIII.

sal ♀ elementare proponit.

Ribus modis sal ♀ parari potest, convenientibus cum *Tres sal ♀* eo, quo in calcinandis vini fecibus utitur *Dioscorides lib. parandi modi.*
s. cap. 90.

I. EX SPIRITUS ET OLEI. His extillatis, & remoto recipiente, ignis renovari & calcinatio institui, inque retortâ, affusâ aquâ lixivium paratum colari per filtrum, & ad justam consistentiam evaporari potest, tandemque in sartagine ferreâ (terrea enim vasa faciunt in rimas) ad salis formam redigi potest.

1.

II. ALTER MODUS. Recipitur ♀ ℥j. in furno figulino, calcinatur igne reverberii, ad salis consistentiam.

2.

III. TERTIUS MODUS hic est.

3.

R. ♀ri grosso modo contusi ℥j. Involve linteo grosso duplici, & filis colliga diligenter. Fasciculum colliga in igne anemio apertô, super tegulam parum excavatam. Comburentur quidem tegumenta illa, sed confidit concrescitque ♀. Deinde ustio urgetur per horas duas: cum refrigit, cineres adhærentes follibus difflantur. Apparet album sal ♀.

Quò minùs & leniùs calcinatur, & materia nigricantior manet, eò plus salis colligitur, quò magis, eò pariori manu. Ratio est in promptu. Volatile aliàs restitans sal, violentiâ Vulcani expellitur, at in leni calcinatione manet.

Sal hoc elementare dictum liquefcit in frigido humido. *Sal hoc liquefcit in humido.*
Ἰαχὺ γὰρ, verba sunt Dioscoridis, ἐπιϋλης ἰητερικῆς lib. 5. c. 86. διαπνεῖται, ὅτεν εἰς ἀσκέπασον, εἰς δὲ χωρὶς ἀγλῆς αὐτὸν ἀποθετικόν, facile enim exanimatur & liquefcit, ideo vase bene clauso, vel in calido & sicco aëre, ad servandum. Liquefcit autem in humido aëre & frigido, ut omnia vegetabilium per calcinationem & combustionem parata salia, quia destituitur spiritibus. Quæ spiritibus abundant, ut nitrum, ☉lum, in humido & frigido concrefcunt.

TEMPERAMENTUM calidum & siccum est acre & mordax,

Temperamentū

dex, neque quo vetustius, eò fit clementius, sed suo indulget genio, quocunque ætatis tempore.

Vires.

VIRES habet calefaciendi, exsiccandi, aperiendi. DIGESTIVUM à nonnullis indigitatur insigne, quod microcosmicum ρ in epatis, lienis, vasorum mesaraicorum, pancreaticisque regione, imò in urinariis meatibus bolum, tartareasque arenulas resolvendi vim habet.

Dosis.

DOSIS ḡ. iij. iiij.

Utendi modus.

UTENDI MODUS. INTERIUS usurpatur, rariùs tamen, per se in jusculo aliquo. Rarissimus est ejus usus internus, nisi quod nonnulli, eo ceu specifico arcano, utantur ad tincturas extrahendas.

I.

internus.

Non contrariabor equidem, verba sunt *Angeli Salæ tartarol. sect. 1. cap. 2.* hujus salis per se sumti & considerati usui, si stimuli loco aliis medicamentis in larga quantitate sumi solitis, ut linctibus & potiunculis, tenax, viscosum & humidum phlegma incidentibus ac solventibus addatur.

Judicium Salæ de interno usu.

In ergasteriis chemicis celebris innotuit modus, essentias vegetabilium, tum alterantes tum purgantes, extrahendi salæ ρ. Hoc evocare creditur ex interno centro tincturam cujusque quasi compedibus adligatam.

Infervit extrahendistincturis

Stent in digestionem. In momento apparet tinctura flava, crocea. Digestione accedente illa exaltatur. Liquor tinctus filtratur per chartam emporeticam raram, vel linteum subtilissimum.

Exempla.

1. *℞. fol. senæ ḡiij. salis ρ ḡij, aq. fontan. ℥vj. vel ij.*

I.

in leni calore fiat digestio. Mox aureo colore tingitur liquor.

2.

℞. rad. rhabarbari Alex. ḡij. salis ρ resolut. vel integræ. aq. fontanæ. q. s.

Misce. Superinfusa cerevisia vel vino, multo promptius & color & virtus extrahentur in liquorem.

3.

℞. spec. alterantisum & purgantisum quarumcunq; salis ρ pro lubitu.

Misce. Superinfusa cerevisia vel vino, multo promptius & color & virtus extrahentur in liquorem.

Vires harum tincturarum.

VIRES ex titulis innotescunt. TINCTURA FOLIORUM SENÆ crassos melancholicos educit succos: RHABARBARI biliosos: SPECIERUM quoscunque.

Dosis & utendi modus.

DOSIS & UTENDI MODUS. Bihorio ante prandium exhibi-

exhibentur, tinctura foliorum senæ ℥ij. rhabarbari ℥j. specierum haustus ℥v.

Vilipendit hanc Θ ꝛ admistionem *Angelus Sala* essentiar. *Judicium Sala-vegetabil. sect. c. 2.* adserens tincturam hanc potius ab externâ tincturâ proficisci, quam ab ipsâ rei essentiâ. Id ipsis tinctoribus lanæ sericæ manifestum esse, ait, & minime ignotum, qui colores additione ꝛ aut Θ alkali momento immutare solent. Deinde sine Θ ꝛ additione eadem tinctura sine negotio facilè extrahitur, ita ut non opus existimet hâc additione. *Επιχειρισ.*

Verùm cum extractiones tincturarum harum sic accelerentur, salque hoc magnas aperiendi vires addat, civitate meritò donandæ sunt.

EXTERNUS Θ lis ꝛri usus etiam notatu dignus. I. De- *2. Externus* liquio cryptico vel manifesto solutum in liquorem, maculis cutaneis & lichenibus abstergendis prodest per se. *Θ. ꝛ. usus.*

Idem præstat cum *ol. amygdal. dulcium* expresso mistum. Hoc *1. est cosmetium.* modo enim lacteum præbet balsamum, cuti à sordibus mundandæ, dum manus lavantur, aptum.

℞. Θ ꝛ. albissimi ℥j. aq. lib. alb. rosar. āa. ℥iij. camphoræ ℥℞. M. S. Aq. cont. maculas faciei.

℞. Θ ꝛ. elementaris q. s.

Inde in album ovi coctum ad duritiem, vitello exempto. Ligitur linteo, & in cellâ subterraneâ suspende. Liquefcit in aquam, maculis faciei extirpandis aptam.

II. Inflammationibus medetur, si cum oleo lini in vitro angustis oris, vel in scutella cum spatha agitatum, lactescens, inflammationibus medetur. *2. inflammationibus medetur.*

CAPUT XIV.

Sal ꝛ foliatum elementare, seu terra ꝛri foliata secretissima, per filtrationem parata.

NOMINE terræ foliatæ secretissimæ utitur *Philippus Muller* *Mentionem* *libel. miracula chimica & mysteria medica* in scripto *eius primus fe-* libro, in lucem edito, anno MDCXI. & descriptionem *cit Philippus* subjungit brevissimam, omnibusque numeris absolutam. *Mullerus.*

Oo 3 Loca-

Locatelli se in-
ventorem glo-
riatur.

Locatelli theatro de arcanis, arcano 42. eam hætenus in secre-
tis habitam, & ænigmatum nube obvelatam, à se multas tandem
sumtuosas post aberrationes indagatam gloriatur.

Censetur à nonnullis esse sal secretum Zvvelferi, cujus men-
tionem facit *mantis à hermeticâ, sub titulo essentia Martis vera.*

Præparatur autem hoc modo :

Parandi modus

℞. \ominus . ♀ . albissimi.

✕ fortissimi, ad eminentiam quatuor digitorum transversorum.

Abstrahæ acetum, insipidum quod exit, destillando per alembi-
cum vel evaporando. Post novum ✕ affunde, & exstillâ. Hoc
sæpius repete, donec spiritus exstillare incipit acidus, qualis fuit
affusus, aceto novo infuso nullus auditur sibilus, & in fundo ob-
servatur materia nigricans. Tum ♀ est animatus, & cessandum
ab iteratâ affusione ✕ & destillatione. Nisi cessetur, materia
nigra ebulliendo sensim elevatur, & ascendit, instar arboris, sic
loqui liceat, (nulla arboris adest figura) flatu turgida in alembi-
cum, nec coërceri potest hæc ebullitio, nisi frigida infundatur.
Ideoque justo tempore subsistendum. Nigra hæc in fundo reli-
cta materia spiritu vini solvatur, destillatione per chartam empo-
reticam filtretur, levissimo lentissimoque arenæ vel MB. calore,
vasis terreis vel vitreis latioribus excepta, plurimis exhalantibus
liquidis, exsiccat. Exsiccata materia iterum solvatur spiritu
vini, filtretur, exsiccat lentâ manu. Idque toties repetatur,
donec materia alba appareat, & foliorum longè à se invicem dissi-
torum instar concreseat. Hæc est ratio nominis.

Stent licet folia hæc suis limitata terminis, in frigido hu-
mido aëre, tamen iterum ad naturam matris suæ revertuntur &
liquefcunt.

Temperamen-
tum calidum.

TEMPERAMENTUM calidum est, conforme indoli \ominus
 ♀ ri, & ✕. Non planè fixa est terra hæc, nec plane volatilis. Non
remanet in fundo ut antea, sed elevari solet, neglecto ignis re-
gimine, & cum satura est: nec tamen propriè sublimatur, sed in
spumas conversa ascendit. Ad fixam naturam magis inclinât,
quam volatilem.

Vires.

VIRES habet calefaciendi, sanguinem depurandi. Purgat
corpus, inquit Mullerus, in morbis quibuscunque deploratissimis.

DOSIS

DOSIS grana, vel guttæ v. vj. vij.

Dosis.

Vtendi modus

UTENDI MODUS. In juscule horis matutinis. *Locatelli* putat in hac medicinâ latere vim calcinandi, & solvendi ☉ secretam. Exaltat hoc sal foliatum resolutum, soluta corallia in ✕. Cum ☉ lo ♂tis non calcinato, si misceatur in mortario vitreo, massa evadit primò subnigra, post rubescit. In cellâ subterraneâ liquefacta, & post spiritu vini irrigata, tincturam pulcherrimam exhibet hermaphroditicam ♂ & ♀.

CAPVT XV.

Salia vegetabilium essentialia composita.

Parantur COMMUNI MODO ex herbis, radicibus, lignis, seminibus floribus &c. temperatè calidis, sum- ^{Parandi modus} mēque arefactis plurimis, in aquâ communi coctis, & ^{vulgaris.} in frigidâ cellâ in crystallos, modò per artem id fieri queat, redactis. Citius tartarus quidam impurus emerget. ^{singularis.} NOVA *ἰν χερσὶν* concinnantur combustionem earundem in furno Glauberiano.

CAPVT XVI.

Salia cineritia vegetabilium composita.

DE his agit *Minsichtus armament. med. chim. sect. II.* & proponit *sal apoplecticum, epilepticum, cordiale, pectorale, &c.* Ingredientia in igne libero, non in concluso vase, aut ollâ clausâ in cinerem redigenda, Sed parca messis excipit laboriosam agri culturam.

℞. herb. salu.	primul. ver.
majoran.	rutæ hort.
pentaphyll.	tormentil. a M. vj.
rorismar. hort. m. ij.	sylvestris M. xij.
rad. paon.	ireos fl.
tormentilla	caryophyllata.
valeriana hort.	vincetox. a. ℥x.
zedoaria	sarsaparill. aa. ℥ij.
fl. paon. pl.	lil. convall. cum toto.

tilia

tilia
origani
sem. paon.
baccar. lauri
ligni sancti
querni ℥iiij.

sambuci m. iij.
hyssop. cum cimis.
sinapi āa. ℥vj.
juniperi āa. ℥x.
juniperi āa. ℥j.
corylini ℥vj.

Igne aperto comburantur.

Excineribus sal proliciatur vulgari modo.

Vires.
Dosis.
Usendi modus.

VIRES cephalicæ sunt, cerebri tutelam suscipiunt, ejusque adfectibus medentur. DOSIS se extendit ad ℥.
EXHIBETUR in specificis liquoribus.

CAPVT XVII.

Salia composita vegetabilium essentialium vel cineritiorum & mineralium mista.



⊖ *absinth.* *card. bened.*
fraxini *juniperi āa. ℥j.*
sarmentor. vitium corylini āa. ℥v.
 ⊙ *cum ♀ prepar.* * *t. āa. ℥j.*

Solvantur in aquâ fumaris, modico spir. Oli addito. Artis regulis observatis emergit sal crystallinum. Febrifugum.

DOSIS ℥. in liquore competente.

Dosis.

CAPVT XVIII.

Aliud sal compositum vegetabile & minerale, ⊖ ♀ nitratum dictum, Minsicht, arm. chim. sect. I. part. æq.

R *sal. ♀* ⊙ *cum ♀ preparat. āa. q. v.*
Solvantur in ▽ absinth. centaur. minoris, vel, cum harum spiritus evanescant, simplici. Filtrentur, incoquantur, donec crusta appareat. In frigido post concresecunt crystalli.

Vires.

VIRES. Incidit, detergit, infarctos à tartaro meatus expedit, inflammationi faucium medetur, calculum pellit.

DOSIS à ℥. ad ℥j. & ultra in vehiculis adpropriatis.

LIBRI

LIBER V.

SECTIO I.

ARTICULUS II.

CAPUT I.

Sal alcahestinum, secretum Paracelsi, Helmontii, Polemanni, Glauberi.

De eo in genere,



NOMEN Alcahest, althahest, alcaest, alchahest, vulgatum: *Nominis origo* nomini ratio densis sepulta tenebris. *EM-* *explanatur.*
PHATICA particula *al* Arabicam vocem esse persuadere posset, sed firma conjecturam deficiunt fundamenta. An Græco-barbara vox, originem debens voci Germ. *alle* / & Græco *ἀλλος* quasi *πρωτος*? Belgico idiomate notare posset *all garr heef* / aut *all tho heef* / quod caliditate excellat. Alcahest, quasi Alkali-est, indigitatur à nonnullis.

MEDICAMENTVM est ad liquida chimica opera quod referri potest, si consideretur perfecta ejus præparatio: ad solida, si inchoatio. *Ambigit inter liquida opera chimica & solida.*

Parandi modus tenebris involvitur ab autoribus, nihilque ferè ab iis de eo literis consignatur eâ intentione, ut intelligatur, sed ut non intelligatur. *Parandi modus obscure docetur à Paracelso.*

Paracelsus de viribus membrorum lib. 2. cap. 6. solutione & coagulatione fieri, magnarumque virium esse docet, in roborando jecore, & præservando ab hydrope, imò licet jecur ruptum sit, adeoque nullius usus, alchahest tamen ejus vice fungi, quasi integrum adesset jecur. Tales virtutes nemo præter eum Alchaesto adscribit.

Helmontius quodnam opus chemicum, & quodnam remedium hac voce notet, nullibi clarè edixit. Meminit Paracelsi Alcahest, *lib. de febribus cap. 14. tit. 10.* Idemque hoc singulare habere, quod idem numero, pondere & activitate tantum valeat millesimâ *inâ* actione, quantum primâ, quia agit sine re- *actione patientis.*

Pp

Ex

Polemanno.

Ex *Polemanni* scriptis liquet, liquorem esse igneum volatilem, quo facile sulphura metallorum & mineralium sequestrantur.

Glauberi sal artis.

Glauberus in scenam producit SAL ARTIS PHILOSOPHORUM, SAL mirabile, universalis salis titulo, quod trium regnorum summa sit medicina, dignum. Innuit & sale culinario, nitro, alumine, & aliis parari posse. Modum in arcanis habet.

CAPUT II.

De sale alcahestico in specie.

*conjectura di-
vinare licet,
esse
I. sal.*

CONJECTURA assequi licet, salis alcahestici nomine denotari.

*II. liquorem
resolutum.*

I. SAL universale, quod omnium salium summum est, trium regnorum climata pervadit, centra specierum macrocosmi referat, singularique prerogativâ, violatâ omni reactionis lege dum agit, immutabile manet, vitalis naturæ ac specifica dos. II. LIQUOREM etiam salis hujus resolutum notat idem nomen.

Duplex est.

Duplex constitui potest liquor hic: unus arcanus, alter vulgaris.

*I.
arcanus paran-
di modus ex
terra.*

I. EX SALE CENTRI, i.e. macrocosmi, quod terra est, conficitur.

℞. terram pinguem, similem illi, ex qua cespites adstruem focorum, Belgis & Orff / dista parantur.

Ex hac torrefactâ & calcinatâ lixivium, & ex hoc sal paratur, crebris solutionibus & coagulationibus redditum & purum. Hoc igne rotæ intentissimo liquatur, ac in mortarium æneum effunditur calens. Frigefactum pulverisatum exponitur aëri frigido & humido, in cella subterranea, vel modica aqua frigida aspergitur, ut lique scat. Liquor hic si non satis sit purus, opera danda, ut ab omni immunditie liberetur.

℞. salis hujus partes sex. silicum calcinat. part. j.

Pulverisata miscentur in ✱. ad liquidationem igni rotæ exponantur, in mortarium calens effundantur. Frigefacta iterum pul-

pulverifantur, in cucurbitâ vitreâ pluviali aquâ affusâ liquefcunt. Liguatio hæc lento arenæ calore promoveri potest. Defundatur liquor fecibus cum silicibus in fundo relictis. Pluvialis aqua abstrahatur in arena. Liquor salinus in fundo relictus est alcahesticum menstruum, tantis deprædicatum encomiis.

Parari potest idem liquor ex QUACUNQUE alia TERRA nigra, pingui nitrosa, in qua sal centri abundat.

II. COMPENDIOSO MODO paratur ex \odot vulgari, ab alieno communi sale purgato, fixato, & vel per deliquium in aëre humido, vel affusa aqua soluto. *vulgaris.*
ex \odot ,

PVRGATVR facta solutione in aqua fontana, & iusta cry-
stallifatione, sic à sale communi censetur depurari. *purgato.*

FIXATIO triplici via instituitur, ratione triplicis objecti, in quod Alcahest agere debet. Inde triplex etiam resultat Alcahest 1. vegetabile. 2. metallicum. 3. lapidum. *fixato.*

CAPUT III.

Compendiosus modus præparandi Alcahestici triplicis salini liquoris, \odot I. vegetabilis.

R Projicitur in crucibulum amplum, & quod ignem fortissimum ferre possit. Hoc ponitur in \triangle rotæ, quando crucibulum ignitur, & \odot liquefcit, carbonum portiunculæ successivè injiciuntur, quæ statim flammam concipiunt & comburuntur. Cum una carbonis particula consumpta, nova est injicienda, idque tamdiu continuandum, donec nullam amplius flammam concipiant injecti carbones, sed quasi incombustibiles supernant: tunc enim satis nitrum est fixum: atque tum ita fluidum de crucibulo in mortarium nonnihil calefactum effunditur, ubi in lapidem coloris cærulei concrefcit. Post teritur, & in cellâ velut sal η ri solvitur, vel aqua fontana ipsi superfunditur, præbetque liquorem urinosum. *Alcahest vegetabile.*

VSUS. Servit hic liquor potissimum ad extractionem vegetabilium, hoc modo: *Vires.*

Res extrahendas, ut radices, herbas, ex. gr. absinthii summitates. Modus utendi.

Pp 2 Com.

Comminuuntur, superfunditur liquor, ponitur vitrum probè obturatum per diem 1. 2. aut 3. ad digerendum in calore leni. Cum satis extraxit, quod odor, sapor & color produnt, defunditur liquor, vel etiam per chartam colatur. Super residuum novum Alkahest infunditur, & proceditur, ut prius. Super liquores collectos filtratos Ψ bonus affunditur, & ad digerendum reponitur. Sic Ψ omne, quod in liquore Alkahestino est extracti, in se recipit, & ambo à se invicem separantur, ita ut Ψ cum imbibito extracto seorsim, & liquor Alkahest similiter seorsim, & quidem purus omnique extracto privatus stet in vitro, Ψ que vini supernatet. Tunc itaque per inclinationem vel per tritorium separantur. Liquor hic Alkahest separatus, rebus porro plurimis extrahendis inservire potest. Combustio vegetabili sal Ψ iterum extrahi potest, & ad alios usus servari.

CAPUT IV.

Alium salinum liquorem alcahest vegetabilem proponit.

Ευχείνησις.

R *cinerum clavellatorum vitis acerrimorum*
 ☉ Ψ ri à $\text{H}\beta$.
 Affusâ aquâ calidâ lixivium fit, aliquoties per chartam filtrandum.

Vires.

VIREs eadem, quæ nitrosi liquoris in vegetabilium exsiccatorem tincturis extrahendis.

CAPUT V.

Alcahest metallicum explicat. Ex

☉li Ψ ris ti \star ti.

Modus parandi.

R *i.e. reguli antimonii stellati simplicis, vel compositi,*
 \star Ψ ris Ψ ri facti, ex Ψ ris part. j. Ψ ri part. ij.
 ☉ purificati part. iij.

pulverisata misceantur in mortario marmoreo per minima, inque crucibulo igne rotæ circumdentur. Observatis ignis gradibus



Mplam spem immensi muneris hæc faciunt præconia. *Alii de spinis* promitti rosas, de rubo uvas clamant. Extrahendi vim non salino liquori, sed Ψ adscribunt. Videtur etiam extractum absinthii, vulgari modo paratum meliùs respondere expectationi. De aliis libet filere. In bonum consulenda sunt artis subsidia à viris probatissimis excogitata, non obelisco contanda omnia.

CAPVT VIII.

*Sal ☉ compositum febrile Minsichti
sect. 2. propositum.*

R ☉ *lis ☉ tripreparati fl. *.
absinth. centaurii minoris, card. benedicti aa. ℥j.
aqua cichorii.*

Solvantur, & evaporatione institutâ in frigido concrecant. Crystalli feliciùs succedent, si aquæ cichorii permisceatur acidus ☉li latex.

- Vires.* VIRE S auxiliantur omnibus febribus intermittentibus. Summum est alexipyreticon.
- Dosis.* DOSIS ℥ß. ℥j. ℥ß.
- Vtendi modus.* UTENDI MODUS. Tribus horis ante accessionem, in aqua centaurii minoris adsumatur. Sudet æger.

CAPVT IX.

*Sal ☉ tratum Minsicht. sect. I.
arm. chim.*

R ☉ . ☉ . ☉ *cum ☉ preparat. aa.*
Solv. in ∇ rosar. calida. Filtrentur, incoquantur, donec appareat crusta. In frigido concrecant crystali.

- Vires.* VIRE S. Incidit, detergit, infarctos meatus expedit, inflammationi faucium medetur, calculum pellit.
- Dosis, & utendi modus.* DOSIS à ℥j. ad ℥ß. ℥j. in vehiculis adpropriatis.

LIBER

LIBER V.
 SECTIO I.
 ARTICVLVS III.
 Salia mineralia essentialia.
 CAPUT I.

Sal o essentialis exaltatum 1. vulgari modo per solutionem & coagulationem, 2. per calcinationem.



Xaltatio hæc est depuratio o à sua pinguedine seu u-
 stibili & pingui exhalatione, quam continet, cujus-
 que gratiâ accenditur, flammam concipit, & crepi-
 tat. Detrahitur hæc duobus modis: 1. solutione &
 coagulatione. 2. calcinatione.

PRIMA præparatio per solutionem & coagulationem *Nitri præpara-
 tio per solutio-
 nem.*
 magni fit à *Beguino tyroc. chim. lib. 2. cap. 11.* & imprimis *Bren-
 delio chim. in artis formam redactâ pag. 140.* Ab utroque mo-
 dus describitur.

Coquitur o in aqua fontana limpidissimâ ad rogam ex
 lignis constructum, flammaque ardentem, in vase æneo, tam-
 diu spatulâ lignea diligenter agitando, donec gutta liquoris af-
 fusa frigido ferro stet, & concreseat. Tum affundantur & in-
 spergantur

lixivii acerrimi saponarii uncie aliquot.

Mox mucilaginosâ quædam impuritas fundum petit. Cum hæc
 subsederit, superstes liquor depleatur, in lebetem cupreum, vel,
ut vult Gluckradus commentario in Beguinum, in scutellam
 ligneam ex ulmo factam. In frigido loco concreseunt crystalli.
 Aqua supernatans iterum coquitur. Hoc modo sal cibale, a-
 junt, separari nitroso, illudque cum lixivio uniri, nitrum verò
 crystallinescere.

Et

*cenfetur auto-
vibus fufficiens.*

Et hanc depurationem \odot cenfent fufficientem, cum \ddagger calci-
nationem non neceffariam, quin potius vires nitri sulphure inje-
cto & accenfo diffipari & amitti.

Exingit.

Verum quamvis hanc præparationem tanti non faciamus,
alterique præferamus, laude tamen dignam cenfemus.

Vires.

VIRÈS habet refrigerandi mediocriter, pluribus igneis spi-
ritibus adhuc præditum. Cruditates ventriculi & lentam pituitam
in primis viis difcutit.

Dofis.

DOSIS \mathfrak{ss} .

Vtendi modus.

UTENDI MODUS. Pulverifatam in jufculo exhibetur.
Frigidas faucium deffillationes cum aqua prunellæ in gargarif-
mate difcutit.

C A P V T II.

Altera præparatio \odot per calcinatio- nem cum \ddagger .

*Nomina.
Anodynum
minerale.*



Hæc exhibet medicamentum, quod NOMINATUR \odot
anodynum, & anodynum minerale à Quercetano, libro, pe-
stis alexicacus, in fcripto, autoritate chimicorum plu-
rimorum in arte peritorum, qui exteriùs in liquore ac-
commodato diffolutum ad quosvis dolores fedandos efficac ex-
perti funt.

Sal prunella.

LAPIS & SAL PRUNELLÆ dicitur, ex analogia cum
viribus herbæ PRUNELLÆ, quam fignatura & experientia
commendant in angina, ardoribus, & inflammationibus faucium.
Parili modo & fal hoc cum \ddagger paratum naftum eft nuncupatio-
nem à fanandis fymptomatibus faucium, in febris ardentibus,
malignis, peffilentibus, ardore, inflammatione, nigrore & aduftio-
ne quafi, quæ colorem prunorum hortenfium in clibano cocto-
rum, aut prunarum nigrarum uftarum æmulatur.

Inventio.

Inventio hujus præparationis debetur prifcis. Nitrum, in-
quit Plin. 31. nat. hift. cap. 10. sulphuri concoftum in lapidem verti-
tur. Idem ad externos ufus commendat. Recentior ætas diligentio-
rem adhibet manum, ut internis ufibus fit commodum.

\mathfrak{R} . \odot depurati \mathfrak{ss} .

Poni-

Ponitur in crucibulo seu tigillo forti super igne carbonum, in furno anemio sub dio, vento silente, donec liquatum fluat. Post

℞. ♀. flavi ℥℥.

Beguinus & Sala flores accipiunt, & quidem ad ℥℥j. ♂. flor. ♀. ℥j. ut tantò melius omnis pinguedo absumatur. Sed hoc incommodi inde enascitur, quod ♂ nimis acriter calcinatum, in frigido & humido diffluat & madescat. Sufficit ergo ℥℥. Per vices ♀ injecto deflagrato, effunditur totum in pelvim vel tabulam aurichalceam.

Cum verò ♂ hoc modo depuratum duo adhuc habeat in-
commoda, quorum *alterum* est calor quidam corrosivus ex em-
pyreumate contractus, *alterum* sapor ingratus & urinosus, ulterius
præparandum *nonnulli* censent.

PRIMUM quidem emendatur dissolutione in aquâ rosa-
rum. Dissolutio filtranda per chartam emporeticam, vel, quod
melius, instituenda excolatio per lanea fila vel lacinias. Post
evaporatio instituitur ad medietatem, & impositis bacillis li-
gneis in cellâ colliguntur crystalli. Atque hæc emendatio per con-
gelationem melior est, quam quæ ab *aliis* proponitur per exsicca-
tionem.

ALTERUM incommodum corrigitur, si ♂ in ▽ rosar. so-
luto, & leniter decocto, inter cogulandum admisceatur

saccharum canthium,

æquali ferè proportione, donec decoctum acquirat duritiem.

Sed labore hoc supersedere possumus, si ♂ per se purificato
saccharum admisceatur.

Acquiescunt autem omnes in prima simpliciori præparatio-
ne, quæ etiam sufficit.

VIRES decantantur miris modis è chemicis.

REFRIGERARE communis omnium est sententia, ideo
commendatur ad internas inflammationes, æstuationes, pleuriti-
des, peripneumonias, febres.

Hujus adfertiones varietatem comprobat *Quercetanus libro* *Confirmat*
in scripto, pestis alexicacus, cum docet: sal hoc linguæ adpositum *Quercetanus:*
majorem glacie hyemali producere frigiditatem.

Adscribenda hæc hyperbole est Paracelsicæ grandilo-
quen-

Qq

Επιχειρισ.

Vires.

Urinosi saporis
correctio.

Empyreumaticis.
emendatio.

Incommodum
duplex.

quentiæ, ait *Libavius loco citato*, qua tamen aliquis imperitus studiosus possit decipi, ut periculum redundaret in salutem ægri. Quod si etiam frigidior glacie hyemali esset, multo minùs in ventriculum ingeri posset, quàm glacies. Vis inde fieret naturæ, æget-que periculo colicæ aut hydropis exponeretur.

*Tergiversatio
Libaviana.*

De frigiditate hujus salis dubitandi ansam præbet *Libavius apocalypseos hermetice parte priorè cap. 17.* de refrigerante hac virtute sermonem instituens, **TU CAUTUS ESTO**, inquit. Vides enim per sulphur & fixationem, spiritus refrigerantes esse vel sublato, vel oppressos, aut retusos. Agnoscit in soluto ejus muriæ naturam, & faldedinis virtutem acrem, mordacem & calidam: quæ etiam in biliosâ abundantia ideo non convenit, quia duo acria ebulliunt, effervescentque.

Επινευσις.

Verisimile est, in calcinatione cum φ, nitrum alias calidum & siccum, ob spirituum diffationem ad frigidum temperamentum inclinare. Eo fine enim additur, ut admisti φ spirituosâ substantia evocetur, & unâ cum eo deflagret.

*ζ. διέξωσιν
ἢ διὰ φόρη-
σιν moliri.
Confirmat
Castrensîs.*

DIURETICUM est & **DIAPHORETICVM** infigne, expellit calculum renum, vesicæ impuritates expedit, utrinamque in aquis appropriatis mover.

Salis Prunellæ usus in febribus præ cæteris placet *Stephano Roderico Castrensî lib. 3. de meteor. microcosmi. cap. 13.* quod diaphoretica & diuretica potestate præditum, cum φ & θ nitro originem suam debeat, nitrosâ etiam & sulphurea ex humano corpore educat.

Dosis.

DOSIS à *Quercetano loco citato*, ad ʒß. & ultra extenditur, cum aliquo liquore, si misceatur. In malignis febribus sal hoc cum aqua pura fontana, eaque frigidissima atque abundantissima ita permisceri posse addit, ut ad dosin vasti cujusdam calicis propinetur.

*Utendi modus
internus.*

UTENDI MODUS. Cum aliis semper usurpatur interius. Nos, inquit, *Libavius citato loco*, vocati aliquando ad vetulam nobilem **CAVSO** laborantem, efflictimque **SITIEN-TEM**, **AQUAM** fontanam puram cum salis istius pulvere miscuimus, donec obscura falsilago in lingua adpareret. Deditus hinc mediocrem haustum, & miraculo cessabat sitis molestissima.

stiffima. In MALIGNIS dari potest cum Julepo aciditatis citri, parato ex succo & aquis cordialibus.

Externus

EXTERNUS USUS. GARGARISMATIS loco in ardentibus, quando fauces præ nimio æstu nigrescere incipiunt, cum ∇ rosarum, semperviui majoris, prunellæ, lactucæ, succo etiam concrorum fluviatilum, feliciter usurpatur, suppletque vicem Ἰνίτες ὀπιτῆ ab Hippocrate commendati, abstergendæ salivæ ac mucos, & excreationi facilitandæ anginosi oblatum.

In liquore aliquo, ut ∇ solani dissolutum, miram ostendit efficaciam ad sopiendos, quosvis dolores qui inflammationes tam interiores quàm exteriores pro germanis agnoscunt causas. HYDROPICORUM sitis demulcetur ∇ endiviæ vel oxalidis eodem sale & spiritu \odot li, aut simul, aut seorsim alterato. CUM CREMORE ptisanæ etiam exhiberi potest. JUSCULA eodem condiri queunt. In MORBIS PECTORALIBUS datur cum oxymelite, sirupo violarum hydromelite. Cum decocto cornu cervi prodest contra VERMES. Pondere Ἰβ . sumtum cum ∇ petroselini, vel fragorum, sirupi rubi idæi, violato, vel de althæâ, alteratâ CALCULUM RENUM pellit.

\mathcal{R} . spir. ebul. ḗ ss.

salis \odot præp. ḗ j.

aq. petrosel.

asparagi

fœniculi āā . ḗ j.

magist. lap. ḗ . ḗ j.

M. S. Harnstreibendes Wasser. Dos. g. x. in aq. petrosel.

\mathcal{R} . \odot prunel. ḗ j.

Solve in

∇ frag. q. s.

Filtra, instilla

spir. \odot li ḗ j.

(Saltz)

Sicca. S. Urintreibendes

CAPUT III.

\odot anodynum minerale Saturninum.

H .

\odot . ḗ . ḗ .

\odot anodynum exaltatum.

Rliquefiat in crucibulo latiori Saturnus. Superinjiciatur nitrum, & cum fluxerit liquefactum, ad majorem depurationem injice sulphur. Nitrum hoc modo depuratum, H animâ imprægnatûm majores refrigerandi vires adsumit.

\mathcal{R} 2

CAPUT

CAPUT IV.

☉ anodynum minerale ☽ latum.

R ^{☉ per ♀ præp. spir. ☽ li.} Pulverisato ☉ infunde spiritum sensim & sensim. In lentâ digestionem uniuntur. Exsiccatum sal pulverisatum ad usum seponitur. Faciliùs solvitur in ▽ frigida.

Vires.

VIREsque suas promptiùs exserit, adsignatas suo ☉ ☽ lato à *Minsichto armam. medico-chim. sect. I.*

CAPUT V.

Nitrum ☽ latum Gottorpiense. Panacea duplicata Schroderi. Arcanum duplicatum Minsichti.

R ^{☉ F. qua ex ☉ ☽ ☽. paratur.} Extrahe sal aquâ fervente. Hoc crebris solutionibus & coagulationibus depuretur, ut candidissimum evadat. Tritum super marmore, calcinetur in retortâ, sensim aucto igne horis XII, ut circa finem fundus cucurbitæ candescat. Postquam omnia refrixerint, vitro rupto eximatur, iterum solvatur, coaguletur, calcinetur. Facilioris liquefactionis gratiâ, aliqua pars ☉ addatur, nempe ☉ pars j. ad ☽ partes ij.

Vires.

VIREs recensentur à *Schrodero & Minsichto*. Primus inventor & experimentator salutaris hujus medicinæ fuit *GEORGIUS BUSSIUS*, olim Archiater aulæ Ducalis Gottorpiensis felicissimus. Aperit, incidit, obstructionibus hypochondriorum medetur, diaphoreticam obtinet vim. Prodest in febribus continuis & intermittentibus.

Dosis.

DOSIS à ℥β. ad ℥j.

Modus utendi.

MODUS UTENDI. Matutinis horis, in juscule.

LIBER

LIBER V.

SECTIO I.

ARTICULUS IV.

Salia animalia volatilia.

CAPVT I.

☉ cornu cervi.



Spiritum cornu cervi ab ol. separ.

☉ cornu ejusdem prima ☉ collecti.

Excipiantur phialâ terreâ, superposito alembico; & re- *Modus paran-*
cipiente vase adaptato. Lenissimo, sensum intento, igne *di-*
adscendit sal volatile albicantissimum crystallinum, & alembici la-
teribus rostroque adhærescit. Tum statim removendus alembi-
cus, aliusque imponendus, & sal eximendum. In secundo alem-
bico si salis vestigia apparuerint, illico & ille auferendus, lento i-
gnis gradu & lenissimo: si enim ignis intendatur, & spiritus ole-
osi simul adscenderint, sal liquatur & cum spiritu miscetur, nulla-
que sui amplius exerit vestigia. Sal collectum asservari potest in
vase vitreo angusti oris, cereo operculo, & vesica quadruplici be-
ne munito. Rectificatione opus haud est.

VIRE S. Est tenuium partium volatile, diaphoreti- *Viras.*
cum, penetrat omnia vasa, malignitati resistit in febribus pe-
stilentibus.

DATUR, ad præsertionem pondere ḡ. iij. ad curatio- *Dosis.*
nem ḡ. vi. vij. in vehiculo convenienti.

CAPUT II.

Sal volatile sanguinis cervini.

R *sanguinem cervi justo tempore collectum, leviter in clibano*
exsiccatum, & sic à phlegmate liberatum, q. s. lb. xij.
Ex retorta, admoto recipiente, cum collo intermedio vi-
treato,

Q 9 3

treato,

treo, igne aperto adhibito, primò exstillat spiritus, post sal volatile cum oleo crasso. Sal majori copiâ procedit, ac ex cornu. Refrigerato vase & igne extincto, colligatur sal ex vitri intermedii collo, flavo, & oleo inebriatum: post, quod recipientis summitati adhæserit, paucum quidem, sed crystallinum, album elegantissimè striatum. Tum spiritu plurimo sale imprægnatus per filtrum chartaceum separetur ab oleo. Demum spiritus sincerior cum sale volatili priori mistus per alembicum rectificatur. Exemptum sal, antequam spiritus succedat, in vitro bene munito, adservetur ad usum.

Residuum in phialâ qui manet spiritus, porro per alembicum expulsus seorsim excipitur, & adseruetur.

Spiritus albus.

Demum, cum ad siccitatem exstillatio fieri non possit, absque phialæ periculo, adfundatur Ψ , tum spiritus ascendit albus, pellucidus, saporis gratioris.

Vires.

VIRES salis, spiritui communes. Ob λεπτομέρειαν τῶν ἀτόμων, insignem habet vim diaphoreticam, in febribus ardentibus malignis & pestilentibus.

Dosis.

DOSIS gr. iij. iiij. vj. vij.

Modus utendi.

UTENDI MODVS in jusculo, vel haustu vini ὀλογοφόρου, ægri corpore in lecto bene recto.

CAPUT III.

Sal urinae volatile.

ἐχχείνησις.

R spiritum urinae primæ destillationis, cum sale suo mistum. Destillatur per alembicum lentissimo igne, talis caloris gradu observato, in arenâ, ut alembicus semper frigidus maneat: aliàs liquefcunt crystalli, qui ascendunt. Colligi possunt aliquoties novo imposito alembico, & in probè munito vase adseruari.

Vires.

VIRES diureticæ, lithonripticæ imprimis commendantur.

Dosis, & utendi modus.

DATVR pondere granorum ij. iiij. iiij. in jure pulli, aquâ petroselini, sirupo de althæâ, haustu vini diuretici tenuis, vel vini malvatici, ol. amygdalarum dulcium misti.

CAPVT

CAPVT IV.

Sal cancerorum fluuiatiliū.

R

των καρκίνων ποταμίων ἀνορθόσωγιων, cancerorum fluuiatiliū cauda carentium. (Non intelliguntur nomine cancerorum gammari nostri fluuiatiles caudati) η̄ο. C.

Comburantur in ollâ capaci. Sal ex cineribus extractum seruetur ad usum.

VIRE S cineris delineat Dioscorides lib. 2. de re medicâ Vires cineris.

cap. 10. καρκίνων ποταμίων καέντων ἢ τέφρα κοκλυαρίων δυοῖν πλῆθος σὺν γενπανῆς ρίζης κοκλυαρίω ἐνι. καὶ οἴνω ποθεῖσαι ἐπὶ ἡμέρας γ'. Ἐσηθεῖ λυσκοδήκτοις ἐναργῶς. Cancerorum fluuiatiliū exustorum cinis cochlearium duorum pondere, & gentianæ radicis uno, per triduum in vino potus, succurrit præsentî remedio canis rabidi moribus.

SALI eadem meritò adscribendæ ex cineribus, aquâ fontanâ effusâ, extracto.

DOSIS ḡ. vj. vij. in aqua gentianæ.

Dosis.

CAPVT. V.

Sal viperarum volatile & fixum,

D

Dioscorides lib. 2. περὶ ἰατρικῆς cap. 16. meminit salis viperarum, eiusque præparandi modum proponit talem: καθίεται δ' ἐχίνα ζωσαεὶς καινήν χύτραν, ἢ μεταύτης ἀλῶνι χυδῶν τετραμμένων ἀναξέσαις ἁ. μετὰ μέλι-

Modus viperas in cinerem redigendi Dioscoridans,

κύαθων ε'. περὶ χύτρας πληρῆς τοῦ πῶμα τῆς χύτρας, ἢ ἰσπῆται ἐν καμίνω, ἄχρησθ' ἀνδρακοθῶσιν οἱ ἄλλοι. μετὰ δὲ τῆ τολειοτριβήθεντες ἄσποθῆνται ἐν ὄτεμιγνυμένῃ πρὸς εὐσομαχίαν αὐτοῖς ναρδάξυθ' ἢ φύλλα ἢ μαλαβάθρα βραχέθ'. In novum fictile vivens conicitur vipera, eodem conjiuntur tritum cum tritis caricis sal: singulorumq; sextarii mensura, & præter hæc mellis cyathi sex. Luto deinde fictilis operculum linitur, & in fornace, donec sal in carbones transferit, torrentur: Friatur deinde exemptum ex fictili sal, sicq; servatur, additis aliquando, ut suavius ori sapiat, spica foliove nardi, aut malabathro exiguo.

Viam

Viam monstrat ad thesaurum, sed rudi Minervâ: ut pluribus explicat *Zuvelferus pharmac. class. 14. appendice de & theriac.*

Recentiores expeditionem tenent.

Modus recentiorum.

R. Viperas, laqueo sericeo chermesino strangulatas, cum capite & caudâ (exemptis intestinis, quae seorsim locentur in laminâ ferreâ.)

Exsiccentur in clibano. Inde retortæ terreae, recipiente vase vitreo amplo, cum tubo, adaptato. Destillatio instituat observatis ignis gradibus. Prodit spiritus, oleum & sal volatile, non solum in spiritu resolutum, sed collo intermedio, & lateribus recipientis adhærens. Spiritus ab oleo separandus destillatione hypoclepticâ, per chartam bibulam duplicem. Post sal cum spiritu hoc miscendum, & ex phialâ, adaptato alembico amplo, & quidem ne hic incalescat, lento ignis gradu destillatio instituenda. Primò ascendit sal album in alembicum. Hoc eximendum, & novus alembicus statim imponendus. Quamprimum sal in debitâ copiâ apparuerit, statim auferendus, ut eximatur. Primus statim iterum imponendus. Hæcque omnia dextrè & peritè peragenda. Sal in vitro cerâ & vesicis bene munito ad servandum. Reliquus spiritus destillatione urgendus, & ad servandum. Tandem spiritu vini affuso proleclius spiritus mitior albicans colligendus.

Vires.

*VIRE*S spiritûs & salis passu ambulant æquo. Sal est spiritus condensatus, spiritus, sal liquefactum. Generosius sal: spiritus minus efficax. Sal summæ subtilitatis penetrat omnes corporis poros: Spiritus paria conatur, sed non præstat.

Carnis dotes Dioscorideæ.

Dioscorides recenset carnis viperarum dotes. *Ἐχιδνῆς σαρκὸς ἐψηθεῖσα καὶ ἐσθιομένη, ὀξυδορκεῖς ποιεῖ τὰς ὀφθαλμοὺς, καὶ τὰ νεύρα καὶ ἀρμόζει, καὶ τὰς ἀυξομένας χοιροειδῆς ἴσησι. Caro viperarum decocta, & in cibo sumpta, facit oculorum claritatem, nervorum affectibus commoda est, strumarumque incrementa compescit. Paulò post subjungit: κατασκευάζονται καὶ ἄλλες ἐξ αὐτῶν πρὸς τὰ αὐτῶν. πλὴν ἔχ' ὁμοίως ἐνεργῆσι. Conficiuntur ex iisdem & salia, sed minoris efficacis.*

Salium vires minoris valoris censentur à Dioscoride. Sal moderno more.

Vera fortè sententia, si sermo sit de confectione salis, Dioscoridæo more parati. Sed modernum sal volatile nucleus to-

cus animalis, præsentius & animosius est in duellum, cum dicto-
rum non solum, sed etiam aliorum adfectuum monstris.

*confectum no-
biliss.*

Debellat hydrã pestilentem, præservationis & curationis
in actu: cerebri à frigidã causã ortis infirmitatibus medetur: ocu-
lis claritatem, nervis gratiam afflat.

DOSIS ḡ. iij. iv. v. vj.

Dosis.

UTENDI MODVS in aquis appropriatis, vel generoso
vino. *Utendi modus.*

LIBER V.

SECTIO I.

ARTICVLVS IV.

CAPUT I.

Sal si ve O-lum ♂tis ♂ ♀.



Uo hæc metalla morem gerunt desideriis admira-
torum suorum. ♂ rubicundinescens ♀, saphirinum,
imò potius cœlestis coloris æmulum gelascit in
O-lum.

*♂ & ♀ præ-
bene O-lum.*

MODI concinnandi satis laboriosi, consistentes
in calcinatione cum ♀, elixiviatione & crystallisatione commen-
dantur, & proponuntur *dissertatione nostrã chemicã sextã*, quæ a-
git de ♂ & ♀.

*℞. ♂ per ♀ aliquoties cæmentatoriã calcinatione redacti in cro- Eyxáipnors.
cum nigrum ℥b vj.*

▽ fontane pure q. s.

Coq. in olla vitreatã. Lixivium decantatum exhalet ad medieta-
tem, vel ultrã. In cellã frigidã subterraneã concrescens O- colliga-
tur. Hæcque solutio & coagulatio aliquoties repetatur.

Satisfacit expectationi O-lum rubicundinescens obscure, *Nativum no-
biliss.*
quod in fodinis quibusdam metallicis Ducatûs Brunovicensis
reperitur, nativum.

VIRES habet aperiendi, & sanguinis, à que naturã sanguinis *Vires.*
diversorum humorum meatus expediendi.

DOSIS ḡ. iij. iv.

Dosis.

R_c

UTENDI

Utendi modus.

UTENDI MODUS. Miscetur cum æquali portione sacchari canariensis, & sic in substantia exhiberur. Liquefcit in aere frigido facilè, sed & sic commodè adsumitur. Vehiculum est jusculum aliquod, aut vinum. Ex eo destillatus spiritus, ad g. iij. iv. in vehiculo commodo, jusculo, vel vino sumtus easdem exferit doctes.

CAPUT II.

Vitriolum ♀ . Θ lum ♀ .

S Al sive Θ ♀ celebris est nominis. Describitur ab Osvaldo Crollio basil. chim. & Beguino tyrocinio chim. libro 2. cap. 17. Minderero de chalcantio seu Θ lo disquis. chim. cap. 2.

Modus parandi.

R. ♀ mundiss. in bracteolas exiles orbiculares, Ducatorum Ungaricorum instar scissæ q. v. ♀ communis pulverisati q. s.

Ejus pars prima.

In pyxide cæmentatoria fiat S. S. S. ita ut prima area sit ♀ . secunda ♀ , tertia rursus ♀ , & sic deinceps, donec pyxis sit repleta. Operculum luto affigatur juncturis bene munitis, & circumlitis. Instituatur calcinatio igne circulari ex carbonibus ignitis circumposito. Observatis ignis gradibus, cupreæ laminæ à ♀ ris spiritu attritæ, & arrosæ in nigram calcem rediguntur. Calx hæc, cum refrixerit, probè trita, in olla non vitreata, ferrea tudicula seu spatula hinc inde agitetur, & ab uno ollæ latere in aliud indefinenter devolvatur.

2.

R. calcis hujus $\text{℥}j.$ ♀ $\text{ʒ}i\text{ss}.$

Misce, & hac proportione (seu cum octava parte sui ponderis, sulphuris triti) simul mista in olla iterum calcina. Laborem hunc eadem proportione ♀ observata sexies vel septies repete.

3.

Affunditur demum aqua ferventissima, quantum ei largè diluendæ sufficere videtur, tunc paulatim calx liquefcet, aquamque cæruleo colore tinget.

Hæc colata, vase figulino vitreato, per cocturam, ultra medium exhalet, donec supernè cuticulam ostendere, & quasi crustam obducere videatur. Tum frigida in cella, bacillis injectis mundis, gelaſcat in cryſtallos saphirinos.

VIRES

VIR ES aperientes vulgari communes, sed uterum magis *Vires.*
 respicientes extolluntur. Quum ♀ longè in medendo ignavius
 vulgari, spiritumque inde destillatum imbecilliozem pronunciat
Helmont. lib. de lithiasi cap. 8. tit. 16.

UTENDI MODUS.

Vtendi modus.

℞. Oli ♀ ʒj. Sacch. canthii, ʒij.


In vitro juncta se ventur ad usum, dentur ad grana v. vj. Si li-
 quecant, quod facile contingit in cella frigida, vel in aëre ejusdem
 temperaturæ, aut affuso aquæ cichorii modico.

DOSIS. gutt. v. vj. vij. in jusculo vel vino.

Dosis.

CAPVT III.

Sal vitrioli vomitiuum, seu manna
 vomitoriorum.

R  spiritus Oli, ad brunnum colorem calcinati. Vel:
 Oli ad ignem rotæ, primo ad rubrum, post ad
 brunnum colorem calcinati.

Terminus calcinationis curiosè observetur. Si deficias, & O-lum
 calcinatum colorem prædictum non adsequatur, nihil aliud ex-
 trahetur, quàm O-lum ejusdem, vel parùm labascentis coloris &
 saporis. Sin excedas, ut omnibus spoliatur spiritibus, neque sic
 optatus sequetur finis. Affusâ ∇ fontanâ calidâ solvatur, sensim
 agitando. Stent per horas xxiv. Trajiciatur per chartam empore-
 ticam. Colatum quod est, exhalet, donec sal in fundo reperiatur
 siccum, album, ad incarnatum vergens,

VIR ES purgandi habet *ἀνω γὰρ καίτω*, & quidem satis beni- *Vires cathar-*
 gnè. Ut manna cœlestis inter lenientia benignissimæ est naturæ, & *tica commen-*
 nulli non personæ absque ullius periculi suspitione exhibetur, ita *dantur à*
 & sal, hoc suo scopo, benignè evacuat peccantes humores.

Eo nomine commendatur à *Quercetano in tetrade affect.* *Quercetano.*
cap. in epilepsia, apoplexiâ & similibus affectibus ceu singulare &
 convenientissimum præsidium, si ex sirupo scillitico ad ʒj. propi-
 netur. Nec illaudatum dimittit idem medicamentum *pharmac.*
dogm. restit. cap. de vomituis, exhibitum ad g. vij. viij. x. pro ægro-
 tantis viribus.

Rr 2

Angè-

Sala.

Angelus Sala ternario ternariorum, emetologia cap. 4. testor Deum, *inquit*, & certò promitto cuivis lectori, quod inter medicamenta vomitoria tam simplicia quàm composita, & quomodocunque præparata, sive mineralia sive vegetabilia, quæ vel ab aliis adhiberi vidi, vel ipse exhibui, nullum observaverim magis universale, magis interim præ cæteris ad purgandum superfluitates in stomacho, corruptosque humores in ipsius tunicis impactos benignum, quàm hoc ipsum O -li sal. Valet contra epilepsiam, aliaque cerebri symptomata ex corruptis & acris ventriculo sursùm elevatis vaporibus orta, contra pleurisin, febres pestilenciales, lipothimiam à repletionem humorum corruptorum, & bilis circa ventriculum orificium effervescentia. Necat vermes. Epar, lienem, renes deobstruit, urinarios meatus purgat. Resistit catarrhis, in pectora & pulmones delabentibus.

Efficacia.

Vera hæc sunt encomia, nonnunquam in actu curationis, nonnunquam in actu præservationis. Inconsultum vomitoriis uti in paroxysmo apoplectico vel epileptico, vel initio pleuritidis. Ad præcavendum graves illos paroxysmos, & abscessum in lateris dolore rum pendum, nullum præsentius auxilium.

Dosis.

DOSIS jam nota est.

Utendi modus.

UTENDI MODUS in jusculo, vino, cerevisia, vel quocunque alio, imprimis contra morbum inserviente liquore.

LIBRI V.

SECTIO II.

secundam continens classem
effectorum solidorum, nempe
MAGISTERIA.

CAPUT I.

De magisteriis in genere.

Magis

Magisterii vox est ἐκ τῶν πολλῶν λεγομένων. I. Est vox ὁμωνυμία. 1.
 dignitatis, eminentiæ; præsidendi auctoritatem notat, &
 transfertur etiamnum ad Doctores scientiarum & artium
 liberalium. Derivatur à notissimo vocabulo MAGIS,
 ut ab opposito MINVS ministerium. Deduci etiam potest ἀπὸ τῆς
 μαγείων, quod olim cum τῷ φιλοσοφεῖν, sapientiæ studio, pari
 ambulabat passu. 2. Vtior vox est in artibus effectivis illiberali- 2.
 bus, sordidis & mechanicis, quarum finis est opus vilius, ut suto-
 ria, sartoria, quæ sua habent magisteria, ihre Meisterstücke. 3. In 3.
 chimicorum libris est vocabulum antiquissimum, & usurpatur in
 alchimiâ, de Magisterio lapidis, vel olei philosophorum. 4. Stri- 4.
 ctiùs magisteria vocantur, quæ in suo consortio & homogeneo
 complexu habent metalli, vel mineralis, animalis, & vegetabilis a-
 licujus exaltationem, virtutem, & qualitatem in vehiculo rece-
 ptam sine separatione essentiali. Principiorum impurorum obje-
 ctio nihil obstat huic parti.

De his *Libavius* agit fusè, & lib. 1. quidem de magisterio ex- *De his prolixè*
 tractionum ☉. ♃. ♀. & c. libro 2. de magisteriis potabilibus, lib. *agit Libavius.*
 3. de magisterio liquorum lib. 4. de magisterio pulverum.

Arctioribus limitibus magisterium includit *Beguinus tyro-* *Beguinus.*
cin. chim. lib. 2. c. 19. Magisterium est, *inquit*, quando corpus mi-
 xtum ita præparatur citra extractionem, ut omnes ejus partes ho-
 mogeneæ serventur, in nobiliorem vel substantiæ vel qualitatis
 gradum traductæ, exterioribus impuritatibus segregatis.

Angustioribus cancellis etiam nos contenti erimus. *Divi-* *Nostrum insti-*
di possunt in vegetabilia, animalia, mineralia. *tutum brevi-*
vari studobit.

CAPUT II.

De magisteriis in specie, & I. vegetabilium
alterantium. I. petroselini.

Mentionem horum magisteriorum primi fecere *Min-* *Autores horum*
sichtus & Zuvelferus, artis instauratores primicerii. *magisteriorum.*
 Parantur ex floribus saturato rubro colore præditis, *Parantur ex*
 herbis etiam virore excellentibus, per solutionē alca- *floribus, herbis.*
 R r 3 hesti-

hestico in succedaneo salino menstruo, præcipationem per aluminatum liquorem, & edulcationem. Additione sacchari inde paratur magisterium: additione oleorum balsamum, & tum post edulcationem non est plane exsicccandum.

Εγχειρησις.

℞. cineris clavellati vel θριβ. ▽ plu. q. s.

Fiat lixivium forte, & clarum. Deinde

℞. herb. petroselini, in mediocri calore & non in sole exsiccati, & crassiusculè incisi.

Inde vitro, & affunde prædictum lixivium: stent in digestionem ad extrahendam tincturam, in loco tepido. Huic imprægnato & calido lixivio affunde calidè.

○ crudi in ▽ pluvali soluti q. s.

Misce, & præcipitabitur cum ebullitione tinctura petroselini vera, & subviridis. Edulcetur aquâ pluvia lidulci adfusâ, exsicccetur, colaturâ per chartam emporeticam prægressâ, & ad usum reservetur.

Vires.

VIRES. Excalfacit, incidit, menses & urinam provocat, flatus discutit, calculum expellit.

Dosis.

DOSIS à gr. vj. ad ℥β. ℥j.

Modus utendi.

UTENDI MODUS. Per se, vel cum saccharo canariensi mistum, ad modum elæosacchari exhibetur in conveniente liquore.

CAPVT III.

Magisteria vegetabilia alia.

Εγχειρησις.

R *herbar. recent. chelidonii minoris, cochlear. nasturt. aquatici, mentha, roris marini, ruta, salvia, vel florum nativis suis coloribus ditissimorum, bellidis hortensis fl. pleno rubro, pæoniæ fl. pleno rosar. rubr.*

Exsiccentur, vel recentes coquantur (quælibet herba vel flores seorsim) in aquâ simplici, addito

θριβ. resoluti, vel lixivii sarmentorum vitium bene depurat. q. s.

℞. solutionem ○ in aqua vel communi vel ℞ lata propria factam.

Adfunde, & præcipitabitur viride quid, si herba, rubrum quid, si flos rubens adsumta fuerint. Supernatans aqua effundatur, sedimen-

dimentum à sapore ☿ vel lixivii & aluminis liberetur, affusa aqua dulci. Si usurpari debeat interius, miscendum cum saccharo, in forma elæosacchari: exterius, si ad balsama quorum corpus unguentosum, imprimis ☉ nuc. moscatae, tincturis suis exornandum, humidum adservari debet.

VIREs simplicibus, quibus ex eliciuntur, sunt conformes. *Vires.*

Magisterium *chelidoni minoris, cochlearia, nasturtii aquatici*, (modo harum herbarum volatiles partes non evanescant) antiscorbuticum, *mentha èνσόμαχον; roris marini capiti, ruta cordi, salvia nervis* medetur. Similiter magisterium *paonia*, antiepilepticam specialem, *rosarum cephalicam & cordialem* vim obtinet generalem.

DOSIS & UTENDI MODUS coincidunt cum priori.

Mista cum ☉ nucis moscatae expresso balsama tingunt.

Dosis.

Vsus ad balsama.

CAPUT IV.

magisterium anodynum proponit.

R *laudani opiatu de tribus, q. s.*
sacchari canthii, vel solius, vel cum magisterio matris per-
larum misti, vel etiam solius magisterii q. s.

Processus.

In mortario aeneo terantur, misceantur pistillo diligenter, & in vitro mundo ad usum ferventur.

VIREs titulus prodit. Dolores capitis sedat, fluxiones sistit humorum, sanguinis naturæ affinium, seu ab ejus naturâ alienorum, ad nares, pulmones, uterum, intestina. *Vires.*

DOSIS gr. v. vj.

Dosis.

EXHIBETUR in cochleari cerevisiæ, vini ad penetrationem, aquæ adpropriatæ cephalicæ, pectoralis, uterinæ ad directionem. Misceri etiam potest conservæ adpropriatæ, & in forma exilis boluli exhiberi, circa noctem præcipuè, vel in casu necessitatis, quacunque diei hora. *Modus utendi.*

CAPUT V.

Magisterium sperniolæ Zvvelferianum,

By. sper-



spermatis ranarum communiter dicti, mense Martio, triduo ante novilunium collecti.

Ponatur in sacco: quæ sponte defluit aqua, alumine condiatur. Sic per annum integrum, & diutius incorruptè adservari potest. Irrigentur eâ sæpius

myrrha selecta

thuris aa ℥ij.

crocipulv. ℥l.

& rursus exsiccantur.

Tandem camphora addatur ultima vice.

Vires. Dosis.

Vtendi modus.

VIRES. Pulvis hic in effervescentia sanguinis, hæmorrhagia, erysipelate, *interius* adsumitur ad gr. vj. vij. viij: *exterius* etiam solutus & doloribus podagricis tepidè applicitus. Fasciæ aqua hac aluminata imbutæ pedibus & tibiis defluxione tentatis, & ulceratis, ad intercipiendum fluxionis impetum commodè applicantur.

CAPUT VI.

Magisterium salis absinthii, vel cichorii O. latum, seu spiritus O. li coagulatus absinthiacus aut cichoraceus.

R *salis absinthii, σπέρας seu silvestris cichorii &c. cineritii, secundum methodum Salæ concinnati.*

Spiritus O. li tantum, ut cum eo coagulari queat.

Misce, ebullitione cessante coagula, & in vitro subere clauso, ad usum serva.

vires

VIRES. Deoppilativum est insigne & digestivum utrumque. Ventriculo languenti, & officium non facienti patrocina-
tur *absinthiacum*. Jecori *περὶ τὰς φρένας ἀναπτύσσονται* versus *diaphragma*, irato archæo *subsiliendi* favet *cichoraceum*. Lienī *καὶ τῶν ἢ ἀναρροπιῶν* peccanti auxiliatur idem. In utriusque exilibus vasis minutescensibusque eorum oscillis, restagnantes vitiosos humores ad exitum præparat.

Vtendi modus.

MODUS UTENDI. In jusculo, horis matutinis ad ℥s. adsumuntur.

CAPUT

CAPVT VII.

Magisterium fraxini, juniperi, menthæ crispæ, portulacæ marinæ, τῆς τε φεγγε κληματίνης cineris sarmentorum vitis, salinum: seu spiritus salis balsamici coagulatus.

R salinum horum, quod & quantum volueris, spiritus Θ culinarii, qd. ut cum eo coaguletur. Servatur ad usum.

VIRES. Proprietatem habet balsamicam, sali culinario a ^{Vires.} Paracelso adsignatam in genere. Mundat sanguinem, viscera principalia confortat. Inspecie, FRAXINEUM lienem: JUNIPERINUM cor: MENTHÆ ventriculum: PORTULACÆ pancreas & mesenterium, scorbuticos scamentia inquinamentis, adfectusque eadem præter naturæ ordinem adfligentes corrigit: VITIS renes mundat.

DOSIS & UTENDI MODUS. ḡ. vj. vij. viij. exhibentur ^{Dosis, &} in jusculo vel aquâ adpropriatâ. ^{modus utendi.}

CAPVT VIII.

Magisterium φ Θ -latum.

NOMINATUR Sal φ Θ -latum, Magisterium φ vitriola-Parandi-
tum, seu magisterium Θ -li φ rifatum. ^{modus.}

COMPONITUR, autoribus Crollio basil. chim. & ^{Parandi-}
Bequino tyroc. chim. & nostro suffragio, hoc modo:

\mathcal{R} . Θ φ liquefcentis part ij. spiritus Θ -li part. ij.

Infunduntur guttatim instillando in vitrum capax, vel Θ supra spiritum, vel contra, tam diu, donec supernatans liquor non tam falsus, quàm ad aqueum acidulum saporem vergere videatur: vel terminum infusionis moderetur ebullitionis evanescencia & finis. Hunc si quis supergressus fuerit, & nimium spiritus infuderit, medicamentum deficiet in viribus, quæ aliàs φ Θ -lato adscribuntur.

Ss

Infu-

Cantio.

Infusionem guttatam commendant, alii eo nomine. quod censeant bonos spiritus, qui se ebulliendo elevant, & expirant, retentum iri. Sed vix hæc inde speranda commoda.

Επίκρισις.

Pugna inter
spiritus fixos
& volatile.

INCALESCENTIA vitri, & ebullitio ex conjunctione duorum horum ignium suborta, adscribenda pugnae inter spiritus ♂ ♀ fixos, & ♂-li volatiles. Hos illi figere tentant. In hac contentione aliqui planè avolant in auras.

Crollii sententia.

In eadem mutua effervescentia, inquit *Osvwaldus Crollius*, observatur epilepsiae generatio, quando videlicet spiritus **VITÆ** in microcosmo spiritibus heterogenes concitatus, simili modo ebullit.

Libavii iudicium de ea.

Sed *Libavius syntagm. arcan. chim. lib. 7. cap. 33.* negat, duos advenas humores acres inter se in hoc morbo committi, & motum convulsivum excitare, vel **SPIRITUM** vitæ heterogeneis concitatum, ebullire simili modo, quæ ratio apud stupidum aliquem Paracelsitam locum inveniret, non apud peritos rerum. Ipse autem putat potius in epilepsia contingere, quod in terræ motu succussorio. Cur spiritum vitæ necesse est inflammari concitatumque, & non potius halitum aliquem ex minera emissum dum impetum in principium motus animalis facit, sensuum agitationem vel etiam privationem inferre? Sanè ex demolientibus se mutuò acris humoribus potest existere vapor, motus istius in principio nervorum effectivus: Sed etiam sine hac colluctatione à stimulante seu spiritu seu humore, qui plerumque putridus est ac malignus, vertigine excitata, casus & percussio convulsioque existere solent. **FEBRES** potius fieri dixeris, quàm comitalem morbum.

Continuatio processus.

Sensim tandem ad fundum vasis subsidet pulvis crystallinus. In digestionem arenæ, evaporatione instituta, & aquositate evocata ficescit. Citiùs exsiccatur autem, si spiritu ♂ leviter imbuatur.

Lenta digestio exacta medicamentum.

Celebrior lentæ digestionis typus, quò accuratius hic observatur, eò meliùs succedit operatio. Aquositates ergò in **MB.** lentè avocantur ad medietatem & ultra, donec crusta seu cuticula appareat in superficie. Tunc in frigido concrescunt crystalli, qui eximendi & siccandi. Exsiccantur autem in charta empo-

emporetica super fornacem locata facilius & commodiùs. Reliqua aqua, si turbidior appareat, iterum filtretur per chartam bibulam, priùs madefactam. In lentissimo calore iterum instituitur evaporatio, sic iterum in fundo concrecentes crystalli colliguntur, sed illi & pauci sunt, & in frigido humido solubiles.

Tenzelius exegesi chymiatrica hoc compendio utitur. Exsiccat primùm lento igne, post calcinat. *Tenzeli modus.*

CRYSTALLI ☿i *lati* sic emergunt elegantiores. *Alius modus.*

℞. ☿. *lati* ℥j. *Spiritus ☿i* ℥ij. vel q. s.

In digestionem leni fiat solutio & filtratio. Sensim in ☿. facessunt in crystallos, qui eximendi & ad usum servandi. Residuum alios servetur ad usus.

TEMPERAMENTVM ☿i hujus ☿i calidum est & siccum. *Temperamentum.*

VIRES habet calefaciendi, siccandi, discutiendi, resolvendi, & ratione suæ, quam à ☿i spiritu habet, aciditatis etiam adstringendi. Sunt quidem, qui hac in compositione spiritum ☿i aciditatem & vires suas amittere censent. Sed sciatur, infringi, non perire. Quamvis ob diversarum partium mistionem aciditas gustu laud percipiatur, non tamen aboletur omninò. Id docet destillatio: nam si ☿us sic destilletur, iterum præbet spiritum ☿i acidum, ejus planè naturæ, cujus erat antea. A *Crollio basil. chim.* plures aliæ dotes recensentur, in hemicrania, ictero, viscerum obstructionibus, calculo, hydrope, mensium suppressionibus, febribus, melancholia. Parat etiam ex eo DIGESTIVUM, purgantibus medicamentis necessitate urgente præmittendum. *Vires.*

℞. ☿i *lati* ℥j. *decocti passular. & vini Rhenani mensur. ij. sinamom. ℥iiij.*

Datur horis matutinis, aliquot dierum spatium, post ovum sorbibile, haustus: post prandium alter: tertius circa vesperam, &c.

Joh. Agricola tract. de ☿. usum hujus medicamenti imprimis commendat mensium suppressione laborantibus, tempore novilunii junioribus, plenilunii ætate provectoribus: nec non iis, quibus post partum tumidus exstat venter.

UNIVERSALIS DIGESTIVI titulo idem magisterium honorant alii.

Dosis.

DOSIS à φ ad integrum.

Utendi modus.

MODUS UTENDI in hydromelite, ad saporis emendationem congruus.

CAPUT IX.

In *veſtiva* in vires φ & Θ l.

Apud Libavium male auditur
 φ & Θ latus.



1.

2.

In his severè salutare hoc medicamentum tractat *Andreas Libavius* *Syntagma arcanorum chim.* lib. 7. c. 33. & *Crolliana* φ & Θ l. *encomia sapere*, ait, magniloquos Paracelsicorum fumos: ad VOMENDVM tamen haud inefficax censet esse medicamentum, verùm I. desiderat in illo Paracelsicum illud JVCVNDE. II. Quorsum attinget ista confundere, sialiter obtinere eadem, & quidem multo facilius possumus? Cur non Θ φ per se paratur, & in usu Θ & Θ l. vel spiritus ei additur, si volumus stimulare purgantia? TARTARUM integri pulvis id effecerit rectius SPIRITVM Θ l. epilepsias, calculos, febres, vertigines & alia mala expugnamus longè suavius. Si VOMITVM petimus, radix asari cum oxymelite aut aqua benedicta Rulandi commodior est. CALCULVM sal. φ cum oxymelite diuretico: Item sal. Θ l. cum suo spiritu, & aceti ex violaceo. Nec non SPIRITVS VINI φ tarifatus Julepo ex hederæ terrestris succo mistus: item pulvis oniscorum ex malvarico cum sirupo violaceo, ut & alia de jicere poterunt. Hemicraniam per consensum ventriculi & c. decoctum φ , spiritu vitrioli ac oxymelite mistum multò suavius curabit. Antimelancholicum & spleneticum est decoctum φ candidissimi cum aqua chalybeata. Concluditurque, omnino hanc suam esse sententiam: SIMPLICIA ipsa longè jucundius, utiliusque & minore cum molestia naturæ, ferè ad eadem posse adhiberi, quàm compositiones tales lixiviorum & oleorum.

Mitius de eo
 sentiendum,
 confirmatur
 auctoritate Sala.

Mitius *Angelus Sala tartarol.* tractat idem medicamentum, deprædicat magnas ejus dotes digerendi, exsiccandi, roborandi, adstringendi aliquantulum, sudorem movendi; illud tantum negat, esse VNIVERSALE DIGESTIVUM. Ut enim corporum constitutio, & materia peccans variant in substantiâ & qua-

qualitatibus, ita etiam diversa requirit præparantia. Errare etiam eos judicat, qui in siccis intemperiebus eodem magisterio utuntur, cum vibi potius sit humectandum.

Sennertus lib. 1. prax. part. 3. cap. 3. humoribus falsis acerbis Sennertus.
& acerbis, qui quasi ignis seminaria in se continet, acria hujusmodi ex ☿ medicamenta, cum eorum acrimoniam non retundant, non convenire confirmat, in reliquis admittit.

Johannes Freitagius aurora medicorum cap. 8. pag. 50. ex Freitagius.
tartaro digestiva OMNIUM humorum præparari posse itidem negat! si tamen convenient crystalli, ☿ ☉. latus, missura ☿ ☉. lata, spiritus ☿ convenire in humoribus MELANCHOLICIS TERRESTRIBVS. Si verò humor melancholicus PONTICVS acris, tenuis, acidus, instar aceti penetrantioris, ignisque seminaria in se habeat, non convenit, sed potius hypochondriacorum symptomata reddit acerbiora. Quantum proficiunt ad crassitatem incidendam, tantum igniculando nocent. Conveniunt etiam in PITUITOSA caaochymia: In BILIOSA autem non item: ebullitionem enim augent.

Vera est gravissimorum horum virorum censura, ad quam quilibet, securo qui tramite morbis mederi gestit, res suas componere potest. *Επιμεσις ιστορις.*

CAPUT X.

magisterium ☿ ☉. lati ☉. lare ☿

In are proponit.

PRIMUM conficitur hoc modo:

℞. *ceranno chrysi, communi modo parati part. j.*

☿ ☉. lati part. iij.

Pulverifata misceantur diligenter, & in crucibulo, anemio furno, conredito, medio crigne calefiant, & calcinentur.

Non fulminat aurum in hac calcinatione, ob spiritus acidos ☉. latus, qui scopetandi vim edomant, verè mirabili spectaculo. Sive fluant, sive non, perinde est. Exempta è crucibulo massa, apparebit solare corpus, quod ob acidi admistionem in ☿ magisterio latentis ita reseratum, ut tincturam seu ☿ ejus ex-

Ss 3

occul-

occulto factum fuerit manifestum, & in apricum productum, ut
 ☽rum ☽-latum etiam tinctura sua dicitur, qui sua privata opera,
 quocumq; tandem modo calcinetur, regiam rubram hanc vestem
 nunquam induisset.

ALTERVM eodem modo conficiuntur:

☽. *℞. Dæ fixæ in ☽ soluta, & ☽☽ ☽ precipitata, à salibus corro-*
sivis crebrâ lotionè liberata, part. j

☽ ☽-lati part. iij.

Pulverisata misceantur eodem modo, calcinentur, & usui serven-
 tur.

Vires ☉.

VIRES PRIORIS magisterii sunt diaphoreticæ, cardiales,
 reliquis visceribus etiam proficua.

Vires ☽.

POSTERIORIS ☽ris facultates etiam sunt gratiosæ, ce-
 phalicæ præprimis, medentur epilepsiæ, vertigini, & aliis cerebri
 adfectibus, hydropicis auxiliares sunt.

Dosis.

DOSIS à ḡ. v. ad viij.

Vtendi modus.

VTENDI MODVS. In jusculo horis matutinis, vel vino
 malvatico.

CAPUT XI.

Magisterium ☉ ☽-latum.

R ☉ variangularibus micantis tessellis q. v.
 spirit. ☽-li ☽tis, vel ex vulgari Goslar. parat. q. s.
 Digestione peracta, leni calore coagulentur, & ad usum ser-
 ventur.

Vires

VIRES. Diureticum est, aperit & confortat.

CAPUT XII.

Magisteria vegetabilia purgantia

I. Gialapii.

ΕΥΧΕΙΡΜΑΤΙΣ.

R *hujus radices nigricantis, resinosa, grosso modo cont. ℥j.*
spiritus vini ℥ij. vel iij.
 In vitro misceatur primum spiritus ℥j. Stent in digestio-
 ne lenis caloris. Tinctus spiritus lentâ manu effundatur, & ca-
 lidus

lidus per chartam emporeticam filtretur. Post novus affunditur, donec non amplius tingitur. Filtrati, calidi dum sunt, spiritus simul juncti, ex arena destillantur ad medietatem, & hic spiritus iterum usurpari potest. Reliquum effunditur in aquam frigidam, lato terreo vase exceptam, vel aqua infunditur supra spiritum imprægnatum, sive sit rosacea, sive alia. Tum statim resina petit fundum, ulteriùs spathula lignea movenda & abluenda. Decantata aqua sensim siccatur ad solis radios, vel lenissimo alio calore.

DOSIS ℞.g.xv.xvj xvij.

UTENDI MODUS haud levis indaginis. In vehiculis seu liquoribus, jusculis calidis dissolvitur, & adhærescit partim cochleari, partim faucibus. Cum aliis pulveribus, ut gialapio, crystallisve ꝑ mistum commodiùs deglutitur. Exhibetur etiam commodè in conservis.

*Dosis.
Utendi modus.*

℞. *magist. gialap.
crystall. ꝑ. aa. ℞.*
M.F. Pulvis.

℞. *magist. gialap. g. xvj.
conserv. viol. vel ros. ʒj.*
M.F. Bolus.

CAPUT XIII.

Magisterium Gomma Gotta, ghittajemu.

R *gommi de Peru pulveris. ℞.ss.*
spirit. vini vel frumenti rectif. ad eminentiam 12. digitorum.
Stent in digestionem ꝑ iiiij. Cum inclinatione decantatur, V novus affunditur. Filtratione facta per linteum subtile, exhalet ad medietatem liquor. Post præcipitetur cum ▽ rosarum vel fontana simplici. Præcipitatio hæc raro respondet voto, quantumvis spiritus ☉ li addatur. Sufficit adsumere gom. got. crudum minutim pulverisatum, idemque irrorare spiritu anisi, vel oleo quodam, & sic iterum exsiccare.

Εγχεσησις.

Επιχειρησις.

VIRES. Catharticum incomparabile est & utile, ad expurgandos ferolos & pituitosos humores. Titulus à *Nicolaò Monarde Hispanensi Medico, libro exoticorum à Clusio edito, cap. 39. ipsi impositus: gommi ad podagram, in arthriticis doloribus, magnas dotes promittit.*

vires.

DOSIS

330 *Lib. V. Sect. II. Cap. XIV. XV. Mag. G. G. sant. rosatum.*

Dosis.
Modus utendi.

DOSIS à ℥β. ad ℥j. præsertim in robustioribus.

UTENDI MODUS. In cochleari cerevisiæ calidæ commodiùs adsumitur cum aliis.

CAPUT XIV.

Magisterium gott. gom. santalinum.

R *succini Peruanilaxativi flavi pulverisati ℥ij.*
spir. vini, modico Oli irrorati, & tincturâ Santalorum rubrorum imprægnati q. l.

Stent in digestionē ℞. Filtratio per linteum subtile instituitur. Novus tinctus spiritus adfunditur. Tandem exhalatione facta, massa, arantii & citrangularis coloris æmula, minutim pulverisata, servatur ad usum.

Vires, Dosis,
utendi modus.

VIRES, DOSIS, UTENDI MODUS, eadem cum priorii.

CAPUT XV.

Magisterium gommi ghittajemii rosatum.

Parandi modus



In sichtianus parandi modus est notus. Compendium ut fiat laboris, succus pulverisatus miscetur tosis, & santalo, rubris. Affunditur spiritus vini: tinctus colligitur, exhalatque ad siccitatem. Magni æstimatur, ob coloris suavitatem, & insignes dotes, in hydrope, cachexia, arthritide.

Dosis.

DOSIS g. xv, xvj, xxij, commodè miscetur cum gialapio.

CAPUT XVI.

Magisterium scammonii, seu resina scammonie simplex, cum spiritu vini paranda.

Delectus scam-
monii.

R *scammonie succum, qui communiter scammonium dicitur, selectum, q. v.*

Nota bonitatis
Dioscoridæ.

Εστὶ δὲ ὁ ὀπὸς τῆς σκαμμωνίας, αὐτορε Dioscoride lib. 4. c. 165. ὁ διαυγὴς καὶ κοῦφός. ἀεγίος. Ταυροκομῶδης τῶν κρόαν. ἢ ἡγευγας

ρας ἔχων λεπτάς σφογγώδης. μὴ προσέχειν δὲ μόνον κἄ λευκαίνεσθαι αὐτὸν κατὰ τὴν γλῶττιν. ζ. ξιν. τοῦτο γὰρ γίνεται καὶ παρεμιγέντος αὐτῷ λιθουμάλι. μάλλον δὲ τοῖς προειρημένοις. καὶ τῷ μὴ λίαν πυροῦν τὴν γλῶσσαν. ὅπερ γίνεται πθυμάλι μιγέντος. *Succus autem scammonia optimus is est, qui pellucidus, non ponderosus, fungosus, taurino glutini similis; qui tenues habebit discurrentes venas, spongiosusque erit. Neque est in probatione id solum attendendum, ut lingua ad motus albescat, sequitur etiam hoc in adulterino, admixto illi esula lacte. Sed observanda potius premonstrata nota sunt, ut ne multo fervore linguam incendat, quod itidem fit admixta lactaria herba.* Hæc Dioscorides.

Nostro hoc seculo præfertur, quod ad linguæ contactum lactescit.

Nostro seculo
eligitur la-
ctescens.
Preparandi
modus.

Electum hoc modo scammonium dissolvitur in

spiritu vini optimo q. l.

In leni digestionem tinctus spiritus, filtratus effundatur. Novus spiritus affundatur, tinctus effundatur. Si non satis purus, filtratur. Solutiones conjungantur & ad medietatem exhalatione factâ, abstrahantur. Tum partim spontè, partim aquâ rosaceâ affusâ, præcipitatur resina purissima absque omni acredine. & ingrato sapore, lentè exsiccanda. Flava est, & pellucida aëri opposita.

VIRES scammonii huic etiam competunt *Δύναμιν ἔχει ὁ ὀπὸς σκαμμονίας καθάρειν καὶ τὴν χολὴν καὶ φλέγμα.* *Succus scammonii vim habet subducendi bilem & phlegma.* Verba sunt *Dioscoridis loco citato.* Eadem vis competit correcto. Purgat biliosos & serosos humores. Nauseabundis & delicatulis commodum est medicamentum.

Vires.

Fatum mirabile est scammonii. Noxium proclamatur à *Galeno lib. 2. de dynamidiis. Mesue, initio capituli 1. Fernelio 5. meth. cap. 9.* Experitur idem etiam resina. Calorem augeri ajunt à *V.*

Fatum deple-
randum scam-
monii, & reser-
na.

Sed in digestionem & solutionem hic exhalat, noxias simul qualitates secum vehens.

Επίκρισις.

DOSIS ℞j.

Dosis.

VTENDI MODVS in conservâ. In liquore calido ejus pulvis reviviscit, & cochleari faucibusque adhæret. Sic ergò com-
modè non assumitur.

Modus utendi.

Tt

CAPVT

CAPUT XVII.

Magisterium scammonii simplex cum

▽ destillata paratum.



Acobus Zuvingerus chimicorum principiorum examine cap. 6. Scammoniū, inquit, generoso vini spiritu, consueto more, extractum, minū est efficax, quā crudum Melior itaque depurandi ratio est ineunda.

*Processus
Zuvingeri-
anus.*

*℞. scammonii non contusi ℥j. aq. odoriferae alicujus calidae q. s. Fungitur hac vice etiam aqua cichorii, fumariæ, endiviæ. Mace-
rentur in calido. Separatur aqua tincta. Nova affundatur, dum
nil coloris albi exeat. Abstracto liquore per balneum, in fundo
residet scammonium purum & candicans. Tale apparet, si
diligenter,paretur, cum exsiccatum est: nigricat, dum adhuc ma-
det. Ad usum servatur, vel in frustis, vel in pulverem cominutum.*

Brendelianus.

*Brendeliana delineatio, chimia in artis formam redacta digres-
sione ad caput quartum altera, hanc ἐγχείρησιν illustrat. Sed opus
haud est operosâ in balneo vaporoso galeato evaporatione. Suffi-
cit evaporationem fieri vulgari modo.*

Επίκεισις.

VIRES eadem, quæ prioris.

Vires.

DOSIS pulveris ad ḡ. xvij. ℥j. adscendit in robustioribus.

Dosis.

UTENDI MODUS xxiv. horarum spacio digeritur, in

Utendi modus.

*cochleari aq. fumariæ, vitro exili pyriformi vel tereti depresso
exceptæ. Tum lactescit liquor, & in modico hordei diluto cre-
more adsumitur, horâ matutinâ sextâ. Veteribus in usu fuisse
scammonium cum ptisanæ cremore permiscere, liquet ex Gale-
no lib. i. de aliment. facultat. cap. i. Quiescat exinde corpus, attamen
sine somno, horæ spacio, in latere dextro, ad quietem com-
positum, Post valedicat grabato, & leni deambulatione mo-
veatur.*

*ἡ μίξις τῆ
δακρυδία
καὶ τῆς πλι-
σάνης χυλῆ
ποτανοῦ
βίαι.*

CAPUT XVIII.

Magisterium lacteum, seu lac scam-
monii, extemporaneum.

℞. succi

R succi radicis scammonie, seu scammonii lactescentis optimi
aq. fumarie, cichorii vel alie appropriatae cochl. j. (℞j.

Primò scammonium pulverisatum & comminutum inda-
tur vitro exiguo, & aqua superinfusa misceatur. Stent per horam
unam & alteram, melius per integram noctem. Lactescens liquor
in aliud vitrum effundatur, relicto sedimento nigro.

Vires.

VIRES. Bilem utramque, serosos humores & ichores in
corpore redundantes evacuat. Residuum **NIGRUM** non est
omni spoliatum lacte, sed & iterum aqua nova extrahi potest, &
massæ pilularum affundi. In robustis cum primo lacte relinqui-
tur, & simul exhibetur sine noxa.

Utendi modus.

VTENDI MODVS commodus in cremore ptisanæ dilu-
tiori, cum quo cochleari in calice bene miscetur, & sic sine nau-
sea adsumitur. Dari etiam potest in cerevisia calida.

CAPUT XIX.

Magisterium scammonii compo- situm rosatum.

R scammonii ad lingue tactum lactescentis ℥iij.
spiritus vini modico spiritu Oli irrorati, & tincturâ rosa-
rum imprægnati q. s.

Stent in digestionem ℞. aliquoties moto vase. Tinctum men-
struum effunditur. Novus V ℞. latus affunditur. Solutiones
conjunguntur. Lenta exhalatione, alembico imposito, repeta-
tur spiritus. Residuum exsiccatum, bis vel ter de novo irriget-
tur, iterumque exsiccatum. Massa, aliquot guttis, olei cinamomi,
ligni rhodii, caryophyllorum, imprægnata, trochiscetur.

VIRES illustres cholagogæ adsignantur à *Minsichto ar-* *Vires,*
mament. medico chim. sect. I.

DOSIS ad ḡ. xx.

Dosis.

UTENDI MODVS. In pilulis vel pulvere, cum conserva
in forma boli, vel in jusculo.

Modus utendi.

CAPUT XX.

Magisterium scammonii compositum santalinum, seu pulvis polychrestus.

Alius modus.

R scammonii optimi ℥j. santal. rub. ℥ij.
 spiritus vini optimi vel frumenti q. l.
 Stent in digestionem in cucurbitâ vitreâ. Quod solutum effundatur, iteratâ affusione. Ad siccitatem competentem exhalent, ut ruber succedat, magnæ expectationis, pulvis. Vel
℞. scammonii pulveris. tinctur. santal. rub. V par.
 In leni calore fiat extractio. Tinctum quod est, & atomis scammonii imprægnatum, depleatur, novâ tincturâ affusâ, idque sæpius iteretur. Collectæ tincturæ exhalent ad consistentiam resinæ. In pulverem comminuta, servantur ad usum.

Vires, Dosis, utendi modus.

VIRES, DOSIS, UTENDI MODUS eadem, quæ priorum.

CAPUT XXI.

Scammonium sulphuratum, cerberi tripitis febrifugi basis.

R scammonii subtilissimè triti ℥ij.
 Expandatur tenuiter & æqualiter supra chartam bibulam, acubus pertusam. Detineatur charta super suffumigium & pulverisati, carbonibus in arulâ igniariâ injecti, donec liquefcere incipiat. Tum amoveatur, optimè correctum, caliditatis moderatæ, saporis & odoris ingrati expers.

Vires.

VIRES nobiles sunt. DOSIS & UTENDI MODUS eadem.

Basis est pulveris febrifugi.

Basis est PULVERIS FEBRIFUGI Comitæ DUDLÆI de Warvvick Angli, qui à Marco Cornachino, tractatu peculiari, cui titulus: *methodus, quâ omnes humani corporis affectus tuto, citò, jucundè curantur*, TRIPLEX CERBERUS indigitatur.

Eyxelensis. preparacionis.

℞. scammonii per fumum & super emporetica charta præ. ℥ix. ℥ dupla @ proportione calcinati ℥vj. crystalli ♀ ℥iij. M. F. Pulvis.

Pro-

Proportio ingredientium non una est, sed varia, pro humorum & temperamentorum varietate. Quibus plus bilis inest in corpore, plus indunt scammonii, quibus plus melancholix & pituitæ, plus ☿ & crystall. ♀.

VIRES extolluntur à Cornachino. Cerberus est ana-Vires
logus. Ut ille tribus capitibus, ita hic constat tribus ingredi-
entibus. 2. ut ille portas Erebi, ita hic corpora humana custodit.
3. sanitatis humanæ hostes abigit, humores crassos incidit, ob-
structiones in visceribus aperit, *συνπιάθειαν* habet cum humore
radicali, *ἀνπιάθειαν* cum excrementitio. 4. Commendatur
I. in FEBRIBUS PUTRIDIS, ubi auferenda 1. MULTITU-
DO 2. CRASSITIES 3. TENAX HUMOR. 4. OB-
STRUCTIO. 5. PROHIBITA TRANSPIRATIO. 6. PV-
Tredo. II. Magni æstimatur etiam in FEBRIBVS acutis.
III. DELIRIO SINE FEBRI IV. CHOLERA, HYDRO-
PE, DYSENTERIA. V. VARIOLIS.

Commendat eundem pulverem in semitertianâ *Spigelius*
lib 3. cap. 8.

DOSIS ab viij. ad xx. grana.

PERSEQVTORES habuit pulvis hic multos in & extra
Italiam. Castigata fuit in ipsâ confusio indicationum per al-
vum & sudorem purgandi. Correctio etiam hæc scammonii mul-
tis fuit suspecta.

Dosis.
Persequutores.

Stephanus Rodericus Castrensis Lusitanus in posthuma varietate,
talem invectivam imposuit tumulo Medici, qui ægros purgabat
pulvere composito ex ♀. ☿. & scammonio, quo & ipse accepto
periit.

Carmen censo-
rium Roderici.

*Nondum pulvis eram, pulvere pessimo
demens conjicior pulverem in ultimum.
Quod si non fierem, pulvere pessimo
plures conjicerem pulverem in ultimum.
Evênit misero sic mihi talio.
Si nondum medicus pulvereus cavet,
hospes tu medicum pulverem cave.
Gaudent tartareo pulvere tartara.*

To 3

Hans

*Hanc escam, moneo, Demoniam voca,
quam dat scammonium, quam stibium tibi.*

Sed affectibus hinc multum datum. Non tam contemptim habendus hic pulvis. Delectus tamen morborum observandus, nec promiscuè & acutis & chronicis morbis opponatur.

*Dosis,
Utendi modus.*

DOSIS ḡ. xv. xvj. ʒj.

UTENDI MODUS. Vere datur ad præservationem, & autumno. Ad curationem in chronicis morbis egregium præstat auxilium. INFANTIBUS trimestribus cum lacte ad ḡ. iij. PUERIS in jusculo ad ḡ x. ADULTIS cum cerevisia calida in completa dosi.

CAPUT XXII.

Magisteria ex partibus animalium præparata, & I. Cornu cervi.

*1. Preparatio
per calcinationem
humidam
immersam.*

R cornu cervi, justo tempore collecti q. v. Conscindatur ferrâ in frusta oblonga. Coquatur in lebetè orichalceo amplo, exceptum aquâ fontanâ, per ʒ ij. iij. Sic aqua gelatinescens nigrescens, aufertur, donec aqua remaneat clara, & cornu mollitiem, cultro tentatum præ se ferat. Tum nigrescens cortex cultro aufertur, & medulla. Demum frusta majora dividuntur per longitudinem in duas vel quatuor portiones, liberantur à nigredine, & exsiccantur. Integra frusta servantur, vel pulverifantur, & ad usum extemporaneum in scatula reconduntur

*Alterà per calcinationem
vaporariam,
duplicem.*

*1.
concerni frusta
majora.*

HEROICO alio MODO redigitur, in friabile corpus, cervi cornu integrum cum suis ramis, inclusum capsæ lignæ amplissimæ, vel dolio querno, per vaporem aquæ dulcis, triduo igne comæ in lebetè cupreo. Possunt & cornua minora alia, eorumque assulæ ferrâ per mediū sectæ, ita ut tota capsæ illis repleatur, addi. Sic unâ fideliam multi dealbantur parietes. Vapor hic per canalem ampliorem terreum, stanneum, vel cupreum derivatur ab uno vase in aliud.

2 frusta minora.

SPECIOSUS modus calcinationis est, cum frusta imponuntur alembico, per quem destillantur aquæ vel spiritus
simpliciter.

simplices, vel compositi, cephalici, cordiales, epatici.

VIRES nobiliores, quàm igne aperto exusti & calcinati, ^{Vires.} deprædicantur, *communi ferè omnium decreto*: nam præterquàm quòd friabile, adeoque nativo calori obsequentius sit redditum, etiam spiritu, sale volatili, & oleo adhuc præditum est, quibus omnibus calcinatum destituitur. *Zvvelferus mantissâ hermeticâ*, non mediocriter & hac philosophicâ calcinatione factam principiorum jacturam tamen agnoscit.

DOSIS ᅒß.

Dosis.
Utendi modus.

UTENDI MODUS. In frigidis affectibus, cum vehiculis calidis, vino Rhenano vel Hispanico: in calidis cum temperatis, aquâ cichorii, scorzoneræ, vel jusculo. Miscetur cum magno emolumento cordialibus pulveribus compositis.

CAPVT XXIII.

Magisterium cornu cervi crudi.

R cornu cervi, *justo tempore, i. e. intra festiuitates Mariae inter 15. Augusti, & 8. Sept. confossi, integrum, & ab externo cortice nigro, lima, ita ut totum albescat, liberatum.* ^{Modus singularis.}

Subtilissima lima, vel quod melius, cultro portiunculæ exiles abrasæ colligantur, Super chartam emporeticam locentur, modico temporis spatio super arulâ igniariâ detineantur, donec cylindruli concidunt, quod fit momento. Levi hac calcinatione friabiles redditi, in mortario triti adseruentur,

VIRES integri cornu cervi obtinent, nullo modo mutilatas cephalicas, cordiales. ^{Vires.}

DOSIS ᅒß. ᅒj.

Dosis.
Utendi modus.

UTENDI MODUS idem.

CAPVT XXVI.

Vera cornu cervini præparatio Zvvelferiana, ex typhis recentibus.

R tenellos adhuc, molles, lanuginosos & sanguine turgidos typhos, cum cruenta massa, circa pascharos festum apparentes. ^{Parandi modus.}

De-

Detracta cute seu pelle lanuginosa, concisos frustulatim cucurbitae committe, & liquorem inde exstilla usque ad siccitatem, bis terve cobobando eundem. Tandem in fundo relictam materiam in pulverem redige. Hanc praefert cornu cervi, & vulgari modo, & philosophice usto.

CAPVT XXV.

Magisterium cornu alcis.

Vires.

Isdem modis cornu alcis praeparari potest. VIREs habet cephalicas, epilepticas, apoplecticas.

CAPVT XXVI.

Magisterium cranii humani.

R cranii humani, vel seorsim, ossis triangularis, seu triquetri, aut quadrangularis, quod sutura lambdoeidis excludit, rasuram. Expetitur autem cranium hominis decollati aut suspensi, non vero lentam morte extincti.

Contundatur in mortario cum ∇ liliorum convall. vel cum decoctioradic. & fl. paonia; ut fiat pasta. Exsiccetur, & pulverifetur. Istaque operatio bis vel ter repetatur.

Vires.

VIREs potiores sunt, quam cranii aperto igne calcinati, cephalicae, antiepilepticae.

Dosis.

DOSIS g. vj. vij. viij. ix. x. & ultra.

Vsendi modus. vino destillatâ.

UTENDI MODUS in aq. fl. paonia, aut lilior. convall. cum

CAPVT XXVII.

Magisteria ex mineralibus parata, & I. Aurum fulminans, ejusque vis dejectoria, & diaphoretica.

Nomina.



Nomina sunt varia κεραυνόχρυσος, FULMINANS SCLOPETANS AVRUM, praecipitatum κεραυνόχρυσου, ORPETANT, aurum crepitans à Gallis dicitur.

Præparatio

Be. O laminati in frusta incisi & in cylindros formati q. v. ∇ vel ∇ * exaltata, vel spir. \odot . proprio sale suo imprægnati, vel spir. \ominus & \odot aa. adjecto modico * q. s. Com-

Cap. XXVII. ☉ fulminantis vis diur. & diaphoretica. 339

Conjunge in cucurbitâ parvâ, tum incipit ebullitio, & salia corrosiva se in atomos Solis insinuabunt, easque disgregabunt. Solutiones claræ & flavescens decantentur in bociam satis capacem, & ☉ ☽ per deliquium parato, guttatim instillato, præcipitatur pulvis in formâ calcis ad fundum vitri. Hæc calx abluï & à falso sapore liberari debet crebrâ novæ aquæ adfusionem. Tandem percolatâ aquâ per chartam emporeticam, restitans pulvisculus LENI CALORE exsiccare debet.

VIS ejus est CATHARTICA, deorsum purgat, ^{Virtus dejectoria.} meatus majores laxando. Illustris Regiæ Sueciæ militiæ Generalis PANNERIUS, gravissimo colico dolore infestatus, clysteribus aliquot officium non facientibus, habuit meliùs, commotâ alvo, adsumtis ☉ fulminantis gr. vj. in cochleari pleno vini malvatici. Dejectoriam vim habere quotidiana testatur experientia, quæ docet, sine ullâ nausæâ vel vomitu educere per alvum mineras flatulentas.

DIAPHORETICAM virtutem designant alii. ^{Crollius diaphoretica.} *Crollius* *basil. chim.* sunt, inquit, qui magno juvamine aliquot grana hujus auri volatilis ad usus medicos intra corpus, loco diaphoretici, exhibent. *Addit commentator*, grana tria vel iv. in convenienti vehiculo insigne esse sudoriferum & bezoardicum: *Repetit Beguinus tyrosin. chim. lib. 2. cap. 16.* aurum hoc à gran. iij. vel iv. ad vj. in convenienti vehiculo exhibitum, non tantum insigne sudoriferum præbere, sed & bezoardicum.

Experientia etiam vim hanc comprobat.

Τὸ ἐναντιοφανὲς potest expediri distinctione. Calx *κεραυνο-* ^{Conciliatio apparen- tis con- tradictionis.} *βόλος* hæc quò magis aquâ dulci abluitur, eò magis evanescit vis dejectoria: à salibus enim solventibus, quæ stimulant, liberatur, & emergit vis diaphoretica. Bene lotâ calce sine dubio usi fuere *Crollius & Beguinus*. Dependet vis dejectoria à salibus corrosivis, quæ à calce nondum sunt separata omnia.

CAPVT XXVIII.

Vis magisterii *κεραυνοχρῆσις* sclo-
petans.

Vv

Metalli,

Sclopetans vis.

Metalli, cui uni nil deperit igne, inviolabilia in medijs flammis servantis latera, leviter incalescens calx, fulminea Jovis imitatur tela, cycloperum manibus fabricata, & sclopi explosi sonum edit. Grana quatuor in cochleari argenteo posita, ad motam subtus candela accensa, similem bombardæ explosæ sonitum faciunt, sed acutiorem & tenuiorem, astantium auditum mirificè lædentem. Scrupulus unus hujus volatilis auri fortiùs & potentiùs fere operatur, quàm pulveris tormentarii libra dimidia, *inquit Crollius basil. chim. subjungitque*: Operatio hujus pulveris contraria est operationi pulveris pyrii. Ut enim hic vim suam per superiora ascendendo exserit, ita alter econtra per inferiora deorsum saltè operatur. Aliquot scrupuli super laminam ferream satis crassam carbone accensi illam penetrando perforant. Ab *Angelo Salâ* observatum, magnum marmor vi hujus calcis calu accensæ in frusta disjectum, non sine astantium periculo. Cùm thecam chartaceam pulvere hoc chryfoceraunio repletam *Stattius Henricus Crauelius, Medicina Doctor & Practicus Osterodanus felicissimus*, manu sinistra complicatâ teneret, inter medios mecum habitos sermones, concepto calore, ille postica versus resiliit, terrifico cum sono, nullo sequente damno.

deorsum versus.

Fulmen hoc deorsum vergere dum dicitur, id non ita accipiendum, ac si solùm deorsum inclinaret, nullum autem conatum ostenderet sursum. Dum viam inferius præclusam invenit, resilit sursum, & firmo stat talo experimentum *Thomæ Villis libro de fermentatione cap. 10.* Bina grana cochleari argenteo indita, thalero obrexit, deinde lucerna cochleari subdita, à pulvere exploso strepitus validus insequutus, eratque quoq; fovea in fundo cochlearis ferè ad perforationem impressa, & nummus usque ad cameræ tectum cum impetu ferebatur; ex quibus constat, vim ejus in orbem diffundi.

Sententia Thomæ Villis

Thomas Villis, lib. de fermentat. cap. 10. statuit: pulveris sive calcis solaris explosionem nihil aliud esse, quam * corpusculorum in solutione ☉ arctissimè cohærentium, & à ☉ ☿ sensim infuso, in præcipitatione plus fixorum, & unâ strictiùs colligatorum, violentam ab ☉ cohæsiōne abruptionem. *Addit, necessariam*

ſariam eſſe ſolutionem cum menſtruo * imprægnato, aut ejus analogo. Etenim cum ſpiritu ☉, ☉, &c. in caſſum tentavit.

Verùm teſtatur experientia, ſpiritum ☉ proprio ſale, & ſpiritum ☉ marini proprio ſale marino imprægnatum, promptiſſimè *Επιχειρασι.* ☉ ſolvere.

Veritas credere & pro certo habere jubet, neque ſulphure *Autoris.* ☉, neque * ad ſclopetandum eſſe opus. Facit idem & ☿ vulgare factitium, cum ☉ & ☿.

℞. ☉ puri part. iij. ℥iij. ☿ part. j. ℥j. ſalis ☿ part. i. ℥iſſ. Pulverifata miſceantur per minima. Imponantur laminæ ferreæ, vel cochleari. Hæc ſenſim celeftactâ, ſonitus erumpit ingens, licet non adeò præacutus, ſed gravior, & non adeò auditui moleſtus. Sal ☿ carbonum vicem ſupplet, qui vulgarem tormentarium pulverem ingrediuntur.

Ratio autem, quare deorſum verſus magis ſclopetet, non autem ſurſum, in arcanis à naturâ reſervatur.

CAPUT XXIX.

Magiſterium chryſopurpure à colore ita dictæ.

R ☉ fulminantis ℥ſſ. *ſpir. ☉ rect. q. ſ.* In crucibulo locato ☉ guttatim affunde ſpiritum. In arenâ tepidâ factâ evaporatione, leni igne, tandem igne ☉ circulari calcinetur ad ruborem & purpuram. Hæc cum apparuerit, removeatur ab igne.

VIREs. Cordiale medicamentum eſt.

Vires.

DOSIS g. iij. Utque corpus habeat, miſceatur ℥j. cum cornu *Dofis.* cervi philoſophicè ſine igne calcinati ℥ſſ.

Placet nonnullis calcem hanc rubefactam à ſalino ſpiritu liberare affuſo ſale ☿ reſoluto, & ſic expectant magiſterium ☉ præſtantius ſi ☉ ☿ rurſum aquâ dulci calidâ abluatur. *Alii ult' vius procedunt.*

Crollius, ſi aliquid, inquit, de ſulphure vulgari trito ipſi miſceatur, & poſt in crucibulo admoto igne exuratur, ſubtiliſſima calx brunni coloris, quæ omnem vim percutiendi amiſit, re- *Crollii moniſum, circa preparationem.* manet. Occultavit vel ignoravit hic *Crollius*, quod maximè *tionem.*

Vv 2

neces-

necessarium, additionem spirituum acidorum, abs qua in auras igni admotum evolare. Satius itaque est ita procedere:

℞. ☉ sclopetantis ℥j. fl. ♀ ℥ss. spir. ☉ vet ☉ li q. s.

Misce & impasta. Hi spiritus prohibent, ne sclopetet aurum in crucibulo. Evaporent spiritus, post comburatur ♀. Residuum pulverifetur in pulverem rubro pallidum, di cuolore del bolo armeno, in vitro. S. Bezoardicum ☉.

VIRTVTEM habet bezoardicam.

DOSIS ad g. iij. iv. in vehiculo convenienti.

Vires.
Dosis.

CAPVT XXX.

Magisterium D.

Processus.

R subtiliter in tenues bracteolas extensa, sive subtiliter laminata, more cylindri in orbem flexa & convoluta q. v. ☐ tris q. s.

Cum solutio peracta, infunde guttatim sal ♀ in frigidâ cellâ resolutum. Pulvis ad fundum præcipitatus copiosâ affusâ ☐ abluatur & eduleatur. Præcipitatio justa non nisi larga affusione ☉ ♀ impetratur, sic enim salia corrosiva abiguntur, & dulci aqua elui possunt. Si maneant eadem, magisterium gustui evadit ingratum, & semper in superficie nigricat, nauseam excitat & fastidium.

VIRES habet cephalicas.

Vires,
Dosis &
utendi modus.

DOSIS g. v. vj. in conveniente vehiculo. Commode miscetur etiam cornu cervi sine igne præpar. & cephalicis pulveribus.

CAPVT XXXI.

Magisterium F.



Elebre est magisterium Jovis *Minsichthianum*, propositum *armam. chim. med. sect. 1.* Paria huic facit, quod sequitur.

℞. Stanni Anglici, (melius & commodius hoc est minera à Zingraupen communiter dicta, quæ impurior est) q. v. ☐ ex ☉ & ☉ āaparata q. s.

In

In leni digestionē, factā solutionē, instituatur præcipitatio per muriam saturatam ☉ communi, vel ☉ ♀. Edulcatio per aquam fontanam dulcem sequatur exacta, & exsiccatio.

VIRES extolluntur Joviales. Jupiter cœlestis singularem ^{Vires.} creditur habere analogiam cum hoc metallo. Ille ut benignus, facile se applicans aliis, semper bonus, malos etiam aspectus temperans, Junoni matrimonialibus amoribus nexus: ita terrenus, & hoc ex eo paratum medicamentum, hâc benignitate certat, nominis sui, JUVANTIS PATRIS mensuram, in strangulatu genitalium partium, exorto implet, imò commendationis limites multis parasanguis post se relinquit; coagulandi & adscendentes vapores figendi vim habens eximiam.

DOSIS g iij. iv. v. vj.

VTENDI MODVS in aquâ artemisiæ, vel cordiali, aut ^{Dosis.} ^{Modus utendi.} conservis specificis. EXTERIVS etiam umbilici regioni illinitur cum ▽ hysterica, in pastam redactum.

CAPUT XXXII.

Magisterium, seu sal ℥, per evaporationem paratum, Saccharum ℥ dictum.

NOMINATUR magisterium generali vocis potestate: ^{Nomen salis} ^{unde.} SAL communi recepta consuetudine, sed perperam, acetum enim ex ℥ sal nullum educit, sed suum ei sal addit, perperamque falsugo ea plumbi creditur, quæ tota est aceti, quod cum plumbo concorporatum in sal concrevit. Sal solùm dicitur, quod habeat proprietatem & consistentiam salis, in aqua solvatur, & acris sit saporis. Ita tamen hoc sal comparatum est, ut formam plumbi non amittat, & si modicum ♀ adjeceris, & in tigillo calcinaveris, Saturnus reviviscat.

SACCHARVM & MEL ℥ etiam dicitur, ob dulcedinem, ^{Saccharum &} ^{Mel etiam dicitur, &} qua ipsum etiam superat saccharum vulgare, non tam ratione extensionis, quàm intensiōis. Imò summus ille dulcor quasi obfuscat saporem illius, ut color saturatissimè ruber apparet nigricans.

BVTYRVM etiam ℥ à consistentia dicitur.

V y 3

℥. ℥ ^{butyrum,}

℞. B. massul. vel minii, vel cerussa. ✕ acerrimi q. s.

In leni digestionem arenæ fiat solutio, in cucurbitâ vitreâ sæpè agitando. Cùm imprægnatum est menstruum, atomisque ℞ni ebrium, dupletur, novum acetum reafunditur, idque aliquoties repetitur, donec acetum non amplius dulcescat. Tandem liquores omnes, solutiones potiùs, quàm extractiones, conjunctæ per emporeticam chartam filtrantur, & in lento calore exhalant ad siccitatem. Massa in fundo relicta dulcis est saporis. Ut cum ✕ coralina evaporata acerbi & ingratiissimi sunt saporis, ita ℞ cum ✕ evaporatus accuratè dulcis est.

Temperamentum.

TEMPERAMENTUM. Ut Saturnus est naturæ frigidae, ita & hoc ex eo eductum saccharum putatur à nonnullis temperamento FRIGIDO excellere, omnibus inflammationibus, ambustis, erisypelati, faucium ardoribus, oculorum rubedinibus, renum caloribus, indeque ortis cupiditatibus interiùs & exteriùs adhibitum refragari. CALIDVM judicari potest propter sal corrosivum aceti, cum atomis Saturni junctum, & internis in ejus partibus conclusum mercurium ætherium ac sulphur oleaginosum, ardentissimamq; inflammabilem aquam, quæ acumine suo linguam violenter feriat, aquæ vitæ ex vino paratæ æmulam.

Ἐπίκρισις.

Negari non potest saccharum hoc calidum esse per se & siccum, ob rationes allatas, vehiculis tamen frigidis admixtum, horum qualitates, dum ad partes longinquas deducit, refrigerandi actum promovet.

Vires Beguinea

VIRES à *Beguino* recensentur, multis præconiis nobilitatæ, in peste, hydrope, colicâ, leprâ, sed ὑπερβολικῶς.

Crolliano.

Crollius moderatior est, dotesque ab eo recensitæ ferè omnes approbantur in externis & internis affectibus. EXTERIVS 1. ulceribus à corrodentibus salibus ortis medetur. Ut saccharum vegetabile acrimoniam renum temperat, ita etiam hoc saccharum metallicum. 2. Putredinem oris sistit. 3. pustulis faciei rubeis resistit, & cosmeticum est insigne. INTERIVS etiam cum aquis refrigerantibus mistum in internis inflammationibus prodest. Saturnus est naturæ frigidae, ideò omnibus inflammationibus contrariatur, veneræque libidini resistit.

Cit-

Circumspectus tamen ejus usus sit, oportet. *Borellus cent. 4. observ 32.* recenset historiam paralyseos universalis, à nimiò usu salis, vel sacchari ℞ subortæ. *Observatio Borelliana.*

CAPUT XXXIII.

Idem magisterium ℞ per præcipationem.

R *✕ atomis ℞ impragnat. q. v. ☉ ♀. in cella resoluti q. s.* *Erythraeus.*
Infundatur vel hoc in illud, aut vice versâ. Ad fundum præcipitabitur albus pulvis. Qui cum subsederit per noctem, decantato liquore aliquâ ex parte, aquâ fontana sæpiùs adfusa edulcatur. Cum insipidus ille apparuerit, tandem in filtrò chartacè colligitur, exsiccat, & adservatur pulvis albicans.

Vel, præcipitatio fit spiritu ☉ li, &c. & edulcatus pulvis adservatur.

VIRES. INTERIUS & EXTERIUS usurpari potest ad *Vires.* refrigerationem.

CAPUT XXXIV.

Magisterium cosmeticum è marcasita ℞.

R *marcasita plumbi, quæ bismuthum, & est ain de glace à Gal-* *Processus*
lis dicitur q. v.

▽ *fortis, facta ex ☉ & ☉. ãa. q. s.*
Solvatur in leni calore. Solutum quod est, depleatur. Superinfunde

sal ♀. in cella resolutum,
sic in momento præcipitabitur in alcohol, nivis instar candidissimum. Affusâ aquâ dulci liberari debet ab omni falsedine & acridine, & exsicari.

VIRES. Cosmeticum est insigne, faciei, & manuum delens *Vires.* maculas.

UTENDI MODUS. IN FACIEI nitore curando applicatur cum *Modus utendi.* *aquâ fl. fabarum:* In **MANUUM** maculis delendis cum *unguentò pomatò:* sic tollit lichenes, impetigines, & quamcunque scabritiem.

CAPUT

CAPUT XXXV.

Magisterium lactis ♀.

Nomen.



OMEN LACTIS & cremoris conciliatur huic medicamento ab albedine PRÆCIPITATI ♀, à parandi modo: BUTYRI, à consistentia. Ad magisteria refertur à *Beguino*.

Parandi modus quatuor nititur eruribus.

Solutio fieri potest duplici menstruo.

1. Lixiviosum è calce viva è suspectum.

2. Salinum tartareum menstruum mobilis.

Parandi modus quatuor nititur ἐγχειρήσειν : 1. διακρίσει, solutione. 2. συγκρίσει, ejusque specie, quæ vocatur præcipitatio. 3. Edulcatione. 4. Exsiccatione.

SOLUTIO fit menstruo salino. Salia alcalia in sulphura oleosa & pingua imperium habere, cum iis misceri, & quo modo, ostensum est *lib. 1. cap. 14. de menstruo*. Menstruum solutionis duplex est : 1. vulgare, lixivium calcis vivæ solum vel tartarifatum. 2. singulare ♂ ♀.

Suspectæ fidei est PRIMUM. A tomi terræ calcis damnatæ se inseparabiliter uniunt cum lixivio, per filtrum transeunt, ✕ infuso, plurimæ paucis ♀reis mistæ, petunt fundum.

Rerum imperiti δοξοσοφίαν μαῖνον ἢ ἀλήθειαν σπευδάζοντες, lucripetæ,edulcatione & exsiccatione peractâ, cum multum pulveris albi observant, gloriantur.

Sed sciant, se non habere flores nucleumve ♀ris illibatum, sed permistum terræ calcarii lapidis, minoris efficaciam, ejusque commendatione agris suis malè consulere: Nitidior quidem est pulvis, sed candor à calce.

ALTERUM solutionis florum ♀ menstruum legitimum, & centrale, est RESOLUTUM ♂ ♀ri.

℞. fl. ♀ colcorh. part. j. ♂ ♀. resoluti part. iij.

Coquantur in vitrô vel ollâ novâ fictili vitreata, spathula lignea agitando, donec solvantur flores, & liquor appareat rubeus. Si lixivium, dum bullit, evaporet, affundatur alia aqua fervida. Hinc filtra per chartam emporeticam, & infunde ✕ vini Qlati. Tunc color, qui lixivii instar erat rufus, mutatur in album, lactis instar, pulvisque albus præcipitatur ad fundum. Menstruo per inclinationem vasis separato, pulvis abluatur aqua dulci simplici aliquoties.

CAPUT

CAPUT XXXVI.

Vires, dosis, & utendi modum
explicat.



MIRES enarrata à Crollio basil. chim. partim admittuntur, partim rejiciuntur. Ο'μολογημένως PECTORALE est medicamentum, prodest pulmonibus, putrilagines sistendi potestate pollet, sanguinem mundat, tussi frigidis humoribus ortum debenti medetur. NON CREDITUR, hec- ticus & aridis peculiariter suâ confortatione prodesse, si misceatur cum aquâ cinamomi, ut fiat instar lactis liquidi, & prætereâ phthysicos oculariter juvare, agendo in humidum radicale. ꝯ ejusque lac, rectè Billichius, ægros hos non aliter, ac sitientia Siri- us arva, solantur. Imago lactis est, non res. Non nutrit, quod ex ꝯ emulgetur, lac, sed ignis occulti more balsamum vitæ absument.

Vires Crolliana
quædam admit-
tuntur, quæ-
dam rejiciun-
tur.

Quamvis autem in hec- tica simplici, post ardentis febres exor- tâ, usus lactis suspectus esse queat, non tamen in phthysi ab ulcere pulmonis, per συναθροισμὸν aut ρευματισμὸν natô, omninò refor- midandus. Exsiccatur ulcus & putredini resistit.

Επιχεισις.

Vera tamen censura Zvvelferiana pharm. p. 784. magiste- rium ꝯ nullam singularem meretur laudem. Flores ꝯris, inquit, aut ipsum crudum ꝯ in virtutibus ipsi longè præfero.

Zvvelferiana
censura.

DOSIS g. vj. vij. viij.

UTENDI MODUS in cochleari juris pulli, horis matuti- nis, vel lactis caprini vespertinis.

Dosis.
Utendi modus.

CAPUT XXXVII.

Perlarum magisterium butyraceum, farinaceum, plumosum, per præcipitationem paratum.

Rmargaritas orientales, quò majores, eò meliores, totas, sui si- miles (Non æstimentur occidentales, quæ levi splenden- te cortice obductæ, siliceum intus ferunt lapillum.

spir. Oli philosophici, vel phlegmatis Oli q. s.

Xx

Stent

Stent per ζ integrum. Ebullitione cessante, effundatur menstruum imprægnatum, cum eò, quod jam spontè suâ præcipitatum adparet. Novum menstruum solvens adfundatur, priori, cessante ebullitione, jungatur. Si quædam margaritæ non solvantur in totum, in mortario vitreo terantur vitreo pistillo & comminuantur, & priori soluto adjiciantur. Tandem omnibus collectis liquoribus adfundatur spiritus Θ -li generosior. Sic præcipitabuntur atomi margaritarum corrosarum omnes, & ad fundum cadent. Spiritus acidi adfusi, liberi jam ab atomorum confortio, sensim defundantur, colligantur, ferventurque seorsim. Super atomos affundatur aqua fontana, ad edulcationem. Tandem per manicam chartaceam colaturâ institutâ, magisterium reses exsiccat, adque usum fervetur.

Vires.

VIRES cordiales sunt vulgaris notitiæ.

Dosis.

DOSIS g. viij. ix. x.

Vtendi modus.

EXHIBENTUR in aquâ cordiali temperatâ, affectus calidi negocium cum cordi faciunt: in vino odorato, cum frigidi.

CAPVT XXXVIII.

Magisterium corallorum butyraceum, farineum, plumosum per præcipitationem paratum.

R corollarum rubrorum fragmenta, vel ramos q. v.
spiritus Θ -li philosophici, aut phlegmatis Θ -li q. f.

In vitro misce. Apparebunt alia sursum emergere, alia fundum decidere, sicque per ἐναντιον sibi occurrere. Solutum defunde. Aliud menstruum affunde. Tandem præcipitatio instituat per spiritum Θ -li, edulcatio, & exsiccatio.

Vires.

VIRES. Cor & spiritus vitales confortat, sanguinem mundificat, & putredini resistit.

*Dosis.*DOSIS Θ $\frac{1}{4}$ $\frac{1}{2}$ imò Θ integer.*Vtendi modus.*

EXHIBETUR in conveniente vehiculo.

CAPVT

CAPUT XXXIX.

*lapidum cancrorum magisterium per præcipationem
parabile butyraceum, farinaceum,
proponitur.*

R lap. ☉ è vivis exemtorum, externa facie, cœruleantium
q. v.

spirituum priorum q. s.

Idem præparandi fervetur ordo.

VIRES cordiales, & cephalicæ.

DOSIS & VTENDI MODVS eadem.

Vires.

Dosis &

utendi modus.

CAPUT XL.

*Magisteria perlarum, corallorum, lapidum ☉ per eva-
porationem parata, salia communiter
dicta.*

R perlas, corallia, lapides ☉ seorsim.

Solve aceto ☉ spiritu ☉, ☉ li philosophico, spiritu viridis æ-
ris, aut phlegmate ☉ li. Solutiones filtratas conjunge, & ad
siccitatem exhalare permittit. In fundo relinquitur coagulum. Hoc
ablue & edulca. SAL communiter dicitur.

Sal margaritarum, corallorum, oculorum ☉ etiam appellat
Crollius basilicachim.

Revera sal non est. Verùm corallorum esse negat *Angelus*
Sala aphor. chimiatr. 40. Solutio potius est integri, solutique coa-
gulatio, quàm salis extractio.

Laurembergius defens. animadvers. & notar. t. & quest. 12.
probat quidem corallia constare sale, sed non probat processu hoc
extrahi, aut quod extrahitur, pro eo venditari posse.

Magni à Crollio & aliis hæ coagulationes æstimantur,
etiam eo nomine, quod sint in liquore resolubiles, & cum non
lateat ipsos ingratisissimus, imprimis in coralliis, sapor, jubent sa-
lia hæc aqua pluviali destillata vel rore majali supra triticum

*☉ corallorum
parandi mo-
dus.*

*Communi sus-
fragio appella-
tur ☉.*

*Non tamen
proprie sal est.*

*Laurembergii
opinio.*

*Magni æsti-
mantur à non-
nullis.*

collo solvere, filtrare, denuò evaporatione siccare, reiterando quinquies vel sexies hunc laborem, donec sal candidissimum habeas ab omni acetositate acri liberum.

Επίκρισις.

At sincera est censura *Zvvelferiana* multiplici experientia confirmata. Ablutiones & edulcationes hæ vulgares, quas omnia tyrocinia chimica tam studiosè præcipiunt, supervacaneæ sunt, si solutio *aceto destillato*, vel *spiritu* Θ , aut Θ -*li philosophico* peracta sit, cum nullo modo aciditas, aut vis corrosiva menstrui solventis (quæ jam tum in aliud ens commutata est) elui, aut solutiones edulcari queant, etiamsi vel centies operatio hæc iteretur. Nam sal corrosivum menstrui, nexu indissolubili, rei solutæ copulatum est, eique tam firmiter copulatum est, ut nec extremâ Vulcani violentiâ, sive per destillationem, sive alia quavis tortura ab ipsis divelli queat. Innuit tamen, post unam aut alteram ablutionem & filtrationem, si circulatio *spiritu quodam ardente* & destillatio accidat, impuritates omnes liberari posse.

C A P V T X L I.

Butyrum margaritarum antihædeticum Poterii, universalis sapientiæ lib. 3. de febribus cap. 15. propositum.

R margaritas optimas q. v.
acetipulveris emetici rectificati, & ab aquosis substantiis & insipidis vindicati q. s.

Hoc aceto rectificato dissolvantur margaritæ. Dissolutio destilletur ad siccitatem, & quod indè destillatur insipidi saporis, abjiciatur. Quod acidi ultimò profluit, cohobetur, & super margaritas in fundo restantes projiciatur, & hoc fit quater aut quinquies. Jam

Parandi modus \mathcal{R} . *spiritum vini rectificatum,*

In eo dissolvantur margaritæ jam ab aceto antimoniali seu pulveris emetici dissolutæ. Clarificetur dissolutio, & filtretur. Quod clarum est & limpidum, destilletur, Margaritæ in fundo restan-

restantes siccae & aridae iterum dissolvantur V jam destillato ab ipsis margaritis, si non infirmetur. Et hoc fiat ter, quater, donec margaritae V dissolutae non relinquunt feces, quae semper sunt separandae per filtrum ab ipsa dissolutione. Quinta aut sexta dissolutione habebis margaritas dissolutas, quae frigido congelantur, & calido dissolvuntur, veluti butyrum, & dicitur butyrum margaritarum.

VIREs ab autore summopere commendantur. Stupendum & merè efficax ad curandam hecticam appellatur medicamentum, intra mensem, quod nec usus lactis, nec balneum aquae dulcis tepidae prestare possunt.

Vires.

DOSIS à ℥β. ad ℥j.

Dosis.

Vtendi modus.

UTENDI MODUS, in juscule aut lacte tepido recenti, ex mamma extracto.

Magnifica haec praeconia, ne optatam adplausus metam adsequantur, retardant praeparationis ambages nullius usus, quales etiam occurrunt in diaphoretico Joviali magno, ejusdem autoris, proposito sapientiae universalis, de morbis capitis lib. 3. c. 4. 2. Voto non respondere has ἐυχαιρήσεις, si καὶ τὸ ρητὸν intelligantur, praemonitus, qui credere non vult, faciat periculum.

Επιχειρήσεις.

CAPVT XLII.

Magisterium coralliorum rosatum, & paeoniatum Minsichti.

Dignum hoc est memoratu & praeparatu :
℞. ✕ ℥iiij. rosar. rubr. exsic. ℥j.
Stent in leni digestionem. In tinctura filtrata solvantur coralliorum rubrorum fragmenta.

Stent iterum in leni calore. Effundatur liquor, eique instilletur spiritus ④-li. Praecipitatus pulvis exsicceatur.

VIREs ingredientia indicant.

Vires.

DATVR g. iij. iv. v. vj. cum vehiculis adpropriatis.

Dosis.

Modus utendi.

CAPVT XLIII.

Magisterium pisolithi lihontripticum.

Xx 3

℞. pi-

decessu à purâ eilentiâ separatæ. 3. τροπικῶς relatiè sumitur, cum id, quod sidit, feculam vocamus, utpote simile sedimento feculento. Sic *Quercetanus* appellat feculam, extractum farinaceum, quod ex natante humore ad fundum concedit instar fecum.

Libavius alchimiâ pharmaceut. cap. 21. vocabulum hoc as- *Censura Lib.*
sumtum docet in despectum artis, quasi liceat chimico extra septa *vii.*
evagari, & quidvis quovis appellare nomine. Ipse autem censet
appellandum **EXTRACTUM FARINACEUM**, & potiùs
CREMOREM aut **FLOREM** quendam **SESSILEM** ex semi-
nibus & radicibus, molendo, terendo seu fricando, per humorem
extractum. Labitur quidem ad fundum gravitate suâ, ad instar fe-
cis, sed fex non est, quin potiùs interior rei medulla.

At termini technici, διδασκαλίας χάριν, excogitati retineri
possunt.

MODUS parandi generalis farinaceum hunc pulverem *Parandi me-*
locum potissimum habet in radicibus contritis quibusdam, qui- *thodus.*
bus, si sicciore fuerint, ut pæoniæ, liquor aliquis adfunditur: si
succulentiores, per se, postquam inclusæ sunt in lineo sacco, expri-
mitur & extrahitur succus. Succus vel liquor hic locatur in frigi-
dum, quiescendo sensim sedimentum facit. Aquâ depletâ pruden-
ter fex in trullas vitreas divisa, loco opaco, non calido, reponatur,
ut arefiat instar amyli.

Celebres sunt feculæ radicis ari, bryoniæ, iridis, pæoniæ, ser- *Celebriores fe-*
pentariæ, & magni æstimantur à multis. *cula.*

℞. *radicis ari turgide, non flaccide, mundatæ, & à cuti-* *Fecula radi-*
culâ externâ liberatæ. *ari.*

Minutim incisâ & contusam sacco lineo inditam, sub prælo expri-
mas, adpersa aquâ vel vino. Detine in loco frigido, & subsidebit
farinaceus pulvisculus. Aquâ separatâ exsiccetur.

VIR ES ipsi attribuuntur humores tartareos tenaces in *Vires.*
ventriculo pulmonibus, vasis & visceribus restagnantes inci-
dendi, attenuandi. In asthma singularis juvaminis est medi-
cina. Sed revera altera præparatio radicum ari mundatarum à *Præparatio ra-*
cortice, incisarum minutim & exsiccatarum, secundo loco, à *dicum munda-*
Quercetano pharmacopœâ dogm. restitutâ proposita, huic feculæ *tarum, incisa-*
palmam præripit. Hæc præstantius exhibet medicamentum *rum, &*
anti-

anti-

siccatarium
præstantior.
Iudicium
Zuvelferit-
num.

antialsthmaticum, & stomachi cruditates valentiùs expedit. Sincerum & verum est iudicium *Zuvelferi*, feculas, chersas, & cerussas nihil aliud esse, quàm pulveres subtiles farinaceos, succo suo nativo orbatos, consequenter etiam omnis virtutis expertes, & præferendos esse pulveres radicum ipsarum, nativo suo succo inspissato, aut concreto adhuc gaudentium.

Dosis & modus
utendi.

DOSIS ℞.

MODUS UTENDI in jusculo vel vino. Ingreditur tragema stomachale Birckmanni, & Quercetani, ad quod commodiùs tamen adsumitur, altero Quercetanæ more præparata, radix. Radix eodem modo præparata sola saccharo mista etiam ventriculo cruditatibus acidis scatenti non vulgares fert suppetias.

℞. rad. ari mundata pulverisata,
sacchari canthi, vel canti, albi, angulosi, quod fractum in angulosas plures disilit particulas, a ℥ij.

Misce. Exhibetur ad ℞. ij. & ultrà in cochleari jusculi vel vini, horis matutinis aliquot dierum tractu.

CAPVT II.

De feculâ bryoniæ, &c.



Odem modo paratur fecula ex radice bryoniæ, pæoniæ, iridis recentis, adjecto modico aquæ fontanæ, vel vini. Præstantior tamen est radicum harum pulvis.

Vires.

VIRES. Fecula bryoniæ uteri affectibus, & asthmaticæ dispositioni resistit: ireos pectori à tussi frigidâ turbato, & hydropi medetur: pæoniæ in epilepsia, pavoribus infantum nocturnis & dentium stridore, in pueris sæpè qui advertitur, prodest.

Dosis, & utendi
modus.

DOSIS & UTENDI MODUS idem.

CAPVT III.

Chersa radicis serpentariæ seu bistortæ.

NOMEN

NOMEN chersa sive gersa in chemicorum scholis notum, designat radicem in farinaceum pulverem comminutam sive tritam. Pari passu ambulat cum fæcula. Thema est Arabicum *جَرَسَانِي* autore Frischmuthio, Ebr. *גֵרְסָא* contudit in grossiores partes. Vnde *جَرَسَانِيَّة* contusæ comminutæve rei ut frumenti aromatisve grossiores partes.

Quare autem serpentariæ radici sic comminutæ non fæculæ, sed gersæ nomen *κατ' ἐξοσίαν* attribuitur, causa latet.

℞. radice bis torta recentis.

Scindantur in taleolas & in mortario contendantur. Ut succus liberalior maneat, irrigentur aquâ fontanâ. Defundatur succus, in exilibus vasculis subsideat, lentè exsiccatus ad usum servetur.

Processus.

VIRES. Refrigerat, exsiccet, cum adstrictione consolidat. Prodest in peste *διαφορήσει*, & quia putredini resistit. Vermibus etiam bellum indicit.

Vires.

DOSIS \mathfrak{z} . in jusculo vel aqua specificâ.

Dosis, & utendi modus.

LIBER V.

SECTIO IV.

Quartam continet classem effectorum solidorum, nempe flores.

CAPUT I.

Deiis in genere, & in specie de floribus resina benzoini.

FLOS æquivocum est vocabulum, & variis rebus accommodatur. *αἰλὸς ἄνθος* flos salis, in nitrariis & salinis invenitur officinis, æris in ærariis, farina in molendinis, lactis, qui & cremor, in pecuariis. In facie etiam humana quæ apparent exanthemata, flores appellantur. In chemicis ergasteriis flores nominantur tenuiores

Flos æquivocæ vox.

1.

2.

3.

Yy

& sub-

& subtiliores partes corporis, à crassiore per sublimationem separatae, seu atomi ex sicco halitu in summo consistente, ignibus superpositis proflatae.

Flores benzoini

℞. resinam benzoinam, seu asam dulcem.

Tere & impone ollae rotundae, supra tripodem locatae, claude duplici charta emporetica, convoluta in modum pyramidis, & manicae Hippocratis. Da post ignem ad Δ tionem idoneum, & flores collige, saepius amovendo pileum, & reponendo.

Vires

VIRES. Pectori auxiliantur, crassos pulmonibus impactos humores discutiant, vapores difficilem asthmaticam reddentes respirationem resolvunt.

Dosis.

DOSIS g.v.vij.

Utendi modus.

UTENDI MODVS. Per se fumuntur, & cum aliis, ut floribus \S , & tragematibus pectoralibus aliis.

CAPUT II.

Flores \S simplices.

R \S *Ungarici selecti, striis longis argenteis scintillantibus \S j.*
Pulverisatum inde cucurbitae terreae, adaptatoque aludel, seu ollis duobus vel tribus superimpositis, quorum suprema in vertice pervia foramine exiguo: sic enim liberalius ascendunt, sine eo obsequiosè non ascendunt. Urge ignem secundum gradus, Sensim colligantur flores.

Vires.

VIRES. Purgant vehementer per vomitum. Per se absque correctione non exhibentur. Corriguntur per circulationem cum spiritu vini, & multum de vi emetica amittunt. Rarò adhibentur, cum vomitoria ad manum sint tutiora alia.

CAPUT III.

Flores \S compositi Δ ti cum \ast .

R \S *Ungarici eleganter striati. \ast puriss. aa. \S l.*
Pulveriscentur seorsim, misceantur diligenter, & ex cucurbita in alembicum sublimentur, observatis ignis gradibus. Ut color exalteretur, non statim abluatur \ast , sed stent in leni calore per duos dies, post spiritus vini rectificatissimus de-
flagret

flagret ab iis bis vel ter. Demum aqua dulci sal ab iis separetur, & flores ferventur usui, purgantes *ἀνω καὶ κάτω*.

DOSIS ḡ. iij. in conveniente vehiculo.

Dosis.

CAPUT IV.

Flores & simplices.

& in magdaleonibus ℥ij.

R Contundantur. Frustula pondus ℥β. ℥β. ℥j. circiter æquantia, injiciantur in phialam terream, arenæ, jam igne supposito, calefactæ commissam, hæcque ℥j. æquent vel non multum superent. Applica aludel, seu alembicos vitreos, vel terreatos, tres, quatuor, vel plures, quorum supremus tamen sit vitreus, in apice perforatus. Exacto bihorio vel trihorio remove alembicos, unum post alterum. In infimo & sequente collecti flores plures, pauciores in reliquis, eximantur operto interim tegula phialæ ore. Post denuo & frustulatim contusum injiciendum, Hoc modo bidui vel tridui spacio, egregia florum copia colligi potest.

Eodem modo ex & vivo Neapolitano, & stillatitio, quod *καλαμπκόν* Tropischwefel vocant, elevari possunt flores, siquidem mineræ arsenicalis sunt expertes.

VIRES florum horum faciunt officium, depurando sanguinem. Pulmonibus ulidâ putrilagine madentibus auxiliantur, siccant ulcuscula phthisicorum.

EXHIBENTUR ad ḡ. vj. vij. viij. per se in jusculis, vel cum saccharo canthio angulari, quod fractum in particulas angulares dissilit, albo.

Dosis &

utendi modus.

CAPUT V.

Flores & compositi cum colcothare.

Levare jubet & à ☉ ☽ li Paracelsus lib. 3. de vita longa cap. 7. ut & ab eo accipiat spiritum fixum, seu balsamum terræ. Libro de rebus naturalibus cap. 7. t. 4. idem inculcat, ut & ab eo accipiat spiritum balsamicum. Quo crebrius, addit, reiteratur hoc & à ☽ lo elevatio, novo semper adhi-

Yy 2

bito

bito ☉, tantò meliùs. Quamvis enim copia minuatur, flores tamen plus tenuitatis acquirunt & puritatis, accipiuntque essentiam, & spiritus ☉-li, sibi que eosdem uniunt.

Non effugit censuras Paracelsus *aliorum*, quorum alii ☉ ☉-li rejiciunt, alii ☉ culinarium tostum addunt, alii utriusque additionem arrodunt, alii simplex ☉. præferunt, notatas *dissert. chemicâ* 2. quæ ibi videantur.

Floribus colcotharinis sua debetur laus.

Modus parandi.

☉. ☉ *crudi pulveris* ☉ ☉-li rubri ãa. ℥j.

Mista optimè excipiantur vase terreo, alembico terreo primum, post vitreo in modum aludel, modicâ juncturarum lutatione imposito. Adhibitis ignis gradibus destillat phlegma, quod removendum. Sequuntur flores, qui per intervalla, alembicis remotis eximendi & seorsim colligendi.

Repetita ☉ flores reddie meliores.

Quò crebriùs reiteratur hæc ☉ à ☉-lo elevatio, novo semper adhibito colcothare, tantò meliùs, sed copia minuitur, flores plus tenuitatis acquirunt & puritatis, accipiuntque essentiam & spiritus vitrioli, sibi que eosdem uniunt, *judicio Paracelsi libro de naturalibus rebus cap. 7. t. 4.*

Vires fl. ☉ colcotharinarum, à Paracelso designata. Est præservativum. Est curativum.

VIRES ☉ hoc modo cum colcothare sublimati, eòdem hòc locò proponit. Wiederumb auch so wissend / so er vom Vitriol elevirt wird etlich mal je öffter / je besser / so empfäht er die essentiam und die spiritus vitrioli zu ihm : Alsdenn so ist er ein præservatiff in allen Fiebern / und ein curatiff in allen Husten / alten und neuen / mehr denn zu schreiben ist oder zu öffnen in einem Buch. Er ist auch ein præservatiff in der fallenden Sucht / auch ein curatiff in der Jugend. So ist er auch täglich genommen / ein conservatiff aller Gesundheit / beschirmt dieselbig / daß ihr nichts widerwärtigs einfällt. In den gemeinen Händeln ist er ein Rechtfertiger der Weine / also daß alle Weine durch ihn in solcher Gestalt bereitet / ganz gesund und frisch behalten / gesund dem Menschen im trincken / aber rohe in keinem wege anzunehmen.

Severinus Paracelsicas vires approbat.

Petrus Severinus idea medic. philosophicâ in scripto libro, sulphuris flores, inquit, à colcothare sublimati & reiterati, innoxii sunt, impuritates febriles, pestilentes, pleuriticæ, peripneumonicas leniores, tutò & subitò auferre possunt: tussis antiquas, & asthmaticos affectus egregiè sublevant.

Ex

EXTERIUS cum ▽ rofarum, vel florum fabarum in pul- Externa fl.
 rem redacti pustulis faciei illiti medentur, auxilio præsentaneò. ♀ dote.

CAPUT VI.

*Flores ♀ compositi cum aloe,
 croco & myrrha.*

PRIMUS hos parandi modus fit sublimatione ♀, & in- Duplex paran-
 gredientium simultaneâ, propositus à *Paracelso lib. de* di modus.
rebus naturalibus, cap. 7. t. 4. Hic nostro arbitrato com- 1. simultaneus.
 modè ita variatur, ut empyreuma præcaveatur. 2. Intervalla-
ius.

℞. ♀ *viridiusculi in magnis magdaleonibus* ℥iij.
aloes epat. myrrha, thuris āa. ℥ij.
 ♂ *communis* ℥ij.

Pulverisentur. Hujus pulveris ℥iij. vel iv. recondantur in vas
 sublimatorium, imponatur aludel, vel capitellum terreum, huic
 alterum, & plura, demum vitreum in apice perforatum, & ob-
 servatis ignis gradibus per intervalla colligantur flores. In supe-
 riori alembico flores pauciores, in inferiori plures reperiuntur.
 Sequentè die iterum sublimatio adornetur, novo injecto pul-
 vere, & sic deinceps, donec sublimatio ad umbilicum dedu-
 cta. Floribus his tandem additur crocus pulverifatus ad arbi-
 trium.

ALIO MODO floribus colcotharinis adduntur, aloe, myr- Tertius modus
 rha, crocus. his jungi potest

℞. *flor. ♀ simplicium, vel compositorum colcoth.* ℥ss.
aloes lucida, myrrha āa. ℥j. *croci pulveris* ℥j.
 Misceantur & ad usum servantur.

VIRES à *Paracelso* adnotatæ sunt illustres. Præcellens vires.
 est medicamentum præservativum in pestilentia, pleuritide, in
 omnibus apostematibus, & putredinibus corporis. Manè sum-
 tum præservat, toto die, à morbis hisce. Confirmat hasce do-
 tes *Crollius*, & alias ampliores addit. Flores ♀ cum aloe & myr-
 rhâ *Quos* difficiles partus accelerare, propriis & paternis specimi-
 nibus confirmat *Jacobus Zuvingerus, principiorum chemic. exa-*
mine cap. 11.

Y y 3

DOSIS

Dosis.

Modus utendi.

DOSIS ḡβ.

MODUS UTENDI in jusculis, manè, per se, vel cum saccharo canthio mistione factâ.

CAPUT VII.

*Flores seu rubinus auripigmenti
diaphoreticus.*

R ☉☉ *citrini, eleganter splendentis* ℥j.
Pulverisatum minutim, in phiala parva, nudo excipiatut igne. Mox intrâ horæ quadrantem pulcherrimi rubini lateribus vasis adhærebunt. Refrigerata vase colligantur: feces residuæ abjiciantur.

Vires.

VIRES à *Begnino tyrocin. chim.* commendantur diaphoreticæ in morbis venereis, scabie, & similibus. Usus tamen hunc internum nonnulli suspectum habent.

Dosis.

DOSIS à ḡ. vj. ad viij. in brodio conservationis zingiberis.

LIBRI V.

SECTIO V.

Quintam continet classem
effectorum solidorum, nempe ꝑmata,

CAPUT I.

Mercurius ꝑtus vulgaris.

Floribus distinguuntur ꝑta, sola consistentia. Illi spongiosiores, hæc densiora, & maxima ex parte crystallina. Inter hæc primum locum communis consensus præbet vulgari illi corrosivo, qui in tabernis mercatorum ubivis reperitur.

℞. ☉ vivi purgati per ☉ decrepitatum, ✕, & per corium cervinum trajecti.

☉ li rubri.

☉ præparati àa ℥j.

☉ ℥iiij.

Teran.

Terantur primò singula, post misceantur exactè, addito modico ☩, donec ☿ absorbeat omnìs. Ex cucurbita terrea destillantur superna parte modicè angustata. Quod elevatur, & ad latera adhærescit, crystallinum est, & rupta cucurbita colligendum. Circulus est quasi crystallinus.

VIRES. Internis usibus ineptus est hic sublimatus per se, cor- *Vires.*
rodens venenam est, sed externos ad usus solum adhibetur.

CAPVT II.

Antus dulcis, purgans, draco mitigatus.



*R*ti, seu ☿ meteorisati p. viij.

aqua propria optimè purgata, i.e. ☿rii vivi per corium
trajecti, sale ☩ loti p. vj. seu quantum is capere
potest, donec vivi nihil amplius appareat.

Misce pistillo ligneo in mortario marmoreo, vel terreo vitrea-
to, asperfo, ut faciliùs in unum coeant, madore modico lotii. In-
datur massa cucurbitæ vitreæ, igne aperto, vel etiam arenæ, & sic
justis ignis gradibus ex cupula ferrea administratis, adscendit ad
latera cucurbitæ superiora in circuli formam crystallus egregius.
Pulverisatus rectificatur per se, sine novi ☿rii additione. In hac
operatione moritur hydrargyrus, & perinde afficitur, ac tactus co-
lurna virga serpens, aut scorpius aconito, & dum vicissim sublima-
tur, & ad auras extrahitur, ceu Cerberus infernalis, virus suum evo-
mit, & mitescit.

VIRES sunt illustres in mundando sanguine, necandis ver- *Vires.*
mibus, scabie, & quacunque venerea impuritate. *Quercetanus* tan-
ti has faciebat, ut panacæ nomine sublimatum hunc dignaretur,
inque arcanis haberet. Concinnabat inde pilulas, quæ pilulæ de la
Violette dicebantur, & in lue venerea imprimis erant in usu. Ex-
hibebat etiam aliis in adfectibus ad præsertionem, singulis men-
sibus. Harum descriptionem sub arcani & silentii fide communi-
caverat Illustrissimis & Cellissimis Principibus Anhaltinis, qui
Parisiis commorabantur.

DOSIS ☿ß. vel j. In pilularum formam, cum massa extra- *Dosis.*
cti panchymagogi redigitur.

CAPVT

CAPVT III.

\mathcal{L} ti Dnaris, cephalicus, antiepilepticus,
antihydropicus.

Processus
Beguinaeus



Eguinns tyrocin. chim. l. 2. c. 18. meminit hujus, sub titulo:
Alius Mercurius sublimatus dulcis. Concinnatur ex \mathcal{L} to
vulgari & foliis Dnæ.

Gramannia-
nus.

Georgius Gramannus, physicus ordinarius Meinungen-
sis, vocabat \mathcal{L} am epilepticam & hydropicam, item hygicam Lunæ,
paulò aliter tamen parabat.

Commodus
parandi modus
hic est.

\mathcal{R} . \mathcal{L} ti dulcis, ternâ vice rectificati \mathcal{Z} ß. foliorum \mathcal{D} æ \mathcal{Z} ß.
Terantur simul, misceantur, & sublimentur.

\mathcal{R} . sublimatum crystallinum, dulcem, essentia Lunæ imprægnatum.
Pulverifetur, & cum duplo \mathcal{O} purissimi bene & exquisitè mistus
uniatur. Injiciatur post in rigillum, seu crucibulum Hassiacum, &
prunâ candente accendatur. Pulvis hic ante frige factus projici-
tur in vas vitreum, aquâ calida plenum. Postquam steterit in tepido
loco, effunditur aqua \mathcal{O} ta, per chartam bibulam. Pulvis in chartâ
relictus, aquâ simplici, & demùm etiam rosaceâ edulcatus, placide-
que exsiccatus, ad usum servatur.

Fertur senten-
tia de primo.

De PRIMO sincerum est judicium commentatorum tyro-
cinii Beguini: Vtrum \mathcal{L} cum \mathcal{D} sine additione Mercurii vivi, in
sublimatum dulcem abire queat, meritò dubitatur, & forsan non
immeritò negatur. Non est consultum adsumere \mathcal{L} tum commu-
nem. Loco hujus rectè substituitur \mathcal{L} tus dulcis. Additio talci non
est necessaria.

Praefertur alter

ALTER modus planior. Lunam cum sublimato dulci ascen-
dere, confirmat experimentum Schröderi pharmac. med. chim. l. 3.
c. 15. Residuo, igne fusorio, liquato nihil \mathcal{D} apparuit.

Vires.

VIRES adscribuntur eidem magnæ, imò stupendæ, multis
affectibus, epilepsiæ, paralyfi, arthritidi, hydropi, scorbuto, morbo
gallico, salutare.

Dosis.

DOSIS g. viij. ad \mathcal{Z} ß. in adultis, pro ratione ægri ac morbi.

Modus utendi.

UTENDI MODVS. Commodè sumitur in pilulis cum the-
riacâ, rob. sambuci, &c.

CAPVT

CAPVT IV.

Cinnabaris vulgaris.

Ræparationem hanc proponit *Paracelsus de naturarum libro 5. qui inscribitur de morte rerum naturalium.* Mercurius in cinnabarin redigi si debeat, prius cum ♁ mortificandus, liquefaciendus, & in nigrum pulverem redigendus. Post excucurbitâ in alembicum sublimandus in formâ lapidis hæmatitis. *Hæc ille.*

℞. ♁ communis ℥iiij. ☿rii currentis ℥j.

Liquefacto ♁, bene bacillo ferreo agitando, incorpora utrumque, donec ☿ à ♁ planè absorbeat. Post massam frige factam tere super marmore, & inde in vas terreum. Superposito alembico vitreo, administratis ignis gradibus, ascendit fumus citrinus aut luteus, mox nigro rubens. Post concrevit cinnabaris ad latera vasis, & in alembico. Nigra licet appareat, pulverisata tamen ruberrima fit.

VIRES habet non contemnendas in mundificatione sanguinis, crebra lotionè in ▽ rosarum mitigata. Sed in usu medico præfertur sequens: hæc pictoribus relinquitur. Vires.

CAPVT V.

Cinnabaris ☿.

VULGARI MODO ita paratur:

℞. ☿ Vngarici ☿tiãa ℥iij.

Mista optimè indantur retortulæ vitreæ oblongioris colli. Hac in arenâ locata, ita, ut tota cooperiatur, etiam superadditis carbonibus ignitis, prodit liquor gummosus. Tandem intenditur ignis suppressionis per horas iv. vel ultrâ, ut retortulâ tota candescat. Refrigeratis vasis in fundo retortæ invenientur ☿ eleganter splendentis ℥iij. Adæquatur nonnunquam, sæpè augetur pondus, ob aliquas partes ☿ currentis in poros se insinuantis. In collo retortæ cinnabaris ℥iiij. In recipiente modicum ☿ currentis. Reliquum erit butyrum glaciosum.

Zz

Non

Billichius non agnoscit cinnabarin. Causa lapsus.

Alios etiam ob errores non comparat.

Non est audiendus *Billichius* libro 1. observ. ac paradox. chymiatr. cap. 14. qui contra *Barthium* negat, in destillatione prædictâ, in collum retortæ elevari cinnabarin, aut in eo quod elevatum est, esse cinnabarin. Incidit in errorem non impetratæ cinnabaris, quod collum retortæ, metu congelationis & inde natæ obstructionis, præsciderit. Tum omne resolvitur in butyrum.

Non comparet etiam cinnabaris in collo retortæ alios ob errores, & tum in fundo retortæ cum §. manet conglobata, rubrâ vel flavâ indutâ veste.

CAPUT VI.

Modus, quo cinnabaris in majori copiâ impetratur, proponitur.

Notus hic à triginta annis nobis fuit modus. Silentio tamen haud prætereundum, proponi eundem à *Petro Fabrico universalis sapientia*, libro 4. arcano 5.

℞. §. crudæ §. vii. āa. q. v.

In cornutâ oblongioris colli, debitè antè pulverisata & probè mista pellantur in vas recipiens. Quamprimùm gummosus liquor exstillavit, ab opere cessa, igne remoto, ne quid cinnabaris ascendat, & in collum retortæ sublimetur. Post

℞. ☉ in retortæ residuum §. vii. āa. q. v.

Ad examen bilancis pondus libretur ex æquo, in novâ retortâ, quæ collum habet oblongius & amplius capaciusque, ut cinnabaris habet locum spatiosum, primùm igne lento, post intensiori, demùm suppressorio, contentum antimonii corpus sublimabitur in collum, in majori copiâ.

Vires cinnabaris mineralis nativa. Ea utitur Quercetanus.

VIRES. Cinnabaris mineralis nativa magnes epilepsiæ appellatur à *Cratone*. Hanc ceu basin agnoscit *Pulvis Quercetani*, specificus ad vertiginem, qui proponitur *tetrade adfect. capitis* pag. 480-482. & contra obtrectatores defenditur.

℞. cinnabaris mineralis vera & lucida ʒ℞. in alcool redigatur super marmore. Adde

magisterii perlarum corallor. āa. ʒij.

croc.

croci ℥j. fol. ☉. n. x. aut potius ☉ fulminantis g. x. M.
DOSIS ℥ss. ℥j. ad summum ex aqua lilior. convall. Magnos

Dosis.

& copiosos sudores ciere, ait, hoc medicamentum.

Τὼν ἰητρῶν δευτέρου recentiores dignitatem antiepilepticam
& antidiniam hanc attribuunt cinnabari antimoniali.

Recentiores
preferunt an-
timonialem.
Hartmannus.

Hartmannus praet. chim. t. 37.

℞. cinnab. ℥. Magist. corall. perlar. āa. q. v. M.

Minsichtus armam. med. chim. p. 17.

Minsichtus.

℞. cranii hom. strang. & sine igne calcin. ℥j.

ungul. alcis, visci querni cinnab. fact. āa. ℥ss.

M.F. Pulvis epilepticus mirabilis. Datur adultis ℥j. pueris ℥ss.

Sennertus instit. med. lib. 5. part. 3. sect. 3. cap. 12. miscere ali-
quid hujus cinnabaris, ait, nonnullos cum partibus aequalibus ma-
gist. perlar. corall. & cranii humani & à g. viij. diaphoretici loco,
in conveniente liquore in epilepsiâ exhibere.

Sennertus ex
aliorum sen-
tentia.

℞. cinnabaris ℥.

eleosacchari citri

magist. cornu alcis āa. ℥ij.

angelica āa. ℥j.

Noster calculus
adjicitur anti-
momial.

Misce. In vitro. S. Hauptstärkend Pulver.

℞. cinnab. ℥ ex ℥ & ℥ to par. ℥ij.

Pulverisata in alcool irroretur, misceatur.

ol. succini

ruta āa. ℥j.

cinamomi

rorismar. āa. ℥ss.

in mortario vitreo, pistillo vitreo. Post adde

cranii humani sine igne prepar.

ungul. alcis preparat.

cornu alcis prepar. āa. ℥j.

fecula peonia ℥ij.

ireos florent.

magist. perlar.

corall.

ocul. ☉. āa. ℥ss.

ambr. gris. ℥ss.

moschi ℥j.

eleosacchar. citri q. s. ad gratum saporem.

In mortario agitentur & misceantur. Adde

fol. ☉. n. vj.

S. Antidinicum & epilepticum Τεράνμα.

℞. ℥ antimon. ℥j.

magist. cornu alcis ℥ij.

magist. corall.

perlar. āa. ℥ss.

cranii hum. prep. ℥j.

M.F. Pulvis.

Zz 2

LIBER

LIBER V.

SECTIO VI.

Sextam continet classem effe-
ctorum solidorum, nempè præcipitata
communiter dicta,

CAPUT I.

Præcipitatus albus vulgaris.

Præcipitatio in omnibus ferè magisteriis licet occurrat,
præcipitati tamen nomen præcipuè adsignatur ☿. ♃.
soluto & præcipitato, sequenti modo:

℞. ☿. vivi ♃tis. q.s.

Misceantur. Solutio facta præcipitatur effusione ☉ ☿ri, resoluti,
vel muriæ, i. e. aquæ, in qua sal commune culinarum est solutum.
Liquor per inclinationem effunditur, reliquum crebra dulcis aque
affusione ab omni falsedine & acredine liberatur.

VIREs. Purgat per τὰ κάτω, sed rarò venit in usum.

DOSIS g.vj.vij.x.

MODUS UTENDI in pilulis. Per se exteriùs usurpatur
ad faciei maculas delendas, & ☿rius cosmeticus dicitur.

Vires.

Dosis.

Utendi modus.

CAPUT II.

Præcipitatus rubeus.

☿ in ♃ti soluti. q.v.

R fiat evaporatio ad siccitatem igne intensiori. In fundo ap-
paret pulvis rubeus.

VIREs. Purgat ἀνω καὶ κάτω potenter. Rarò vel nun-
quam intra corpus sumitur. CORRECTUS tamen lotionc
cum ♃ rosacea virus suum amittit. Non sufficit autem una &
simplex, sed sæpiùs iterata, nempè octies vel novies repetita.
Tum ad Θβ. Θj. sine noxa in lue venerea infectis in usum trahi
potest,

Vires.

potest, mistus cum theriacæ ꝑ. Nonnunquam adeò debilitatur *Vtendi modus.*
eâ lotionē, ut nihil operetur.

CAPUT III.

*Præcipitatus subruber per se, Azoth
quibusdam dictus.*

R ☿ bene purgati, i. e. aceto loti, & per corium tracti q. v. Ambitiosi, ajunt, se adsumere ☿rium ☉, qui tamen est non ens. recondatur in phialâ vitreâ, ovalis æmulâ, depressâ, exili canali perforato præditâ. Foraminulum obturetur exquisitè, vel hermetico sigillo claudatur. Phiala exactè ad æquilibrium in arenam vel cineres collocetur, ut ☿ æquali crassitie fundum tegat. Accenditur ignis primùm lentus, post fortior, & octo intervallo.

Rupto vase, in vitreo mortario, pistillo teritur in pulverem subtilissimum, & iterùm arenæ examini committitur in phialâ vitreâ apertâ, donec remoto alembico vel operculo intus omnia nigrescant, quod fere dierum iv. aut v. fit spatio.

Rupto vase pulverisatur iterùm materia, novæ phialæ concreditur, & in arena intentis ignis gradibus calcinatio instituitur, donec quasi adsurgat in arbutula & virgulta exilia, ☉ instar ex rufo subflavescentia, quæ paulatim iterùm subsidunt.

VIRES. Pulvis hujus ☿ alvum, sudorem, sæpè etiam vomitum movet, ad ꝑ. iij. iv. exhibitus, in liquore convenienti.

CAPUT IV.

*Præcipitatus ruber compositus, seu Radix aurea
Zehneri, operosè descripta nostra dis-
sertatione chimica quinta.*

R ☿rii vulgaris optimè purgati part. viij.
☉ Ungarici limati part. j. F. Malagma.
In phiala detineatur per duos menses, in lento & continuo arenæ vel cinerum calore. Sensim massa adsurgit in speciem fruticeti aurei, & quasi crescere videtur: sensim rursùm ad

Zz 3

fun-

fundum vergit. Exempta pulverifatur, rubicundo colore resplendens, & ad usum servatur.

Vires.

VIRES. Panaceæ huic olim attribuebantur magnæ à Zehnero, Physico Mainungensi. Purgat solùm $\alpha\nu\omega\gamma\eta\ \kappa\alpha\tau\omega$, si dosis exaltetur, $\delta\iota\alpha\phi\acute{o}\rho\eta\sigma\iota\nu$ excitat, si minuatur.

Dosis.

DOSIS. Infanti ζ . j. Puero ζ . $i\frac{1}{2}$. ab anno. 5. ad 7. ζ . ij. commendatur. Ætatibus reliquis sensim augetur dosis.

CAPVT V.

Præcipitatus ζ bezoardicus, seu bezoardicum minerale vulgare simplex, ex ζ . to ζ . crudo quod paratur.

Nomen.

Nomen. Bezahar vox Persica, Indica, Arabica, notat lapidem, virtute alexipharmacâ præditum, ab animali quodam desumptum. Virtus eadem cum competat huic medicamento, Bezoardici epitheton ipsi fuit adsignatum. *Crollius basil.* idem medicamentum sub titulo *antimonii diaphoretici* descripsit.

Modus præparandi ænigmaticus Basilii.

Clarior recensio.

MODUS PRÆPARANDI ænigmaticè proponitur à fratre Basilio curru triumphali, dum oleum glaciale ulterius præparari posse docet, cû adjectione aquæ, factæ *auf der Steinschlange und nohtwendigem Gewürk / nicht die auf Indien gebracht wird* / i. e. ex sale nitri & vulgari culinario. *Crollius* de menstruo solvente adsumit \mathcal{R} chrysulcam. Commodissimus est spiritus \odot .

R. butyri ζ ex ζ . to ζ . crudo parati q. v. spiritus \odot rectificati.

Instilletur sensim & guttatim, ne quæ sequitur ebullitio & effusio ignea, nimis concitetur, tandiù, donec cesset omnis æstus. In hâc ebullitione figitur butyrum, & volatiles ejus spiritus circulantur. Hoc ut efficacius succedat, in arenâ spiritus per alembicum separantur. Exstillans spiritus reaffunditur, idque tertiâ vice repetitur.

Tandem \triangle per sex horas calcinatur in \mathcal{R} lo, sicque figitur exactè & induratur in cretaceum, interdum etiam subincarnatum pulverem.

COHO-

COHOBATIONE hæc opus haud esse tradit *Antonius Guntherus Billichius observ. chim. lib. I. c. 14.* Quibus facilior operandi viæ curæ cordique, ii, inquit, neglecta tædiosa destillatione liquorem gummosum, spiritu \oplus li combibitum, vitreâ in scutella super arenâ leniter concoquunt, donec indurescat: induratum, in \oplus lo ustione per quinque aut sex horas continuata exercendo, in pulverem vertunt cretaceum. Non improbat tamen trinam cum spiritu \ominus cohobationem.

Cohobatione haud opus existimat Billichius.

Certè non parùm confert ad emendationem heroici hujus *Επινερωια* medicamenti.

VIRES vulgaris hujus, ex duorum venenatorum Draco-*vires* num spumâ, seu $\text{℥} \text{to}$ & ℥ crudo, exstillato butyro parati bezoardi mineralis, in vulgus sunt notæ. Diaphoreticæ sunt & simul alexipharmacæ, celebris efficaciam in febribus ardentibus, malignis, pestilentibus. E centro pellunt ad circumferentiam sudoresque movent.

Dosis. Utendi modus.

DOSIS g. iij. iv. v. vj.

UTENDI MODUS in aq. angelicæ, vel conserva scordii aut modico theriacæ.

CAPUT VI.

Vulgare bezoardicum minerale simplex

ex $\text{℥} \text{ii}$ & $\text{℥} \text{to}$.

Legantius fit bezoardicum, si adsumatur butyrum exstillatum ex $\text{℥} \text{to}$ & $\text{℥} \text{to}$ delineatum *libro 3, sectio 1. articulo 4. cap. 15.* Nitidius hoc est altero.

R. butyri hujus q. v. spiritus \ominus . q. s.

Guttatim instilla, ebullitione cessante per alembicum exstillata trina cohobatione. Mox \triangle in crucibulo calcina in pulverem cretaceum.

VIRES, DOSIS, VTENDI MODVS eadem.

Vires, Dosis, utendi modus.

CAPUT VII.

Præcipitatur $\text{℥} \text{tus}$ bezoardicus, seu bezoardicum minerale compositum cum \ominus .

R. b. n.


Rbutyri ☿ ex  &  topar. ℥ij.

spiritus ☉ q. s.

Misce, guttatim instillando, donec cesset ebullitio, & intimæ butyri atomi disgregatæ cremorem lactis repræsentent.

℞. ☉ ophrizi in lavacro Balnei stibiati abluti lamellar. in cilindros form. ℥ij.

spir. ☉ proprio sale imprægn. q. s.

Misce, guttatim instillando, donec cesset ebullitio, & aurum omne sit solutum. Coniungantur duæ hæ solutiones. Destillentur ex phialâ vitreâ ab iis spiritus, trina colobatione. Post in ✕ trium horarum spacio fingantur .

Hartmanni
iudicium.

Hartmannus basil. chim. p. 270. ad bezoardicum, adjectionem ☉ nullo modo necessariam & utilem iudicat, experientia edoctus & ratione, cùm hoc modò paratum aurum reduci possit in pristinum corpus. Indè concludit: nullo modo agere, aut pulverem ☿ hunc virtuosiores reddere posse, sed tum demùm, si auri corpus ita pararetur, ac ab omni corporeitate sejungeretur, & in spiritualem substantiam reduceretur, sicque fore maximè utile.

Επιμελειαι.

Verùm, licet Solis corpus haud sit radicaliter & irreducibiliter solutum, non tamen ideò ex foro practico eliminari meretur. Neque processus, quem ipse subjungit, melioremque appellat, ita se habet, ut centralis spiritalis ibi adsit solutio, licet ☉ per retortam transeat rubicundissimo colore. Reduci omninò potest id, quod alembicum transiit. Deindè in agentibus occulta *α' απορροια* ita se res habet, quod integra potiùs vires suas exserant, quam resoluta.

Vires.

VIRES magnæ sunt in quibuscunque cordis infirmitatibus, febribus ardentibus, pestilentibus & malignis. Auxiliatur iis sudorem pellendo.

Dosis.

DOSIS à g. v. ad vj. & ultra.

Modus utendi.

EXHIBETVR in aq. cardui benedicti, aut sirupo acetositate citri.

CAPVT

CAPVT VIII.

Bezoardicum minerale compositum D.

R D finæ capellatæ spiritu ☉ solutæ q. s.
butyri ℥ii, spir. ☉. vel ☿ soluti q. s.

Soluta conjungantur, & ad siccitatem per alembicum destil-
lentur. Relicta massa in ✚ calcinatur aliquot horarum spatio.
Sed nitore hujus medicamenti multum detrahunt, 1. SAVOR in-
gratus ☉ latus, ineluibilis, nauseam movens & vomitum. 2. CO-
LOR NIGRICANS, in superficie apparens, licet interiora candi-
cent, qui emendari nequit. Quamvis multa quantitate cornu
cervi vel alcis præparati sine igne diluatur, & permisceatur, anti-
quum semper obtinet, & superficiem obfuscat. Præfertur ergò
merito illi magisterium Dæ, sect. 2. cap. 30. hujus libri proposi-
tum, si ritè à corrosivis salibus sit liberatum.

VIRES obtinet cephalicas, ad ḡ iij. i v. in conveniente vehi- *Vires.*
culo exhibitum.

CAPVT IX.

Bezoarticum minerale compositum ♂ tiale.

R [♁] ♂ ℥ti. ♀ ti æquales partes.
Destilla ex retortâ butyrum. Purum hoc est & nitidum.

Non adeò urge ignem, ne ☿ rius sequatur. Solve. Præci-
pita, fige spiritu ☉. Trina cohobatione eundem per alembicum
extilla. Residuum in cretaceo-rubescens calcem ☉, in cru-
cibulo mundo redige.

VIRES. Nobilior est bezoardicus hic pulvis primo vul- *Vires.*
gari, in hypochondriacis, singulorumque primæ coctioni desti-
natorum viscerum affectibus. Commodè etiam adhibetur ad
bezoardicum D conficiendum, adeò ut omne ferat punctum.
Aperit, attenuat, incidit, vitiosos humores per διαφόρησιν
discutit.

DOSIS ḡ. iij. iv. v. in competente specifico vehiculo, aquâ *Dosis.*
antihypochondriacâ simplici, compositâ, vel vinò.

CAPUT X.

Bezoardicum minerale & tum Ioviale.

R ℥ *anglici* ℥ *ti* āa ℥℥.
 Destilla per ☉ butyrum seu gummosum liquorem. Irriga
spiritu ☉ q. s.
 Ebullitione cessante exstillatio instituitur per alembicum, trinā
 cohobatione. Residuum tandem in ☩ calcinatur in album pul-
 verem.

Vires.

VIRES. Uteri in affectibus imprimis prodest, διαφορησιν
 noxios in utero serosos excutiendo humores, eumque confor-
 tando.

Dosis.

DOSIS ḡ. v. vj.

Vtendi modus.

PROPINATUR in aquā, vel sirupo artemisiæ.

CAPUT XI.

*Composita bezoardica mineralia ex electris mi-
 noribus & majoribus, cum ℥ in
 butyrum destillatis.*

R butyri electri alicujus, cum ℥ to exstillati, q. v.
spiritus ☉ q. s.

Conjungantur sensim & pedetentim. Ebullitione cessante,
 exstillatus per alembicum spiritus, cohobetur ter ad minimum, &
 figatur ☉ in ☩ Hassiaco in pulverem album.

*Sudoriferum
 magnum.*

Memoratu dignum est sudoriferum magnum *Petri Fabri
 sapientie universalis libro 3. cap. 4.* propositum, & ex electro ℥
 & ☩ concinnatum.

℞. ℥ *anglici.*

☩ *vivi* āa ℥℥j.

Liquescat ℥ in tigillo. Eo ablato ab igne sensim misce ☩, ut fiat
 instar malagmatis.

℞. *malagma hoc tritum.*

℥ *ti* ℥℥j.

Misce in mortario per minima. Destillatio fiat ex ☉ in excipu-
 lum vitreum, aquā fontanā repletum.

Omne quod in recipiente, reaffunditur ☉, aliquota coho-
 batione, &c.

VIRES

VIRES majorum suorum amulantur efficaciam. POTE- *Vires.*
RIANUM sudoriferum nimis est ambagiosum, ad cuius scopum
minori perveniri potest compendio.

EXHIBENTUR priora ḡ. iij. iv. v. pondere, pro ratione
ætatis in conveniente vehiculo.

*Dosis, &
utendi modus.*

CAPUT XII.

*Præcipitatus bezoardicus compositus ☉. ☿. ♀ius,
verum Lazari Riverii febrifugum
quartanarium.*

R ☉ ḡss. Solve in ∇.
vitri ☿ ḡss. Solve in ∇.
♀rii vivi ḡiij. Solve in ∇.
Solutiones jungantur, & duodecies per alembicum exstil-
lentur iterata cohobatione. Pulveri in fundo relicto adfunde
spiritum vini rectificatum,
abstrahe sexies à pulvere. Ut intimiùs figatur, calcinetur ad
ignitionem ferè, in ♣ Hassiaco, igne rotæ, vel sub tegulâ for-
nicatâ.

Videtur hæc descriptio optimè competere ænigmati *συνε-
χιασμένως adumbratim* proposito, in appendice cēturiæ tertiæ ob-
servationum. Processus hic non est novæ, sed antiquæ inventionis.

VIRES an promissis stent, experientia docebit.

UTENDI MODUS. Non fuit exhibitus à Riverio per se,
sed cum scammonio mistus hæc proportione, & ultra, pro ra-
tione ætatis :

℞. scammonii ḡ. xij.

febrifugi ḡ. vj.

CAPUT XIII.

*Præcipitatus ♀tus emeticus, Pulvis Algarothi,
seu ♀rius vitæ communiter dictus.*

R butyri ☿ ex regulo ☿ & to exstill. q.v.
∇ font. calid. q. l.
Misce. Statim ad fundum præcipitabitur pulvis albus,
Aaa 2 liquor

*Vires.
Utendi modus.*

liquorque omnis lactescit. Per \mathcal{P} duas subsideat pulvis, aqua effundatur inclinato vase sensim, calcanthoso succo ebria, acidula, SPIRITUS \oplus LI PHILOSOPHICUS dicta, quia post levem evaporationem illi ambiguam facit palmam. Novâ aquâ fontanâ adfusâ, edulcatio continuatur. Tandem in chartaceo filtrô lactescens pulvis colligitur, & lentè exsiccat.

Natura est
§ lis.

Pulvis hic est §ialis profapiæ, non §ialis. Est regulus §ii, in liquamen redactus 1. nunquam excitat salivam sed vomitum solum. 2. non potest reduci in §rium currentem. 3. in crucibulo calcinatus abit in vitrum, non in fumum mercurialem. 4. Idem medicamentum parari potest sine additione §ti. Pluribus hæc explanata sunt *dissertatione chimicâ quintâ cap. 24.*

Vires.

VIR ES magni nominis sunt, famâ diuturni temporis confirmatæ. Vitalis potestas tantæ æstimata, ut MERCURIUS VITÆ fuerit indigitatus. Justo regimine & consilio si adhibeatur per vomitum, removendo vitiosos humores vitæ hostes, mensuram nominis implet, & vitam prolongare potest. Secutum est medicamentum ritè adhibitum, etiam sine ulteriori correctione. Officium facit in morbis, & febribus chronicis tertianis & quartanis, ut pluribus exemplis illustrat *catalogus testium veritatis*, in lucem editus à Johanne Henrico Freitagio, Medico Halberstadiensi: in doloribus capitis, autore Petro Fabro sap. univ. lib. 3. cap. 1.

Salutarem medicinam foetui pellendo in difficultate partûs nonnulli vocant. Nec desunt exempla. Successus speratus sequitur, si foetus rectum habeat situm in caput ad exitum pronum, nec robustus sit satis & claustra perumpere sufficiens, mater etiam deficiat in officio & expellendi conatu.

Objectio.

Nonnulli maligna quædam observantes symptomata MOR-TIS MERCURIUM appellant, & VITÆ ÆTERNÆ, ob funestum post ejus usum exitum, nonnunquam observatum. CRIMINATIONI vel potius malæ ominatiõni huic favere videtur *Fabricius Hildanus centur. 6. observ. 22.* de infaustis successibus §rii dulcis & vitæ historias quasdam in medium adducens. Abusus sunt hæc confectaria effecta, non verò considerati usus.

diluitur.

Crede mihi, vanos res habet ista metus.
Terror in his ipso major solet esse periclô,
qua timuisse libet, me timuisse pudet.

DO-

DOSIS ad ḡ. iv. v. vj. vij. adscendit. Major in infuso minor in substantiâ. *Dosis.*

UTENDI MODUS.

℞. ☿ vitæ ḡ. vj.

Utendâ modus.

adsumatur in bolo, parato ex conservâ rosarum fabæ magnitudine, & cochlearia aliquot cerevisiæ coctæ cum pane superasumantur.

℞. ☿ vitæ ḡ. vj.

▽ cichor. vel vini cochl. j.

in vino.

Misceantur probè in vitro pyriformi, & adsumatur lacteus liquor matutinâ horâ septimâ, in haustu cerevisiæ calidæ, vel cremoris hordei, aut juris pisorum.

℞. mass. extract. panchymagog. ℞.

☿ vitæ ḡ. viij.

in pilulis.

Misce, dejectorium est medicamentum egregium.

CAPUT XIV.

Præcipitatus ☿tus emeticus, Rosa vitæ mineralis dictus.

R

☿rii vitæ communiter dicti ℥j.

tinctur. santal. spir. vini saturatè parati q. s.

Misce. Exhalet liquor. In fundo relictus pulvis exsiccat, correctus exhiberi potest, eodem scopò, eadem dosi & modò utendi.

CAPUT XV.

Præcipitatus ☿tus emeticus, seu ☿rius vitæ sine mercurio compendiosus.

T

Res præcipitatum ☿iatum Temeticum, seu ☿rium vitæ sine

Tres modi.

☿rio concinnandi modi propositi sunt *dissertatione chimica* §. de ☿cap. 20. parati ex butyro ☿ii, cum salibus, eorumque spiritibus.

Compendiosior est, qui sequitur:

Quartus compendiosior.

℞. ☿ crudi pulverisati q. v.

spiritus o. ad eminentiam aliquot digitorum.

Ebullitione peractâ stet in digestionem lenis caloris. Quod solutum, album quod est, separandum à fecibus nigris, & aquâ

Mentionem
ejus facit dis-
quisitio Helia-
na.

fontanâ præcipitandum, & à spiritibus nitri liberandum.

Est processus ꝑ inflammabilis ꝑ ii, quem proponit *disquisitio Heliana*, eò fine, ut ostendat, ꝑ in ꝑ inflammabile reduci posse. Locò spiritus ꝑ simplicis autem, adsumit ꝑ tem communem, cui ponderatæ immittit ꝑ tosti. *Alii* adsumunt ꝑ tem unius diei spatio destillatam ex ꝑ lo & ꝑ. Constat hęc aqua maximâ ex parte ex nitro. Vitrioli enim aciditas tam brevi temporis curriculo non exhauritur.

Vires.

Dosis &

utendi modus.

VIRES. Purgat per superiora, & inferiora.

EXHIBENTUR ꝑ. j. ij. iij. in cochleari jusculi alicujus, horis marutinis.

LIBRI V.

SECTIO VII.

Septimam continet classem,
effectorum solitorum, nempe calces,
atque lapides quosdam.

CAPUT I.

Terra sancta Rulandina.



ꝑ Vngarici eleganter striati ꝑ ij.

Super laminam ferream, vel regulam prunis impostam, radicula ferrea, continuè agitando moveatur, donec in calcem redigatur. Si ignis regimine non satis cautè administrato coëat in grumos, ab igne removendum, denuò terendum, calcinandum, donec in calcem gryseam non amplius fumigantem abeat.

VIRES. Leniter alvum subducit in infuso exhibitum.

℞. terra sancta ꝑj.

vini ꝑi

Vires.

Dosis.

Stent per noctem. DOSIS ꝑi. ij. pro ratione ætatis.

CAPUT

CAPUT II.

De antimonio diaphoretico.

ꝑ Ungarici ℥j. ʒ ℥iij.



Pulveriscentur seorsim, cribrentur, per minima in mortario misceantur, post in ✚ ignitum injiciantur, vel thecis chartaceis inclusa, vel cochleari excepta. Detonatione primâ peractâ, continuetur injectio. Cùm ultima sedata, calcinatio continuetur, operto crucibulo per horam unam vel alteram, ut calx meliùs figatur. Tum frige factum crucibulum, effractum & malleo conquassatum, à carbonibus bene liberatum, injicitur in ollam novam vitreatam, aquâ mundâ calidâ plenam. Calx à crucibuli frustis sensim liberetur, quæ cùm subsederit, effunditur. Nova aqua adfunditur, quamdiu falsedo percipitur. Tandem per filtrum chartaceum, subiecto linteo, & infundibulo aqua trajicitur. Pulvis exsiccatus adservatur, vel iterum per horam calcinari in ✚, vel ab eò spiritus vini accensus deflagrare potest.

▽ post primam edulcationem nitro gravida, ad medieta-
tem evaporata, præbet egregiam **AQUAM ANODYNAM**.
Eadem justâ evaporatione prægressâ, in cella subterranea locata
concrescit in crystallos, qui **NITRUM ANODYNUM** vo-
cantur. A Schrödero **LAPIS PRUNELLÆ ANTIMONIALIS** indigitatur.

Aqua anodyna.

ʒ *anodynum.*

Vires.

VIRES ꝑ **DIAPHORETICUM** resistit corruptioni, mundificat sanguinem, reserat obstructions in variis morbis. **SUDOREM** pellit imprimis, serumque & lympham superfluam discutit.

DOSIS à ʒ. vj. ad xij.

Dosis.

UTENDI MODUS, in cochleari vini generosi.

Vtendi modus.

ʒ *anodynum* plurimis atomis primi entis metallorum imprægnatum sanguinem refrigerat, potui injectum, in internis faucium inflammationibus, & angina: pleuræ æstuanti medetur, pellit urinam, serosos per sudorem ichores discutit, simulque leniter alvum laxat, quò sine purgantibus etiam admisceri solet.

ʒ *anodynidos.*

DOSIS

Dosis.

DOSIS in substantià ad ḡ. vj. Urgentibus doloribus interiùs adsumitur, exteriùs etiam epithematibus miscetur.

CAPVT III.

Antihedticum medicamentum Poterii ex

♁ ♀ ♂ ♀ paratum.

R electrum minus, paratum ex regulò ♁ & ♂, simulque ♀ equali proportione.

Pulverisetur minutim. Adde & misce exquisitè
⊙ pulverisati triplum.

In crucibulo calcinentur cum leni detonatione, & igniantur, sicque stent per aliquot horas. Refrigerata abluantur aquâ dulci, & iteratâ affusione liberentur à ⊙ falsedine. Pulvis in filtro chartaceo residuus seruetur.

Vires.

VIREs. Antimoniale & Joviale hoc medicamentum cognominis sui mensuram implet, & in calore habitum acquirente, phthificâque extenuatione singulare habetur arcanum. Aliis etiam pulmonum, hepatis & uteri affectibus medetur.

Dosis.

DOSIS à ḡ. vj. ad vij.

Utendi modus.

MODUS UTENDI per se, vel cum aliis pectoralibus, in jusculo, horis matutinis.

CAPVT IV.

Calx cochlearum antifebrilis Crolliana basilica chim.

R cochlearum longas testas, quæ propè piscinas & lacus reperiuntur q.v.

♁ è vinoparati q.s.

Stent per noctem, tunc extrahit mucorem. Hunc diligenter abraide cum scopis ferreis aurifabrorum. Post testas, secundum leges artis, calcina ad albedinem, & pulverifa.

Vires.

Dosis.

Επιχειρησις.

VIREs. Febres fugat. Rarò bis vel tertio adsumitur, quia primus haustus plerumque per sudorem sanat. DOSIS ḡi. ij.

Commendatio hæc est superlativa, non stans promissis.

EXHI-

EXHIBENTUR, instante paroxysmo, in haustu cerevisiæ calidæ permistæ cum tantillo butyri.

CAPUT V.

*Antifebrile Mynsichti ex cochleis iisdem,
sine calcinatione.*

R *cochlearum oblongas testas q.v. aceti destillati q.f.*
Stent in infusione per noctem, ad extrahendum mucorem
abradendum. Post pulveris, & ▽ cardui benedicti in mar-
more præpara.

VIRES nobiliores, quam volatilis earum cineris, per cal- *Vires.*
cinationem aliàs facti. Hic nullius est pretii, nec operationis
in usu medico.

DOSIS ℥℥. in aqua cardui benedicti.

Dosis.

CAPUT VI.

Εγχειρησις alia.

R *testas cochlearum oblongarum piscinarum majorum n.C.*
Coque lebete cupreo majore exceptas in lixivio sapo-
nariorum, vel vulgari acerrimo, & calce viva exaltato, per
diem unum aut alterum, novum lixivium in locum exhalantis
substituendo. Aqua dulci fontana diligenter abluantur. Tum
tribus aut quatuor ministris curæ sit, cultellis externam cru-
stam nigricantem, quæ facilè abscedit, coctione emollitam, ab-
radere. Testæ mundatæ in mortario contundantur. Post in
marmore adjecta aqua cardui benedicti terantur, & lævigentur.
Sic in majori copiâ, minori labore & sumtu paratur medica-
mentum.

VIRES antifebriles commendantur. Hæ adjectis lapidi- *Vires.*
bus gammarorum nostrorum fluviatilium nobilitantur. Modus
actionis est pomum Eridos. Nonnulli sale volatili per διαφύγη-
σιν, alii fixo per præcipitationem operari censent. Hanc calcina-
tæ, illam coctæ magis exercent.

DOSIS ℥j. Exhibetur in aqua specifica.

*Dosis. Et uten-
di modus.*

B b b

CAPUT

CAPUT VII.

Silicum fluviatilium alborum calcinatio.

Quæ Andescant in igne aperto, & in aquâ, in quâ sal * dissolutum, restinguantur. Et hic candefactionis & restinctionis actus aliquoties repetatur.

Vfus.

USUS eorum varius, ad dentes mundandos, clysum tertium ꝑi parandum, & alcahestum lapidum concinnandum.

CAPUT VIII.

Calcinatio cornu cervi in igne aperto.

Vulgari hæc est notitiæ seculorum commendata consensu. Reverberii flammâ cornu primum nigrescit, mox albescit, alliso corpore duro tinnit, salibus volatilibus, oleo, & spiritibus, in auras evanescentibus, nuda remanet ▼ damnata, solis exsiccandi viribus prædita.

Vires.

Objectio.

Rc.

Ajunt, sal fixum in calcinato cornu residuum adhuc nobilesexer cere operationes.

Sed sciatur, animalium partes, solo sale abundare volatili, fixo nullo. Ossa animalium combusta, inquit Helmont. lib. de lithiasi cap. 3. t. 29. nullum sibi sal fixum retinent, sed tantum terram insipidam residuam. Notabilis ergo stupiditatis est ebur, & cornu cervinum calcinari in morborum præsidia, quia mercari jubent pulverem viribus orbatum: adeoque & crumenæ & spei ægrotorum imponunt, occasionem bene agendi prætereunt, ac se ipsos ridiculos faciunt.

CAPUT IX.

Lapis corrosivus.

lixivii, è quo sapo conficitur ꝑj.

Rid sartagine exceptum coquitur in lapidem, qui tesserarum in formam scinditur, cum refrixerit, ac vitro bene obturato servatur, alias liquefcit.

VIRES

VIREs. Cauterium est infigne, & unius aut duarum horarum spacio escharam excitat, sine ullo doloris sensu. Non necessaria est additio opii, sem. hyoscyami, &c. Vires.

DOSIS & UTENDI MODUS. Excipitur foramine aliqujus emplastri tenaciter adhærentis, vel canaliculo ligneo ex buxo parato, & cuti adplicatur, cum fonticulos in brachiis vel cruribus excitare animus est. Ut butyrum ℥ij escharam coloris albicantis, ita hic nigricantem exhibet. Dosis, & utendi modus.

CAPUT X.

Lapis salutis medicamentosus.

Roponit ejus descriptionem *Crollius basilicâ chemicâ*, sed dispendiosam. Salium absinthii, artemisiæ, cichorii, persicariæ, plantaginis, myrrhæ, thuris aa. ℥ss. additio superflua.

Plures alias delineationes collegit *Schröderus Pharmacop. med. chim. lib. 2. cap. 65.*

℞. $\text{O} \text{℥} \text{ij}$. $\text{O} \text{℥} \text{ss}$. $\text{O} \text{℥} \text{℥}$. fellis vitri ℥ij.
cerussa ℥j. boli armenii ℥v.

Pulverisentur singula seorsim, & affuso aceto vini coquantur ad lapideam duritiem.

VIREs quædam à *Crollio* adsignatæ huic lapidi competunt. Ulceribus linteolo madido extersis, mundificatio, & consolidatio actutum sequitur. Scabiem sanat. Vires.

DOSIS & UTENDI MODUS. Dissolvitur in aquâ fontanâ. Filtratus per chartam liquor adhibetur. Dosis, & utendi modus.

CAPUT XI.

Cineres vegetabiles.

IN effectorum chemicorum numero locum habent etiam cineres. Educuntur & hi per novam generationem, plantæ formâ abolitâ. Constant terrâ damnatâ, virtutes tamen plantarum retinent. Simples quidam sunt, quidam ex plurimis speciebus concinnantur, paranturque

Bbb. 2

turque

turque exinde lixivia, magni in medicina usus, de quibus videatur
Mynsicht. armam. sect. 27.

Nomen.

Vulgatæ notitiæ cinis est, *Pot-Asche* communiter dictus.

*Parandi mo-
dus.*

Nomen habet ab ollis, in quibus nonnullis in locis exco-
quitur. De *Weed-Aschen & Pot-Aschen* *Helmontius* libro, *blas
humanum, inscripto t. 39.* obscure loquitur. Nostro scitu *Potasche*
paratur ex cineribus clavellatis, *gesiebter Asche* lignorum pini,
abietis, quercûs &c. concinnato lixivio. Idem filtratum coqui-
tur ☿ trium spacio ad siccitatem in lebetibus cupreis amplis.
Sic cinis albus, cærulescens nonnullis in particulis remanet.
Cinis proprie non est, sed potiùs excinis; non est totus ▽, sed
salinis atomis plurimis permistus, acris adurentis saporis, linguæ
admotus, imò salibus maximè adfinis. More aliorum salium ci-
neritiorum vulgarium, solvitur in frigido humido.

usus.

Utuntur eo infectores seu tinctorum lanarum, & panno-
rum, ad colorum exaltationem. Medicis usibus etiam aptum
est inde paratum lixivium, ad tincturas quasdam exaltandas.

LIBRI V.

SECTIO VIII.

octavam continet classem
effectorum solidorum, nempe coa-
gulata & fixa.

CAPUT I.

De ☿ per ⊕ ☿ ⊕ fixato seu coagulato.

*Differentia
fixationis, &
coagulationis.*



Fixatio & coagulatio differunt quidem, sæpè tamen
promiscuè usurpantur. **FIXATIO** objectum
habet volatile, quod ob atomorum subtilitatem in
igne non durat, sed quamprimùm calor vim expe-
ritur, in altum elevatur. **COAGULATIO** objectum habet
rarum, in qua atomi dispersæ cum colliguntur, *συμπήγνυσθαι* *coa-
gulari* dicuntur.

Ad

Ad fixationes propius accedunt sequentes operationes, quàm coagulationes.

Sequentes operationes propius accedunt ad fixationes.

Ioh. Baptista Porta magia naturalis lib. 5. cap. 5. coagulationum quorundam ☿ curii proponit exempla, & primo loco argenti vivi, cum \ast . ⊕ . ⊕ . & aquâ fabrorum, in casside ferreâ cocti. Recentiores non omnia ejus retinent ingredientia, sed mutant quædam, eundem tamen attingunt scopum.

Fixatio Mercurii.

Rx. ⊕ pulveris. salis communis exsicc. āā . ℥vj .

☿ curii vivi currentis ℥iiij .

In cacabo seu patellâ ferreâ amplâ, aquâ simplici, vel officinæ fabri ferrarii; in quâ ferrum sæpius extinctum, repletâ solvatur primò sal, post ærugo seu æris viride. Coque, Marte terfo & polito, benigno suo aspectu operationem inspiciente, id est, stilo ferreo materia agitetur continuè. Cum incipit ebullire, cave, ne regurgitet, & injice

☿ curium vivum.

Perge coquendo, donec ☿ curius non ampliùs currat, sed spathæ & fundo, malagmatis incrassati instar & inspissati adhærescat, imò quasi indurescat. Hoc fit ferè dimidiæ horæ spatio. Tum aquam rubram per inclinationem separa (si ulteriùs coquas, aqua & ☿ curius nigrescunt) & ☿ coagulatum exemptum, frigida semel atque iterum perfusum & lotum, cum linteo in globum compressum concute, conquassa, ut si quid vivi concurrentis adhuc sit intermistum, separetur. Aëri expositus indurescit, eoque magis, quo diutiùs in frigido loco adservatur. Miraberis, Mercurium austero & immaturo Veneris spiritu coagulari, fusibilemque reddi.

MINORI SUMTUUM IMPENDIO fixatio & coagulationis impetratur, hoc modo.

Compendium operationis.

Rx. ⊕ li Ungarici ℔ij . ▽ fontan. q. s.

In frixorio ferreo, vel patella ferrea ampla ebulliant super igne, donec solvatur ⊕ -lum. Adde

☿ vivi ℔℥ .

Repetatur ebullitio, & intra horæ dimidiæ spacium coagulabitur ☿ , qui defuso & separato liquore, in fundo liquefacti instar remanet argenti.

CAPUT II.

*Coloratio Mercurii fixati.**Processus.***R***Trihujus coagulati.**rad. curcumæ flavæ.**tutia Alexandrinae aa. part. æq.*

Pulverisentur omnia seorsim, & fiat S. S. S. in vase cæmentatorio, vel crucibulo. Imponatur operculum & oblutetur. Post obvalletur \triangle gradatim adaucto per horæ spacium, folle inflando. Tum crucibulum exentum spontè refrigerescat. Aperto eodem vel rupto, in fundo invenitur massa, aurei coloris æmula.

Vires.

VIREES hujus coagulati, & quod mirum, ope vegetabilis alicujus colorati H curii, magni æstimantur, à multis ad mundificationem sanguinis, acrium & mordacium defluxionum ad articulos refrenationem, si exteriùs apponatur, estque periaptum gratum illis imprimis, qui usum medicamentorum interiorum averfantur. Amuletum Crollianâ $\epsilon\gamma\chi\epsilon\rho\eta\sigma\iota$, signo scorpionis & serpentis in orbem convoluti insigni notatum, à collo suspensum præservat à peste. Annuli pollicis pedum & manuum appliciti præservant à podagricis & chiragricis invasionibus & paroxysmis.

Censura Hofmanniana.

Meminit horum annulorum ex Mercurio fixo, & curcumæ radice, ad \odot colorem sophisticato, quos Paracelsici magnatibus obtrudunt ceu amuleta contra epilepsiam, *Caspar Hofmannus Electoralis Brandenburgicus medicus & Professor Francofurti ad Viadrum, oratione de barbarie imminente, eosque vilipendit.*

CAPUT III.

*Coagulatus H super B fumo.***R** *H vivum.*

Reconde in testâ ovi, unâ extremitate foraminulo exiguo pertusâ. Hoc obturandum luto. In patella superfunde plumbum liquefactum. Coagulabitur statim. Refrigerato plumbo eximatur coagulatus H . Vel

gr. B

℞. ℞ in crucibulo fusi q.v.

Cum ad pristinam consistentiam ab igne remotus tendit, & adhuc fumat, scoriis superficiei innatantibus, paucis illis quidem, remotis, impone linteolum, impressâ prius lapillo foveâ. Post superimmitte

℥ currentis ℥ij.

Opetiatur crucibulum. Sic fumus ℞ calcinat ℥, & fugacitate amissâ stat hic immotus, plumbo similis.

VIREs habet hermaphroditicas, ambigens inter plumbi ^{Vires.} & mercurii naturam. Annuli ex eo parati pollicibus pedum admoti præservare ab admiratoribus rerum novarum à podagricis censentur paroxysmis.

CAPUT IV.

Coagulatio salium mineralium.



Obili ἐγχειρήσθαι minerales aquæ, Schvvalbacenses, & Carolinae thermæ, evaporatione instituta, coagulantur in cretaceam calcem, quæ aperiendi, incidendi, imò etiam alvum laxandi vim habet.

LIBRI V.

SECTIO IX.

nonam continet classem effectorum solidorum, nempe sulfura mineralia & metallica.

CAPUT I.

De iis in genere, & in specie de 4.



Sulfuris vox (ita enim nunc placet scribere, eum πολυσημίας vox sit merè Latina) est metallorum πολύσημοι, plurinominis, res notans essentias. I. Pari ambulat passu cum oleo, ardet enim utrumque. II. Notat sulfur vivum

I.
2.

δωυ-

ἀπυρον, virgineum, glebosum, nativum, & πεπυρωμένον ignem expertum, factitium, utrumque inflammabile. III. Sulfura, inquit Schroderus pharmacop. medic. chim. sunt extracta crassiora, tincturæ liquidiora.

Paracelsus de naturalibus rebus cap. 7. trium sulfurum facit mentionem. 1. embryonati, de auro, de argento, de marmore, de saphyro, &c. de marte, vitriolo, jaspide, vegetabilibus. 2. Mineralis, quod ex minera conficitur. 3. Metallici, quod ex totis præparatur metallis. De virtutibus singulorum agit 1. 6. 7. 8. Doctrinam hanc de ♀ commendat coronide hac: **Der vom sulfure nichts weiß/der kan gar nichts/sol auch nichts/weder in der Arzney noch philosophen reden noch vñ seinen secreten vñ Natur.**

Helmontiana ♀
mineralium
encomia.

Helmontius doctrinæ Paracelsicæ insistentis vestigiis, sulfur mineralium & metallorum magni facit, de eo agit libro de lithiasi cap. 8. ipsumque legitime correctum & perfectum maximam morborum partem sanare docet. Modum tamen parandi reticet. Mineralium remedia, imprimis sulfura, quia longius distant ab humana natura, quam tota vegetabilium cohors, atque interea insignes dotes à natura obtinent, inquit libro, in verbis, herbis, & lapidibus est magna virtus, ita quoque plenissime & pertinaciter resistunt, ne à digestiva in alimentorum rempublicam deflectant, atque ideo servant geniales sui potestates liberas atque infractas. Hortor itaque tyrones, ut addiscant sulphura spoliare vi peregrina ac virulenta, sub cujus nimirum custodia abditur ignis vitalis, Archeum in scopos desideratos placidissime deducens. Sunt nimirum ♀ra, quibus correctis ac perfectis tota morborum cohors auscultat, utpote quorum pluralitas in unitatem Archei, tanquam in pugnans pugnum contrahitur. Hoc pacto in ipsa animæ sede combinatoque dumviratu, amentia, apoplexia annullantur, stupente nimirum ipsa natura.

Polemannus
non minus ho-
norificè de iis
sentit.
Vegetabili-
um ♀

Polemannus, novum lumen medicum de magno arcano sulfuris philosophorum in scripto libro, interpretis Helmontii, de iisdem curiosè agit.

VEGETABILIA ♀, ex lignis quæ, autore Paracelso, eliciuntur, nulla alia sunt nota, quam quæ olei non indigentur.

In

In METALLORUM classe ☉is ♀ri debetur principatus, ^{Metalloꝝ & primo ☉ ♀} modò in rerum naturâ id unquam sit visum. *Cornelius Martini præfat. in libros de mineralibus & metallis Agricola*, sulfur deprehendit in omnibus metallis, excepto auro, combustibile, quod flammam concipit, & odorem ♀ vulgaris exhalat.

Fulminantis auri argumento *qui* id adserere student, ne nubem amplectantur pro Junone, caveant.

MARTIS inflammabile ♀ exemplo fulminantis ♂, nonnulli confirmant φλογισδν, sed cum ad rem ventum fuerit, hærent. ^{Martis ♀ inflammabile.}

♀ris ♀ris extrahendi modum proponunt *Helmontius & Polemannus locis citatis*, illique salutare vires attribuunt ad vitam longam & catervam aliquot morborum fugandam, supra omnem metallicæ perfectionis dignitatem. ^{♀ris ♀.}

CAPVT II.

♀ mineralium metallis affinium, ☉
I. ♀ aurati ♂.



Xcellit in eorum, qui hæctenus humanâ industria in publicam venire notitiam, numero ♀ ♂ii, ignem experti.

APPELLATIO SULFURIS AURATI DIAPHORETICI nota est. Est triga nominum, suas quæ habent ^{Appellatio. nomina tria ♀.} rationes.

Et ♀ quidem appellatur, quia est φλογισδν, & sulfuream carbonibus injectum exhalat flammam, odoremque spirat.

Nomen sulphuris AURATI non primæ præcipitationis ^{auratum.} soboli, sed ultimæ tantùm competit, quæ tamen à colore auri, & ipsa, ad amissim loquendo, non parùm secedit. DIAPHORE- ^{diaphoretici.} TICA vis tertium ipsi vindicat titulum.

Angelus Sala anatom. antimonii part. 2. cap. 1. contradicit *De nomine* adferens, nomen hoc SULFURIS ipsi nunquam competere ♀ ^{dubitant.} posse, quia in liquefactione antimonii, quæ fit cum sale petrae, ^{Sala.} omne sulphur, aut saltem maxima ipsius pars, absumitur igni: cui accedit, quod si dictum pulverem vehementi alicui igni immittamus, rursus liquecat, resumaturque iterùm formam quo-

dammodo similem pristinae, cum adhuc crudum esset antimonium hoc solo tamen excepto, quod careat regulo.

Sennertus.

Sennertus lib. de consensu & dissensu cap. 19. pag. 413. sulfur illud auratum non esse sulfur, sed calcem subtilem antimonii, quae etiam in ☿ facile reducitur, docet.

Επιχειρισ.

Verum experientia nomen hoc in libertatem vindicat. Auratum ꝑ primae praecipitationis, non tam aurei, quam tannetini coloris, non solum fumum sulfureum emittit, verum etiam si sponte sua, absque igne fuerit exsiccatum, ardet. Ultimae etiam praecipitationis ꝑ auri flavescens colore ferens, quod cum paucum sit, sponte exsiccare permittitur, carboni ignito impositum, non solum fumat, sed & flammam sulfuream odore & colore representantem de se emittit.

*Diaphoretici
etiam nomen
jugillat Sala.
Επιχειρισ.*

DIAPHORETICAM appellationem etiam ipsi competere negat *Sala*, eò quod per alvum purget. Hoc licet negari nequeat, verum tamen est, ultimum sulfur διαφύρασιν excitare, iusta exhibitum dosi, quamvis in majori etiam alvum sollicitet.

PARATUR hoc modo.

*Parandi mo-
dus.*

℞. Sulfuris ☿. CXXX. ☿. ☉. ☽. parati à regulo separati.

Vel de novo.

℞. ☿. ☉. ☽. āa. ℥j.

Pulverisata in crucibulo fluant ad ignem. Post effundantur in ollam aqua calida plenam. Filtra lixivium paratum per chartam emporeticam duplicem. In colatum lixivium infunde ✚. In momento praecipitabitur ꝑ croceum, tannetini coloris æmulum, quod reponendum, donec confederit. Tunc per chartam bibulam, supposito linteo filtrandum, & remanebit ꝑ obscuri coloris, limosum, ignobile.

*℞. huius percolata aqua acida prioris q.v.
vel quantum percolatum.*

Insperge iterum ✚. Cadet mox ad fundum sulfur novum, elegantius multo quam prius. Postquam percolatio facta, & ꝑ in manica chartacea collectum

℞. eandem aquam percolatam.

Iterum insperge ✚. Sic novum sulfur multo priori elegantius secernetur. Idque tam diu continuetur, donec nullum amplius

plius

plius & appareat, aceto infuso. Colligitur & aureum, & ad usum fervatur.

Hunc processum sugillat *Libavius apocalyps. hermetica parte Libavius su-*
x. cap. 13. & descriptionem valdè obscuram judicat. Ipse autem gillat proces-

*R. Reguli per ferrei squamas ☉, & ♀ parati
 decussas scorias, seu spumam.* sum.

Contritam hanc & levigatam super marmore lavat, ut falsedo secedat. Deinde lixivio forti perfundit: & macerat, donec in eo argentum coloretur. Tunc laciniis lixivium abstrahit, in patinam seu scutellam vitream. Immittit acetum acre. Stillatitium malunt aliqui, alii ipsius ☿. Descendit rubedo, quæ depleto lixivio colligitur, & pluviali stillatitiâ sæpè abluitur.

Censura hæc superflua est. Non necessum est falsedinem *Επίχρσις.* abluere, aut per lacinias abstrahere. Colatio per chartam idem præstat. Sufficit ad præcipitationem ✠ vini, quò generosius, eò commodius.

VIRES & aurati sunt diaphoreticæ.

Vires. ♀

DOSIS ḡ. iij. iiij. in aqua zedoariæ. Si ulteriùs adscendatur, alvum simul stimulat. *Dosis.*

CAPVT III.

Secundus processus, & altera ΕΥΧΕΙΣΙΣ & auratum.

ḡii in majori copia impetrandi.

R *primilixivii diligenter, bis vel ter percolati q.v.
 ✠ti vini tantundem vel amplius.*

A' ḡ ḡos simul & semel misceantur, & mox apparebit croceum elegans, filtrato liquore, quod in charta remanet, edulcandum & exsiccandum. Percolatum iterùm præcipitandum.

CAPUT IV.

*Tertius & aurati ☿ processus, in majori
 copia præbens &.*

R ☿ ♀ āa. ḡḡ.

Contusa misceantur & in crucibulo tegulæ frusto cooperto, beneque illâ parte perlutato, duas horas aperto

Ccc 2 igne

390 Lib. V. Sect. IX. Cap. V. Quartus. Cap. VI. Quintus modus
igne calcinentur, calcinatis adhuc calidis affunditur fontana, & per
chartam filtratur. Filtrato lixivio adfunde ✕, quod præcipitabit
& crocei coloris. & per filtrum chartaceum separatur, edulcatur,
& ex siccat.

*Vires, Dosis,
Utendi modus.*

VIRTUTES, DOSIS, UTENDI MODUS eadem.

CAPUT V.

*Quartus & aurati inflammabilis pro-
cessus Polemanni.*

R ^{calcis vive} Calcinetur in ✕ ^{⊖ Fri.} [⊕] fortissimo, exindeque paretur lixivi-
um. Affunde

‡ minutissimè pulverisato.

Stent in leni calore. Igneum alkali sic aperit centra arcana ‡ii,
& extrahit ejus &. Filtratus liquor, infusis acidis succis, demit-
tit pulverem colore mali aurantii. Hoc relicto in fundo, liquor
supernatans, percolatus, iterùm novo succo acido infuso præci-
pitatur in similem pulverem. Id terriâ vice potest repeti. Ulti-
mus pulvis coloris amœnissimi.

CAPUT VI.

Quintus & flavo processus Helianus.

D Isquisitio Heliana & ‡ φλογισόν, ut commune, quod
venditur, tale proponit. Delineatum fuit *libro hoc eodem,*
sect. 6. cap. 15.

℞. ○

⊖ āa. q. s.

Fac aquam valentem, vel etiam communem aquam fortem su-
me, ut moris est, cui ponderatæ immitte dimidium salis tosti:
postea tere antimonium subtilissimè, & immitte in paucillum
hujus aquæ tantum antimonii triti, ut ei supernatet aqua ad
quatuor digitos. Sensim autem immitte, ne aqua effervescat in-
solentiùs. Cum virorem aqua conceperit in phialâ extracto sul-
fure subtilissimo, statim effunde, & aquâ communi tepidâ in
eam immersâ, subsidebit sulfur, veluti commune viride, quod
ipso

ipso facto probabis esse φλογιστον, & nihil à vulgari hac in re differre.

Sed effectus hinc non semper respondet.

Επίκρισις.

VIRES alvum dejiciendi in eò meritò deprædicandæ, & vomitum ciendi.

Vires
Dosis.

DOSIS ḡ. iij.

CAPUT VII.

& minera ☿ii, & inde prolectus liquor.

Parandi

R minera ☿ii, quæ metallus primus, masculus, electrum mineraliale immaturum, nympba, quæ nunquam concubuit cum Vulcano, appellari potest. in alcool pulverisatæ q.v.

modus constat
1. pulverisatione.

Post ℞. ♂ ♀ & calcis vivæ āa. q.s.

2.

Ex duobus his igneis corporibus simul calcinatis fac lixivium hoc modo. Sali ♀ in ▽ fontana soluto addatur calx viva. Inquantur, igne validissimo, ad siccitatem.

lixivii concinnatione.

℞. hujus salis alcalisati q.v. aquæ fontanæ justam mensuram.

3. solutione.

Stent in calido loco, aliquot ℞ intervallo. Digestione peracta lixivium depletur, inque idem inspergitur

✕.

Præcipitatur ad fundum aureus pulvis, pomorūm aurantium colorem æmulatus. Exsiccatu ad servatur.

4. præcipitatione.
Destillatio liquoris.

℞. hujus & aurati q.v. alcahestici liquoris q.s.

M. Destilletur, sæpius cohobando, donec rubræ guttæ oleosæ ex XX descendant.

Vires.

VIRES. & citrangularare hoc dotes excelsiores habet, quàm quod ex factitio ☿ elicitur. ☉ sus inde profectus liquor renovat virtutes membrorum singulari felicitate.

Dosis.

DOSIS ♀ris & liquoris ascendit ad ḡ. iv. v. vj.

Utendi modus.

UTENDI MODUS, in juscule vel vini haustu.

CAPUT VIII.

& mineralium aqueorum & I. vitrioli anodynum seu narcoticum proponit.

Ccc 3

Vi-

Paracelsi de eo
iudicium.



Uti non est notum nomen ꝑris ꝑli anodynii, seu narcotici? *Paracelsus libro de rebus naturalibus cap. 7.* cum de ꝑ eiusque speciebus, & imprimis embryonatis agit, meminit ꝑ ꝑfixi, idemq; duo docet habere singularia: summam dulcedinem, & vim narcoticam, quæ tanta, ut eo gustato gallinæ in somnum propendeant absque damno, & post excitentur. Sedare etiam dicitur omnes dolores, omnemque colicam passionem. Modum autem parandi non addit.

Inde naturæ indagatores, quisque pro modulo suo, operam dedere, ut modum suum extrahendi hoc sulphur invenirent.

Penotianus
parandi mō-
dus.

Penotus de medicam. chemicis, sub titulo ꝑ ꝑlatum,

℞. ꝑli dissoluti in ▽ fontanâ q. v.

Ebulliat. Huic imponantur laminæ ferreæ. Cum pulvere rubro oneratae fuerint, hunc abraide iteratis vicibus. Extractum ꝑ rubrum spiritu vini circulator. Hoc abstracto, aquis cordialibus, quod residet, abluendum.

Hartmanni
processus.

Hartmannus de opio theor. 7. & basil. chim. sub tit. anodynorum, facilem hunc commendat modum. 1. causimon ꝑli ꝑ extrahendi idemque 2. in vim paregoricam seu anodyniam figendi.

ꝑ inflammabile ita paratur:

1.
parandi
ꝑ.

℞. ꝑli elegantis, vel etiam ꝑ ꝑ ℥ij.

limatur chalybis mundissima sine pulvere & inquinata mentis aliis, recenter videlicet limâ trita ℥j.

Tere invicem, & misce. Imbibe in cucurbitâ vitreâ ad imum detruncatâ

✕to, ut superemineat digitum.

Post coagula igne arenæ. Sicco pulveri iterum adde ✕. Stant indigestione per aliquot 8. Tinctum depletur. Iterum ✕ adfundatur, tinctum depletur. In hoc ✕ collecto, & tincto est ꝑ ꝑli urens. Si enim explorandi gratiâ, ex ejus aliquotâ parte acetum evaporarit, & quod restitabit, aqua pura aliquoties edulcaveris, illudque sedulo exsiccaveris, videbis admoto igne flammam concipere, & penitus ab igne instar lactis absumi.

ꝑ ꝑLI ANODYNUM ita paratur:

2.
parandi ano-
dynam.

℞. ✕ hujus tinctura ꝑ imprægnati q. v.

○○ ꝑ per deliquium parati q. s.

Im-

Immitte guttatim. Illicò $\ddot{\alpha}$ descendit. Hoc aceto decantato, aquâ fontanâ diligenter edulca. Exsicca, & habebis $\ddot{\alpha}$ \oplus -li fixum anodynum.

CENSURAS experitur hoc $\ddot{\alpha}$ non vulgares. I. IN GENE- Επιχεισις
generalis Sala.
RE, AB IIS, qui in \oplus -lo $\ddot{\alpha}$ anodynum dari negant. Inter hos agmen ducit *Angelus Sala*, dum *sect. 1. aphor. chimiatri. 45.* in \oplus -lo non est $\ddot{\alpha}$, nec sal, nec alumen, *inquit. Et paulò post: à vitriolo nequit superari substantia, inquit, quæ de naturâ suâ, sine additione aut intrinsecùs accedente artificio somnum provocare, dolores sopire, omnesque ardores internos extinguere, vel aliorum nobilium anodynorum vegetabilium loco esse possit.*

At sui oblitus, *libro anatom. \oplus -li inscripto cap. 11.* ex \oplus -lo per spiritum vini conficere docet anodynum, somniferum, & narcoticum, quod potentiâ nec opio, nec oleo mandragoræ cedit.

Laurembergius ipsi impingit contradictionem.

Eam excusare nititur *Billichius*, asserens, nullam opiativam vim inesse vitriolo specificam, seu non inesse ipsi vitriolo, sed nasci à conjunctione vitrioli cum menstruo, seu esse magisterii, quâ magisterii. Laurembergii
intentatam
contradictionem
excusat
Billichius

Sed agit actum. Contradictio est manifesta. Vel aphoristica sententia cum veritate divortium facit, vel vitrioli anatomia. Videantur *Laurembergii nota, & animadversiones, ejusdemque quæstio 19. & 24.* Censura.

II. IN SPECIE, de PRIMA præparatione *Sala* suum exponens judicium, eam rectè nullius esse, *ait*, momenti. Pulvis iste subviridis, *inquit*, & flavus, quem chimici quidam, mediante præcipitatione, vel attractione per laminas ferri factâ, separant, non est $\ddot{\alpha}$, sed pars mineralis & fixa vitrioli, cui nomen $\ddot{\alpha}$ \oplus -li anodynii nequaquam debetur. Specialis
Επιχεισις.

Ejusdem sententiæ sunt *Libavius lib. 1. epist. 35. Vnzerus appendice tractatus de sulphure. Gregor. Horstius sect. 1. epist. medicin. p. 347.* Dubito, *inquit*, de $\ddot{\alpha}$ hoc æquivoco, cum aliis viris doctis & potiùs opio justo modo correcto, tempore necessitatis utor, quàm iis, quorum effectus incerti.

ALTERA PRÆPARATIO multis urgetur dubiis, multis nominibus opiato laudano postponenda.

LIBER

LIBRI V.

SECTIO X.

decimam continet classem
effectorum solidorum, nempè crocos.

CAPUT I.

Crocus ♂ niger.

Nomen.



Rocinomen καλὰ ἀποδοσίων competit flori vegetabili. Transfertur inde ad medicamenta croci colorem æmulantia. Celebriora sunt crocus ♂ & metallorum. Crocus ♂ NIGER primum obtinebit locum per calcinationem immersivam siccam, cæmentatoriam cum ♀ paratus.

℞. *limatura ♂ magnes. ♀ flavi pulverisati minutim a ℔ij.* Misceantur in mortario per minima, vel fiat S. S. S. in ollâ capaciiori & igne rotæ, anemio in furno calcinentur, lento tamen, sic spiritus ♀ acidus adoritur ♂. Cum deflagavit, colligitur ♂ friabilis, in mortario in pulverem terendus. Tritus post in marmore tenerior fit. Per se sumitur. Miscetur etiam speciebus alterantibus.

CAPUT II.

*Crocus ♂ niger, per calcinationem immersivam
siccam fusoriam, cum ♀ paratus.*

R ♀ris teretes crassos magdaleones.
frusta ♂ oblongiuscula, bacilli formâ elongata.

Hæc, unum post aliud igniatur igne fusorio ad fluxum ferè comparato, ut scintillent, & in bacillos intrudantur. Sic in momento funditur ♂, granulatim, & grumosus decidit in subjectam pelvim, aquâ fontanâ plenam, cum filamentis intortis. His remotis in pulverem comminuitur in mortario vel in marmore, & ad usum servatur.

VIRES

VIREs uterque aperiendi habet primarum viarum recessus, *Vires.*
 DOSIS ḡ. v. vj. *Dosis.*
 MODUS UTENDI. Per se, rariùs, cum aliis crebriùs, *Utendi*
 ut speciebus alterantibus & purgantibus. Basis est pulveris ca- *modus.*
 chectici Quercetani, Hartmanni.

℞ croci & huius ℥ij. facul. ar. ℥iij. sacchar. canar. ℥iiij.
 cinam. acutif. ℥l. fol. On. iij. M. S. Pulv. cachect.

DOSIS ℞. ℥j. in jusculo matutinis horis, & corpus leni
 deambulatione moveatur.

CAPUT III.

*Crocus & aperiens ruber per calcinationem im-
 mersivam humidam, cum ✕ & ∇.*

R croci & nigri ℥j. ✕ti fortissimi q. s.
 Inde sartagini ferreae. Coquantur super igne carbonum
 aperto, spathâ ferreâ semper agitando, donec ✕tum exha-
 lavit. Adde aliud ✕tum, & procede, ut priùs. Tandem ignis
 intendatur, quousque materia rubeat. Si ∇ fortis modicum ad-
 datur, res feliciùs succedit. Optimè edulcatus amittit vim eme-
 ticam.

VIREs habet aperiendi justâ dosi, per se, vel cum aliis in *Vires.*
 jusculo exhibitus. DEINDE

℞. huius croci ℥l. * pulv. tantundem.
 ñtione institutâ in alembicum ascendunt flores rubicundi. Hi
 colligendi, aquâ dulci abluendi, ad usumque servandi.

VIREs easdem habent, & quidem eminenter. *Vires.*

CAPUT IV.

*Crocus & aperiens albus saccharinus, qui fit per cal-
 cinationem humidam, illinitione spiritûs acidi.*

R laminas & tis latas, & amplas q. v.
 spiritus O-li vel & ris q. s.
 Obline lamellas, bis, ter, quater. Expansis laminis su-
 per vitro aliquo depresso, aliquot dierum spacio sensim efflo-
 rescit

Ddd

rescit

rescit crocus albicans, qui dulce non nihil sapit. Evocatur hic crocus, compage refractariâ solutâ, à spiritu acido corrosivo, in poros ejus se insinuante, atomosque fermentante, attollente, amplificante, imbibente. Iterum obline lamellas quoties libuerit, crocumque siccum collige. Primâ vice quæ laminæ adhibentur, tardiori & pauciori manu præbent crocum. Quò crebrius adhibita, eò liberaliores sunt. Corroditur in hâc illinitione non solum ♂, sed simul etiam ejus ⊕-licum & extrahitur: quod cum tandem etiam evocetur omne, conducibile est laminas tandem mutare. Experientia docet, crocum postremum esse prioribus multò viliozem, minus speciosum, minusque efficacem ad reserandam & movendam alvum.

Vires.
Dosis.

VIREs sunt notæ epaticæ, & spleneticæ.
DOSIS ḡ. ij. iij. in liquore conveniente.

CAPUT V.

Crocus ♂ ruber adstringens, triplex.



IN furno, eo fine artificiosè præparato, extensus in ferreâ patellâ, flammâ reverberii calcinatus, vitriolicâ suâ aperiendi vi spoliatur ab atomis & acidis lignorum spiritibus, & assurgit turgescens in florem, qui cum appareat spongiosus in superficie, demendus, ne violentiâ nigrescat, in scoriam inutilem degenerans.

Vires.

VIREs indicat nomen: fluxiones immodicas compefcit, in diarrhæâ contumaci & dysenterîâ utilis. Ulcera externa siccât.

Dosis.

DOSIS. In alcool seu pulverem subtilissimum redactus exhibetur ad pondus, ḡ. vj. vij. in jusculo gallinæ vel carnis, ut & vino.

II.

℞. laminas seu virgulas oblongiores chalybis.

Transversim locentur in furno reverberii vitrariarum officinarum, vel cum destillatur spiritus ⊕-li. Exime aliquoties. Crocum in superficie apparentem aufer leporino pede.

Vires.

VIREs nobiles adstringentes.

DOSIS

DOSIS & UTENDI MODUS eadem.

Dosis, & utendi
modus.

III.

℞. crocum ♂ saccharinum album q.v.

spiritus ☉, vel ♀ modicum.

Indantur in ☩. Lenis calcinatio instituitur, donec rubeat. Aufe-
ratur ab igne, & fervetur.

Vires.

VIRES. Astringit potenter, in diarrheâ, dysenteriâ, fluxi-
busque sanguinis quibuscunque utilis.

DOSIS ḡ. vj. vij. x.

Dosis.

UTENDI MODUS. In vino, vel ▽ tormentillæ, in *Utendi modus.*
quibus vehiculis resolubilis apparet, ob acidos admistos spiritus.

CAPUT VI.

Crocus metallorum.

CROCI METALLORUM nominis inventio attri- *Nomen triplex*
buitur à nonnullis *Martino Rulando Seniori*: origo &
fundamentum, color æmulus croci in flosculis suis sub-
rubescentis. METALLORUM crocus indigitatur, quia commu-
ni Hermeticorum opinione receptum, antimonium esse ens pri-
mum, & omnium metallorum radicem. Hepar ♂ dicitur, qui he-
patis bubuli, aut alterius animalis formam & colorem refert,
SCORIÆ ☉ etiam indigitantur.

℞. ♀. ☉. ♂. āa. ℥j.

Contusa in pulverem misceantur exquisitè. Cochleari ferreo
pars post partem injiciatur in crucibulum ignitum. Facta deto-
natione stent per horam in ☉. Vase refrigerato rupto R E G V-
LVS in fundo apparet. SCORIÆ flavedine suâ crocum vegeta-
bilem repræsentant exquisitè. Ab hoc separandum ☉ per affusio-
nem aquæ crebriorem. Percolato per chartam lixivio, CROCUS
in chartâ remanet. Ex lixivio per affusionem aceti præcipitatur
♀ auratum ♂ii.

VIRES croci seu hepatis edulcati sunt alterantes & pur- *Vires.*
gantes. DOSIS ḡ. xij. xvj. in infuso. *Dosis.*

MODUS UTENDI. In substantiâ interiùs rarissimè *Utendi modus.*
usurpatur. Et quid opus est, cum habeamus fruges, vesci glandi-

Ddd 2 dibus.

dibus? *Horstius lib. 2. part. 2. de morb. contagiosis p. 131.* panaceam auream parat *ex croco metallorum & Q. dulcificato*, proportione æquali, eamque in lucis venereæ curatione post ligni decoctum commendat. IN CLYSTERIBUS nodulo lineo involutus ad ʒj. ij. usurpari solet.

*Basis censetur
Aq. benedicta.
Lixivii vapor
mensium sup-
pressioni me-
detur.*

Censetur esse basis AQUÆ benedictæ vomitivæ Rulandi-
næ à *Quercetano. Brendelius* basin censet esse vitrum.



EPAR & seu crocus metallorum ad pondus ʒi. vini albi, vel aquæ fontanæ mensur. iij. iv. exceptus post lenem coctionem præbet *Lixivium*. Hujus ferri laminæ, vel lateribus ignitis affusi vapor prodest fœminis suppressione menstrui sanguinis laborantibus, muliebri sinu, per sellam perforatam exceptus. Uterus hujus vaporis delectatione recreatus, internos humores mensium regi-
mini obnoxios resolvit & expellit.

LIBRI V.

SECTIO XI.



undecimam continet clas-
sem effectorum solidorum, nem-
pe regulum.

CAPUT I.



De   *simplici.*

Nomen.



N ore multorum est regulus. Terminus technicus est *ῥῶν μεταλλῶν ἄργυρον*, qui probaturi seu experimentum alicujus mineræ facturi, postremo temperamento, quod manet in cupulâ, REGEM, den König appellat. Inde diminutivum REGULUS. Regiam ejus dignitatem asserit corona, & diadema  basi ejus adjunctum. Stellæ instar cum corona hæc radiet, etiam  stella signata, *der Signat-stern* dicitur.

DVPLEX est, simplex & compositus, & hic iterum varius.

I. SIMPLEX   tus ita paratur:

Sim. & c.

℞. ♀. ♂. ♀. āā. ℥j.

Conz

Contusa, & diligenter mista cochleari ferreo pedetentim excepta calcinantur in ♣. Factâ detonatione, & vase pavimento illiso subsidet regulus, refrigerato vase eximendus. Nonnulli massam, in fluxu cum adhuc est, infundunt in conum fusorium sevo perunctum, eundem pavimento illidunt, ut rex subsideat. Refrigeratis omnibus, excutiunt, inversâ pyramide, scorias, & regem pyramidalem ad usum servant. Si bene res gesta, stella in basi elegans.

II. COMPOSITUS ♂ REGULUS cum ♂, seu regulus
♂ antimoniatu stellatus.

℞. *clavorum equorum ungulae summitates seu apices* ℞℞. *Compositus.*
♂ *Vngariciradiantis* ℞j.

Hoc pulverisetur minutim, & cum apicibus misceatur. Projice in ♣ inter ardentis prunas ignitum cochlear unum post alterum, & operi, dando ignem fusionis intensiorem. Post injice per vices.

⊙. ℥ ij.

Fluant, spathâ interdum agitando massam. Tandem stent in igne fusionis per dimidiam horam. Refrigeratum vas confringatur pistillo, & scoriæ separentur à regulo. In hujus basi rarò vel nunquam primâ vice apparet regulus.

℞. *eundem pulverisatum.* ⊙. *pulver* ℥j.

Fluant iterum in ♣. & regulus colligatur. Hoc si repetatur, observavit *Schroderus*, tandem stellam contrahere, imò vel multis stellis, ac si terra aquis circumdata esset, regulum signatum vidit.

Nostro experimento, quo crebriùs reiteratur calcinatio cum ⊙, eò magis decrescit regulus, & tandem totus miscetur cum scoriis, quæ inde multo evadunt elegantiores & splendidiore, pluribus micantes scintillis. Frustranea potiùs videtur esse iterata calcinatio, eo fine, ut stella appareat. STELLÆ nomen habet ab eo, quod semper adesse optetur. Neque ad stellæ apparitionem quicquam confert vel cœlum serenum, vel ad crescens Luna.

USUS. Globulus ex hisce fusus, & iliakis ad viam fecibus parandam, & intestinorum implicationem tollendam non ad-

Ddd 3 pro-

probatum. 2. butyrum & dictum paratur commodè ex his regulis, ad bezoardicum minerale, & vitæ Mercurium.

CAPUT II.

Compositus & regulis cum aliis metallis, Electrum dictus. De eo in genere.

Nomen notat
1. succinum.

Electri nomen Græcum est, plura notans significata.
I. SUCCINUM vulgare. De eo *Philosophus 4. meteorolog. cap. 10.* ἤλεκτρον καὶ ὅσα λέγεται ὡς δάκρυα, ψύξι ἐστὶν, ὅον σμύρνα, λιθανωτὸς, κόμμι. καὶ τὸ ἤλεκτρον δὲ τέτρα τῆ γένεσς τοικε ἢ πύγνευται. Ἐμ. περιειλημμένα γοῦν ζῶα ἐν αὐτῷ φαίνεται. *Succinum & quascunq; dicuntur ut lacryma, infrigidatione sunt, velut myrrha, thus, gomme. Et electrum quoq; hujus generis esse videtur & concrevit: circumprehensa enim animalia in ipso videntur.*

metallum nativum.

II. Notat μέταλλον χρυσίζον, quod, *autoribus Hesychio & Etymologo*, in Eridani arenis reperitur. *Pausanias Eliacorum priore, sive libro 5. electrum reperiri, ait, in fluminibus & metallis, i.e. locis subterraneis. Ex eo, quod in fluminis Eridani seu Pari arenis αὐτόματον sponte natum* repertum, statua erecta fuit Augusto. *Τὸ δ' ἤλεκτρον, inquit, ἔ τῷ αὐγέσῳ πεποίηται τὸν εἰκῶνα, ὅσον αὐτόματον ἐν τῶν Ηριδάνη ταῖς ψάμμαις, εὐρίσεται, σπανίζεται τὰ μάλισα, ἢ ἀνθρώπων ἥμιον ποδῶν ἐστὶν ἕνεκα. Τὸ δ' ἄλλο ἤλεκτρον, ἀναμιγμένον ἐστὶν ἀργύρῳ χρυσοῦς. Electrum, ex qua materia statuam erexerunt Augusti, in Padi fluminis arenis, rarum omnino repertum est, magnumq; ideò aestimatur. Est alioquin electrum aliud nihil, quàm argento permixtum aurum.* Proportionem ponderis designat *Plinius natur. histor. lib. 33. cap. 4.* Ubique quinta argenti portio est, electrum vocatur.

3. Factitiam
massam ex auro
& argento.

III. FACTITIAM massam notat auri, memorati quintuplâ argenti proportionem. Fit & curâ electrum, argento addito, quod si quintam portionem excessit, incudibus non resistit. Ita *idem Plinius.*

4. Misturam
aliorum mineralium.

IV. ALIIS METALLIS inter se mistis facti electri nomen inventum est Alchimistarum veterum. Estque metallum,
verba

verba sunt Paracelsi lib. de rebus naturalibus c. 9. welches von einem andern kömmt durch die Kunst / und demselbigen Metallen / von dem es ist / nimmer gleich. Als ein Exempel: Man mache Das Kupfer weiß / so es nun nitzer roth wird / so heisse es electrum, &c. 2. alio modo videtur accipere lib. de natura rerum 8. qui inscribitur de separationibus rerum naturalium. Electrum, inquit, non est metallum per se, aber alle Metall in einem Metall oder corpus. Wann es nun nach Alchimist schon Process anatomiret und geschieden wird / werden alle sieben Metall darzu pur / lauter und rein gefunden / nemlich ☉. ♃. ♄. ♁. ♀. ♁. ♃.

Ejus meminisse Paracelsus.

Beguinus.

Beguinus tyrocinio chimico lib. 2. cap. 18. eodem sensu, mentionem facit electri. Nihil hoc modo sumptum aliud est, quam ☿ & ♁ compositus cum aliis metallis.

CAPVT III.

De electro in specie, § 1. minori, quod paratur ex ☿ crudo, & ex regulo.

MINUS ELECTRUM ex ☿ CRUDO, permisto ♃ & ♁. Ita paratur. Minus electrum ex ☿ crudo.

℞. ☿ Vngar. crudi ℔ss. ♃ & ♁ āā. ℥iij.
Fundantur prius in ♁ & ♁. Fufis additur paulatim ☿. Cūm steterint parum in fluxu, adjiciuntur super materiam fusam
♀ ℥xij. ☉ ℥viiij.

Bene invicem misceantur in mortario. Calcinatione ad umbilicum deducta, in ♁ ad pavementum modestè illiso, & refrigerato, invenitur regulus, metallorum qualitatibus imprægnatus.

Minus electrum ex regulo ☿ii.

℞. ☿ ex ♁. ♃ āā. q. v.
Regulus pulverisatus in ♁, inclinet in fluotem. Statim injicestannum; cūm fluxerit, amove crucibulum ab igne. Refrigerata pulverisentur. Si ritè operatus fueris, auri vel orichalci apparet color: sin minus, scintillis aureis micat massa ad nigrum vergens.

Minus electrum ex regulo.



Minus electrum ex regulo &

℥ loviale, dictum.

Exin-

Exinde, quocunque res cadat, perinde enim est, paratur ANTIHECTICUM medicamentum.

Ex hoc electro
paratur anti-
hecticum Po-
serii.

℞. *hujus electri* q. v.  *pulverisati triplum.*
Misceantur, & calcinentur cum levi detonatione. Refrigerata abluantur aquâ dulci, & liberentur à  falsedine. Pulvis in vitro chartaceo residuus servetur.

Vires.

VIREs indicat nomen ANTIHECTICUM ANTIMO-
NIALE, JOVIALE. In calore habitum acquirente, & phtihicâ extenuatione sedandâ singulare habetur arcanum. Aliis etiam pulmonum, hepatis & uteri affectibus medetur.



Dosis.
Modus utendi.

DOSIS à ḡ. vj. ad vij. & ultra.
MODUS UTENDI per se, vel cum aliis pectoralibus in juscule, horis matutinis.



Ingredientia hujus medicamenti ad rationis incudem si vo-
centur; næ! illa expectationem indicatorum vix satiare pote-
runt. Circumspectè ergo hîc medicus se gerat.


CAPUT IV.

Minus aliud electrum Dnare ex


  Dnâ.


Minus ele-
ctrum li. dnare.

Regulus pulverisatus grosso modo in , circumdato 
fluat. Superinijce Lunæ frustula. Liquefacta remove ab igne.


 Electrum Lunare.

Febrifugum.

Ex hoc electro, seu regulo  Lunari parari censetur à nonnullis
FEBRIFUGUM ANTIQVARTANARIVM RIVERII,
ænigmaticè *observ. centur. 3. append. descriptum.*

℞. *electri hujus*  *ti aa. lbss.*

Επικελευσις.

Destilletur inde ex retortâ butyrum. Præcipita aquâ fontanâ in-
fusâ. Lactescente humore, subsidens & edulcatus pulvis ad usum
servatur. Purgat *ἀνταρτικῶς* more  vitæ, sed languidius. Ve-
rùm genuinum non est. Non occurrunt hîc Hercules, nec ejus
12. labores. Descriptum autem est genuinum *hoc eodem libro,*
sectione 6. cap. 12.

CAPUT

CAPUT V.

Electrum Majus.

MAJUS ELECTRUM ex pluribus conficitur ingredi- *I. via.*
tibus, duplici viâ, vel

℞. ♂ & ♀ electi āa. ℥j.

Cum steterit ♂ in fulgore, adjicitur ♀ tritum, & metalla se-
quentia.

♂. ℥. ℔. ♁. āa. ℥ij.

Tandem aperto ♁, carbone ignito, calcinatio continuatur, & in-
jicitur sensim, unum frustum post aliud.

ad ℥ij.

Fluunt iterum, & injiciuntur in scyphum pyramidalem, vel in ♁
refrigerentur sponte suâ.

ALTERA VIA electri majoris nobiliora adsciscit metal- *II. via.*
la, & regulos ♂ & ♀tis.

℞. ♀ & ♂ ti ℥℥.

Fundatur in tigillo. In fluentem projice.

♀ ℥ij. ℥ ℥ij. ℔ ℥℥. ♁ ℥j. ☉ ℥℔.

Sensim & sensim, ut fluxus promoveatur, injiciuntur ☉ ℥ij. Re-
frigerato vase eximatur & ad usum servetur.

USUS ejus ad præparandum, cum ♁ to butyrum ♂, & ex- *Vsus.*
inde ♁ vitæ, & bezoardicum minerale. 2. cum ☉ æquali propor-
tione calcinatum, & ♁ simplici edulcatum electrum, ad ℥. iv. v.
per se vel cum aliis, in jusculo vel alio liquore adsumi potest, ceu
ἀνδτίωτ & πολύχρησ &.

LIBRI V.

SECTIO XII.

duodecimam classem effecto-
rum chemicorum solidorum con-
tinet, nempe vitrum,

Ecc

CA-

CAPVT I.

De § vitro, ejusque usu diversis sententiis.

Nomen vitri.
Triplex est.

NOMEN vitri à formâ, resonantia, splendore, fragilitate desumptum est. *Triplex* imprimis est: *unum* PUNICEUM seu rubrum, sanguinis rubentis adspectu: *Alteram* SUCCINEUM: *tertium* celebratissimum HYACINTHINI cognomen adeptum à colore preciosi hujus lapidis æmulo. Hyacinthina Antimonii gemma, & Magnesia Saturni opalina, ab æmulatione opali geminæ, cujus tamen irides infelicitè exprimit, designatur.

Puniceum,
quod raro in
us.

I. PUNICEUM, *obsidianum Libavii syntagm. arcan. chim. lib 8. cap. 23.* quod sub nomine CROCI metallorum singularis delineatur ab *Hartmanno*, paratur hoc modo:

℞. ☉ purissimi & defecatiss. § opt. āa. ℥ ̄.

Fluat ☉ in sartagine, vel crucibulo ad lentissimum ignem, sine ullâ violentâ valis ignitione. Removeatur ab igne vasculum, & adde § probè pulverisati paucillum. Quod si ☉ misceri potest, tunc perge, & sensim ac sensim §ingere, continuò ferreâ spathâ agitando, donec totum mistum. Sin ☉ non admiserit §, justam ipsius refrigerationem expectabis. Cum probè mista fuerint, & fluxerint, carbone vivo superjecto, aut ferro candente massam accende: cum detonuerit, paratum est. Non semper eandem obtinet formam, modò intensiùs rubet & micat, modò remissiùs.

Succineum ad-
huc varior.

II. SUCCINEUM § vitrum, paratur ex ☿ curio vitæ vulgariter dicto. Hic imponitur crucibulo & igne circulari detinetur, donec fluat. Tunc effunditur in laminam aurichalceam. Transparens est in principio, vitri instar, tunc effundendum, si diutiùs in igne detineatur, fit opacum. Non rectè appellatur vitrum ☿ curii, rectiùs vitrum succineum, vel succinum Antimonii. Mitiùs operatur à §. j. ad iij. in convenienti liquore.

Hyacinthinum
vulgatissi-
mum.

III. HYACINTHINUM vitrum, quod maximè in usu, præparandi modus proponitur à *fratre Basilio Valentino*, *curriæ triumphali* §. repetitur ab *Andrea Matthiolo comment. in Dioscoridè cap. de stimmi. Angelo Salâ in anat. antimonii part. 2. c. 1. loh.*

Guin-

Guintherio Andernaco de medicinâ veteri & novâ com. 2. dial. 7.
 Calcinatur ꝯ justo ignis moderamine. Tandem funditur ☉ &
 ☽ in ☿ seu ☿ existentibus in vitrum.

VIRES hujus vitri hyacinthini in expurgandis vitiosis hu-
 moribus, & chronicis morbis debellandis sunt insignes. Qui
 ad Afros in Guineæ regnum navigarunt, narrant empiricos chi-
 rurgos in febribus quibusdam tertianæ modo invadentibus, hor-
 ridis, peracutis, valde periculosis, quæ interficiebant 7. 8. 9. 12. &c.
 die, SOLO ꝯ VITRO feliciter ægros liberasse, si illico cum hor-
 rore corripenterentur, idem exhibuissent.

*Vires hyacinthi-
 ni vitri.*

*Vsus ejus in In-
 dia notus.*

Nobilissimus & Strenuus Dietrich Vicedomius Dn. in Eck-
 stet, Electoralis Saxoniae militiae equestris antesignanus vexillifer,
 postquam, anni dimidii spatio, quartanis insultibus fuerat affli-
 ctus, præmissis præparantibus & leniter purgantibus, hausit in-
 fusum vitri ꝯ ii pondere ꝯ. vj. exaltatum, die ἀπυρεξίας. Cum
 incaluisse, vomere incepit cruda: adjurus jusculis pinguibus len-
 ta viscida nigra: tandem corpore mirè agitato, materiam creta-
 ceam calci similem. Liberatus à febre omnimode discessit.

*Historia opera-
 tionis vitri.*

Matthiolus lib. 5. in Dioscor. cap. 59. meminit Andreae Gal-
 li, Medici Tridentini, cui post ventriculi pulmonisque inflamma-
 tionem & cordis tremorem, suffocans catarrhus majorem viribus
 prosternendis metum adferens ex abundantia accesserat. Hic post
 irritum multorum remediorum usum Antimonii præparati tribus
 granis, binis vomitionibus, ternisque dejectionibus eductâ bilis
 copiâ non contemnendâ, actutum salvus evasit. Salutarem hu-
 jus medicamenti usum tribus aliis historiis illustrat.

*A Matthiolo
 magni estima-
 tur.*

Zacutus Lusitanus lib. 1. hist. quæst. 25. recenset: Alexandrum
 Quintilium Italum vitrum hoc pro medicamento ex ☉ confecto
 vendidisse, & magnum quæstum fecisse.

*Zacuti historia
 notanda.*

Ioh. Guintherius Andernacus de med. veteri & nova, dialogo
 7. vitrum stibii vocat medicamentum efficax, valensque, quod si
 rite præparatum à medico perito rectè exhibeatur, salutare sit: sin
 ab imperito offeratur, venenum, multorum morborum saepe exi-
 stat causa.

Andernacus.

Libavius idem extollunt.

Libavius apocalyps. hermetic. part. 2. cap. 13. statuit, si ☿ ritè sit solutum & in vitrum conflatum, quod tunc è potentiâ remotiore evocata sit *δύναμις*, & in usu medico prodesse queat, juxta ordinationem divinam, & sic in eo sit prædestinatio & potentia naturalis in salutis humanæ incrementum, & *syntagm. arcan. chemicor. lib. 7. cap. 2.* patrocinium hujus vitri suscipit.

Improbant ejus usum quidam Paracelsici.

IMPROBANT ejus usum *Paracelsici*, putant indignum esse probrosunque naturæ, si ad alvum vel vomitum in præceptum agendum, usurpetur ☿, longè sublimiori prædestinatione datum, nimirum, ut sicut aurum spirititaliter, ita per universum corpus penetrando idem depuret, aliena resolvat, & servatâ naturæ integritate insensibiliter discutiat, in forma tincturæ propositæ *lib. 2. chirurg. magnæ tract. 3. cap. 5.*

Quercetanus.

Quercetanus tetrad. aff. cap. 31. licet vitrum omni sapore careat, idem tamen præstare, ait, ferociter, quod ejus flos, idque ob spiritum quendam album & arsenicalem ipsi insitum, qui in marmore, in quod injectum fuerit vitrum facilè animadverti potest. *Et p. 139.* refert se vitri antimonii usum, utpote à suo veneno non satis nec ex arte repurgari, *in suo libro de spagirica præparatione* ante viginti septem annos edito improbasse & abjecisse.

Severinus.

Severinus Danus in idea nullam prædestinationem habere vitrum ☿, nec recepisse separationem puri ab impuro, nec sustinuisse digestionem debitam, scripsit.

et alii.

Alii innatas ☿ extrahere humiditates frequenter usurpatum censent, & convulsiones excitare, ajunt, unde primus Plateri ægrotus in observ. de vertigine, melius quidem habuit, sed spasimum flatulentum, vitro ☿ purgatus, per sensit.

CAPVT II.

Quid sentiendum, exponit.

In usu ejus respiciendum.



Erùm non absolutè vel damnandum est vitrum, vel commendandum promiscuè omnibus. Ut in febribus acutis paulò pleniori victu minus peccatur, sic etiam leviori medicamento securior medela est, quàm paulò fortiori.

I. AD

I. AD ÆGRI NATURAM respiciendum. Illis qui ad vomitum proclives, facileque vomunt, stomachum fortem habent, thoracemque amplum & latum, conducit.

1. ad ægri naturam.

II. MORBORUM habitâ ratione conducit in chronicis insultibus, præservationis gratiâ, epilepsiâ, melancholiâ. In contumacibus aliis morbis etiam, ut intermittentibus, quartanâ & tertianâ, sæpe magno est usui. In ACUTIS nullum habet locum.

2. Morbivariationem.

MODUS UTENDI etiam respiciendus.

3. Modum utendi ipsum.

SINE CORRECTIONE vitro utuntur medici. I. in CLYSTERIBUS, in petiâ ligato, a ℥β. ad ℥j. II. GLANDIS formâ si fundatur, suppositorii vice potest fungi. III. GLOBULUS ex eo fusus perferatus, alligatus filo, oleo perunctus, idem facit officium. *Suasore Libavio* deglutiri etiam potest idem ad corporis evacuationem. Hic alterat tantum formaliter & spiritaliter.

Sine correctione.

1. in clysteribus.

2. forma glandis.

3. globulus.

CORRECTIONE præviâ variis modis emendatur noxia vitri facultas.

Cum correctione, quæ variâ.

I. INSOLATIONE vis vitri purgatrix corrigitur, sed per ἀφαίρεσιν, imò planè mortificatur. Si vitri pulvis subtilissimus, inquit *Quercet. tetrade gravissimorum capitis affectuum cap. 10.* ad aliquot septimanas soli exponatur calido, & de eo postea, etiam majore dosi propinetur, nullarum virium ad movendum & evacuandum corpus futurus est, quod calore solis spiritus ejus exhalarit & evanuerit.

1. insolatio.

II. COCTIONE instituitur à *Brendelio chim. in artis formam redacta.*

2. coctio.

℞. vitri ꝑ hyacinth. vini malvatici ℥j. vel ℥iβ.

Cuticula, dum coctio instituitur, supernatans aufertur arsenicalis, reliquum servatur ad usum.

DOSIS cochlear. j.

Dosis.

III. INFUSIO sola emendat noxiam vitri indolem, variis modis.

3. infusio.

℞. vitri ꝑ hyacinth. q. v. vini Rhenani cochl. j.

Stent per noctem. Manè propinetur colatura.

INFUSUM paratur nonnunquam NUMMIS & ANNU-

1.

LIS per noctem in vino suspensis. Mane bibendum propinatur.

3. CALIX chemicus fundi potest ex vitro ad infusa paranda.

4. *Libavius apocalypsi hermetica, parte priore cap. 13. nos calicem non curaremus, inquit, fieri ex meris istis, quis enim vim sustineret? sed fundum saltem pro geminâ obduceremus, fieretque id, quod alias per annulos purgantes.*

5. Commodè calix parari potest ex ligno juniperino, eâ amplitudine, ut capiat lbj. Obducatur intus liquidâ pice, cui immista vitri ℥ ii ℥i. grosso modo pulverisati. In hoc infundatur vinum tepidum ad ℥ij. per noctem. Mane assumatur vinum.

6. SPIRITU ☉ li etiam vitrum corrigitur.

℞. vitri ℥ ii tenuiss. pulver spir. ☉ li ad eminentiam dig. iij. Stent in digestionem. Spiritum hunc ☉ li purgantem ad ḡ. v. vj. commendant Gluckradius & Barthius in Beguinum. At Hartmannus basil. chim. rectè eligit spiritum ☉ li non rectificatum, id est, cum phlegmate mistum.

Dosis.

Modus utendi,
in genere.

DOSIS ℥i. in vehiculo.

Tutior & securior est usus in infuso, quàm substantiâ, ḡ. iij. iv. pro ægri statu macerantur in quinque cochlearibus vini, cerevisiæ, hydromelitis. Quum stetit per noctem, manè colatur per linteum & propinatur. Vomitum movet & secessum. IN GENERE. Vitrum ℥ ii accuratiùs correctum in majori dosi adsumi potest. Non longè post adsumtum medicamentum, jusculum pisorum leniter coctorum prodest, ut operatio faciliteretur.

CAPUT II.

Vitrum b.

minii part. ij. silicum fluviatil. calc. part. j.
Fundantur ☉ in crucibulo. Projice ex ☉ in patellam cupream, vitri instar splendet.

Utendi modus.

UTENDI MODUS. Sacculo inclusum, regioni lumborum applicatum, intemperiem renum calidam emendat in gonorrhæâ virulentâ.

LIBRI V.

SECTIO XIII.

decimam tertiam effectorum

solidorum continet classem nempè
astra.

CAPUT I.

Astrum in genere.



στρ, ἐστρ, vox est homonyma, multas habens signi- *Æquivocatio*
 ficationes. Notat 1. stellam in genere. 2. in specie *nominis.*
 illam, quæ canicula dicitur. 3. medicamentum soli- 1.
 dum, quod in orbiculos fingitur, cui stellæ figura 2.
 ut plurimum impressa, quod aliàs ob rotunditatem 3.
 τροχίσκος, rotula, orbiculus, pastillus dicitur. Perperam ergo
 nonnulli trochiscos à Gallico drogues dictum putant. 4. Aste- 4.
 rum mentionem facit Galenus passim, & præcipuè lib. 8. de com-
 pos. medicam. sec. loca cap. 3. ἀστὴρ σωμαχικός, & paulò post, ἀστὴρ
 ἀνίκητος, ἀνώδυνος, ὑπνωτικός, aster inexsuperabilis, dolores mul-
 cens, somnum inducens. 5. In chemicorum Parnasso non respicit 5.
 figuram, sed notat singulare medicamentum, virtute insigni, imò
 astrali præditum. Idem crebrius ἀστρον nominant, & variis ap-
 plicant remediis.

CAPUT II.

De astro serpentum.



Astri nomen imprimis imponunt medicamentis ex ani- *Astrum ser-*
 malibus. Id tamen ad alias classes simul referri potest. *pentum.*
 ℞. vipers vel serpentes q. v. spiritus vini q. s. Contun-
 dantur in mortario, digerantur per ☿ iiij. Destillatio fiat per
 alembicum, & sal crystallinum simul ascendit, in frigido humi-
 do liquefcens. Sal hoc, ut res novas moliantur, astrum chemicum
 vocant, ut & totum liquorem.

℞. ser-

℞. serpentes vel vipers q. v.

Combure in ollâ. Cineres vocant astrum, magnasque illis adscribunt vires. Demorsis certam inde promittunt salutem. Scitur autem, salia volatilia, in quibus omnis potestas, in auras incineratione hâc evanuisse, cinerem verò relictum sale fixo orbatum, ignavum esse



LIBRI V.

SECTIO XIV.

decimam quartam effecto-
rum solidorum classem continet, nem-
pè externa amuleta.

CAPUT I.

De iis in genere.

Nomen.



OMINATA *ἀειάματα, ἀειάματα, καὶ ἀποθεοπαΐα*, Latinis amuleta ab amoliendo dicta, celebrem operum chemicorum classem constituunt.

Differentia.

DUPLICIA constitui possunt: quædam manifestis agunt qualitatibus, quædam occultis, *ἀναίτιολόγητα*, quod *rationem actionis reddere non sit facile*, dicta.

Locus applicationis, & agendi ratio.

Utraque de collo pendentia vel carpi viciniae, quâ pulsus advertitur, applicata, cum incalescunt, contactu corporis *ἀπορροίας*, profluvia seu effluvia quædam effundunt, cutaneos per poros insinuant, indeque hæc cum sanguine refluxo ad cor centrum vitæ deferuntur, suasque exerunt facultates.

Helmontii sententia.

Non admittitur *Helmontii* sententia, cum, *libro, potestas medicaminum inscripto*, t. 61. distinctionem proponit amuletorum, periaptorum & appensorum, & *quædam* docet agere vi influentiae, & directivâ, citrà evaporationem illorum, quæ in corporibus fixioribus nimirum sedent: *quædam* licet sint, quæ sensim viribus minuuntur, quia aporrhœam ex se dimittunt.

Si

Si agere debeant hæc amoleta, necessarium est, ipsis talem adscribere actionem, quæ fiat per contactum, corporalem vel virtualem. Neuter est sine *ἄπορροία*. In corporali hæc est sensibus magis, in virtuali minus obvia, ut cum vite florente, vinum in cadis etiam movetur. Non evaporant ex amoletis atomi *ὕλωδες ἐξέραι*, crassiores, sed volatiliores.


Memoratu dignum, quod quædam amoleta sint simplicia, quædam characteribus & verbis, nonnunquam notis, nonnunquam ignotis ornata.

Alia differētia.

In *Tralliani* monumentis exempla occurrunt tum simplicium, tum compositorum. Inspiciatur *libri 1. cap. 15. περίαπτα καὶ ἀνπαθῆ πρὸς ἐπιληπτικὰς*, quæ alligantur & naturaliter resistunt comitialibus, hîc occurrunt SIMPLICIA plurima: *Jaspis καπνιοθεῖς*, à fumo qui infectus non pellucet, &c. *Περίαπτα φυσικὰ ἀνπαθῆ* simplicia proponuntur *lib. 12. c. 7. πρὸς πυρετὰς τριταῖας καὶ ἀμφομερινὰς. cap. 8. πρὸς τεταρταῖας*. At *libro 10. cap. ultimo περίαπτα φυσικὰ ἀδιάπλωτα*, διὰ πείρας δεδοκιμασμένα, καὶ λίαν δρασιακὰ πρὸς τὴν κωλικὴν ἔχοντας διάθεσιν proponuntur simplicia plurima, & COMPOSITUM UNUM, verbis & characteribus vulgaris notitiæ, Lunæ influxu etiam nobilitatum. Nimirum, ANNULO ferreo octangulo inscribere jubet: *Φεῦγε, Φεῦγε, ἰῆ! χολή, ἢ κορυδαλὸς ἐζήτη.* *Fuge, fuge, heu bilis, alauda quærebat.*

In Tralliani scriptis occurrunt 1. simplicia.

2. Compositum Trallianum.

Subjectam autem figuram in annuli caput scribere jubet  *γινέσθω δὲ ὁ προῖπο τυπωθεὶς δάκτυλῳ 17. τῆς σελήνης, ἢ καὶ, parentur autem præfiguratus annulus XVII. aut XXI. die Lunæ.*

Paracelsi estimatio.

Paracelsus, magnus verborum, sigillorum, characterum, & amoletorum patronus, pluribus à *Sennerto lib. de consensu & dissensu cap. 18. allegatis locis*, naturam vires suas in verba & characteres non minus, quàm in herbas & radices imponere docet.

Idem archidoxeos magicæ libris, metallica appendicula, characteribus & barbaris verbis insignita, proponit, iisque virtutes magnas tribuit. *Libro 1. contra graviores morbos, epilepsiam, visus infirmitatem, atrophiam cerebri, paralytin, calculum renum, coeundi impotentiam, contracturam, mensium immodicum & deficientem fluxum, lepram, vertiginem, spasnum, convulsionem, sigilla proponit. Libro 2. subjungit sigilla 12.*

Fff

signo-

412 *Lib.V. Sect. XIV. Cap. 1. Characteres vilipenduntur.*

signorum cœlestium, & secreta ac efficaciam eorundem. *Libro 3.* sigilla ad oves & muscas characteribus ornata proponit. *Libro 4.* variationes horum sigillorum cum characteribus subjungit.

Obiectio.

Et.

Dubitantibus, quomodo sit possibile, quod metalla signis, literis & vocabulis notata, vires tales habeant, sine incantationibus & mali genii cooperatione, vitio vertit, quod diabolo tantam potestatem tribuant, Deo detrahare videantur. Metalla vivunt, ideò etiam vitales operationes exercere possunt. CHARACTE-RES & VERBA non esse viribus destituta, probat exemplis incantatorum serpentum. EXTERIUS applicata etiam vitâ carentia internis visceribus vim quandam communicare confirmat exemplo cantharidum, manu gestatum, vesicæ dicam scribentium. Mortua corpora virtutibus prædita, ostendit prætereà exemplo alcedinis def. *Εισβογελς* / cujus pellis singulis annis plumas abjicit, & novas producit ejusdem coloris, idque multorum annorum tractu continuo.

Nonnulli exempla allegant.

Paræi.

Borelli opinio.

Nonnulli allegant Pyrrhi digitum febrifugum, & pollicem dextri pedis lienolos restituentem, Gallix etiam & Anglix regum strumas, enunciatis paucis verbis: *Le Roy toy touche, Dieu toy guarii*; sanantium exemplum. *Paræus* recitat quosdam prætereà hereditariam curam luxatorum & fractorum ossium, colligentes inde singularem aliquem per temperamentum & addita quædam verba influxum.

Borellus histor. & observat. variar. medico phys. centur. 3. observ. 6. curationes magneticas adscribit etiam temperamento. Franciscus Henricus Patrius Lugdunensis innumeros curavit febricitantes, propinatis ægro trium pomorum medietatibus, quas deglutiendas dabat. In primâ scribebat: *Christus pro vobis natus est*: in secundâ, *mortuus est*: in tertiâ, *resurrectus est*. Tandem hæc vis in eo extincta. Nonnulli pactum cum dæmone cessasse putabant: Ipse verò ad virtutem naturalem ejus, quæ ætatis mutatione, vel temperamenti, mutata etiam est & extincta.

Distinctio therapeutices medicinæ partis in χειρουργικὴν, φαρμακευτικὴν, διαίτητικὴν, ῥηματικὴν verbis & characteribus etiam patrocinatur.

Επίκρισις.

Verum ἔδὲν πρὸς ἕπος. Multa in Paracelsicis minùs firma & so-

& solida occurrunt. 1. Committitur fallacia *ἑτεροζητήσεως*. Non vocatur in dubium, metalla multis virtutibus esse prædita, & eadem corpori applicata vires suas eidem communicare. Communicatio hæc, sæculo hoc nostro præcipuè, stabilitur imprimis circulatione sanguinis. 2. Non negatur etiam metalla sub certâ constellatione fusa influxu aliquo ditari. 3. De verbis impressis & characteribus potissima quaestio. Illa agere inficias imus. Fabulosa sunt, quæ refert de alcedine. Admiranda imprudentia, res nullo rationis innixas fulcro stabilire velle exemplis inanibus, cum sensuum fide pugnantibus. *Ἐκ ἂν ἐστὶ πᾶν τὸ φαινόμενον ἀληθές.* Non omne, quod apparet, verum est, autore Aristotele 4. metaphys. cap. 6. Exempla allegata etiam nihil ad rem. Nec temperamenti proprietas hîc locum habet. Divisio medicinæ proposita nullius est momenti.

Demonstratione hæc convellitur verborum & characterum efficacia. CHARACTERES, VERBAque iis conjuncta, si agant, aut præstent aliquid, præstant id ut instrumentum quoddam. Instrumentum reducitur ad causam efficientem. Ergo ad efficientem per se, vel per accidens. SI PER SE agant verba & characteres, agunt vel in sitâ vi, vel naturæ, vel rationis.

Non agunt VI NATURÆ, quia nulla agnoscitur latens virtus. Quamvis enim VERBA naturalibus instrumentis proferrantur, voxq; hoc modo naturalis sit ipsa, significant tamen *ἔ φέρει, ἀλλ' ἂν φέρει, non naturâ, sed pacto,* & ex hominum instituto: neque ullo modo concedi potest Paracello, quod natura vires ullas iis imposuerit. CHARACTERUM materia, quamvis naturalis sit, metallica, lapidea vel vegetabilis, adscriptas illas vires à naturâ non habet. Nec etiam forma & figura eorundem ullius est efficaciam.

NON agunt RATIONE, quia rationis & consilii characteres sunt expertes.

NON PER ACCIDENS, quia non agunt necessitate coactionis ab aliquâ causâ sublunari vel cœlesti. SUBLUNARIS nullum habet locum. Artifex & idea in mente ejus concepta, à quâ fiunt verba & characteres, in exteriora non agunt. Imaginatio etiam artificis vel confidentia, cogitatio aut firma animi

persuasio, hinc nihil habent virium. Sunt enim hæ actiones immanentes, neque ex animo in subjectum patiens transeunt.

nec cœlesti.

A COELO etiam aut STELLIS, astralive spiritu influente vim impressa verba aut characteres obtinere probabile non est.

nec supranaturali.

SUPRANATURALIS causa etiam non admittitur: nullam enim DIVINAM characteres & verba talia habent promissionem bonorum temporalium aut cœlestium. Si à DOEMONE, malo aliquo genio, tacitoque pacto, & latente fœdere, hæ deriventur vires, apage!

Casus & fortuna hic exulant.

Tandem etiam neque CASUS aut FORTUNA hinc ullum habent locum.

Ergo characteres, figuræ, verbaque amuleti impressa, nullam habent efficaciam.

CAPVT II.

De Xenexto Paracelsi, & recentiorum.

Virtus attractiva impeditur.

Paracelsus lib. 2. de peste cap. 3. meminit virtutis magneticæ attractivæ, quæ sit in homine, similis illi in magnete ferrum, & succino paleas trahente. Illâ mediante sani in peste inficiuntur ab ægris. Die gesunden Augen / so sie in die fließenden starrend sehen / so zeucht der Magnet der gesunden Augen an sich den Chaos der fließenden Augen. Jetzt ist das Wehe in diesen Augen. Hæc virtus attractiva debet è medio tolli, si homo præservationis sit cupidus. Impediri autem, ait, per XENEXTON, collo appensum, quo factò, corpus non afficiatur, cum non amplius attrahat. Modum autem, quo virtus attractiva impediatur, & ex quâ materiâ Xenexton paretur, non addit.

Modus.

Recentiores de modo & materiâ solliciti, Xenexton attrahere, ajunt, ad se venenum pestilentiale, tanquam homogeneum quoddam, & sic corpus liberum evadere. In Xenexto autem attractum venenum fit dissipabile.

Nonnulli consuetudinem hic omne ferre punctum, & dum cor assuescit vicinâ gestatione, tolerantiam quandam in adversis inde nasci, & cor tam promptè non lædi volunt.

Alii & externum & internum venenum, ob similitudinem sub-

substantiæ, singulari $\sigma\upsilon\mu\pi\alpha\theta\epsilon\acute{\iota}\alpha$ ad se attrahere censent arsenicum. Ideò etiam nolunt alexipharmaca miscere.

MATERIA duplex adsignatur à recentioribus: venena sola, alexipharmaca sola, & composita ex utrisque.

Materia ex qua, simplex.

VENENA sola primum obtinent locum. MERCURIUM nuci avellanæ includunt. Sindone exceptam nucem à collo suspendunt, ad cordis regionem. Huic plus tribuit Saxonia lib. de plica, quàm $\bigcirc\bigcirc$.

Venenata 1, $\text{\textcircled{X}}$ vivus.

ARSENICI inventio adscribitur Jacobo Carpo anatomico Bononiensi. Pulverisatum arsenicum album mucilage tragacanthæ exceptum in massam redigitur orbicularem vel triangularem, & à collo suspenditur.

1. $\bigcirc\bigcirc$ solum.

ALEXIPHARMACUM solum est SAPPHIRUS, quem proponit Helmontius tomo I. de magnetica vulnerum curatione 2.37.38. Homini, inquit, suus magnes, quo, tempore pestis, per insensibilem transpiratum à contaminatis venenum forinsecus haurit. Natura etenim, quæ solet aliàs benignum succum duntaxat admittere, eumque ab excrementis solerter secernere: huic suo nunc magneti succumbens, nocuam auram elicit, mortemque intrò vocat. Contra hunc magnetem suus est magnes contrarius, ipse nempe sapphirus aut frustum succini lucidum, prius per planetarios septem pullus confricta (sunt autem ii in gutture, carpi manuum, prope pedum malleolos, & ad cordis thronum) & collo, periapti vice appensa, humanum magnetem præcellunt, impediunt, adeoque diræ luis amuleta certissima; alioqui planè inefficacia, si pulluum confriectio non præcesserit. Quæ enim prius sapphirus & succinum erant, ab afflictu, mutatâ familia, nomen prius amittunt, & xenexton deinceps appellantur.

Alexipharmaca sola. Sapphirus.

CAPVT III.

Composita amuleta chimica, ex cordialibus & venenis.



Æc iterum sunt vel alexipharmaca sola, chimicè præparata, vel cum venenis mista. Tale est Xenexton Crollianum in basilica propositum.

F ff 3

COM-

Coralliorum
amuletum.

COMPOSITUM hoc CROLLIANUM amuletum nulli non est notum.

℞. *busonum exsiccatorem pulverisat. ℥ij.*
zenith. juvenc. ○○ cryst. albi, ○○ ti
rad. dipt. alb. tormentill. a. ℥ij.
margar. non perfor. corall. hyac. smaragd. a. ℥i.
croci orient. ℥ij. mosch. ambra q. v.

Excipiantur *mucilag. trag. ▽ ros. paratâ.* Exinde ○ & ∩ in ✕ existentibus, fiant ORBICULI, signandi signo m ab una, & serpentis ab altera parte, vel scuta cordis figuram habentia.

Vires.

Vires. *Crollius* attrahere docet venenum ab intra, & extra illud consumere.

Aliud auctoris.

ΑΥΤΙΛΟΙΜΙΚΩΝ amuletum hoc nobis placet.

℞. *☿ per fumum ♁ mortificati, imo etiam ♁ ipsius corrosi,*
pulv. ℥vj.
○○ albi, rubri risigallo, flavi ○○ dicti,
cinnabaris. rad. dipt. albi seu fraxinella a. ℥iv.
tormentill. bistorta, angelica a. ℥x.


Misce ita, ut massa splendeat à ☿ & à cinnabari, eminenter. Incorpora modico *rob. juniperi & gum. tragacanth.* in ▽ *zedoar. solut.* Formentur instrumento *Crolliano* orbiculi. In superficie spargatur modicum cinnabaris ℥ii.

Επιλεγισις.

VIREs an suo merito amuletis attribuantur, vulgi iudicio stabilitæ, dubitatur. Quilibet suo indulgeat genio. Nemo solis illis fidat, sed in subsidium interna alexipharmaca vocet.

CAPVT IV.

Ceras chemicas proponit.

himia beneficii dandi cupida non feriat, studet placere quocunque modo, & palatis delicatis ad medicamenta quæ nauseant, grata præstare obsequia. Comendat ceras oleis destillatis exaltatas, exterius admovendas, in iisque se accommodat affectuum varietati.

℞. *cera alba. ℥j.*
olei rorismarini, salvia, citri, byssopi, mentha crispa,
absinthii, melissa, quantum imbibere potest.

VI-

VIRES. Matrum indolem æmulantur, & cerebro, cordi, *Vires.*
 ventriculo in adversis sunt præsidio, in secundis solatio.

UTENDI MODUS. Cerae ℥ ij. in emplastri forma ap- *Vtendi modus.*
 plicantur, cephalicæ concursus futuræ sagittalis & coronalis re-
 gioni, sub vertice: cordiales & stomachicæ scrobiculo cordis.

CAPIT V.

De unguento sympathico Paracelsico utroque:
vulnerario, & armario.

DUorum unguentorum magneticorum meminit *Paracel-* *Paracel-*
sus lib. 1. archidox. magica. Unum vocat *Bundsalbe* / *I.*
 alterum vocat *Wassensalbe*. Si non autor, saltim inven- *Paracelsus.*
 tor exstitit Paracelsus & illustrator. Ingredientia utriusque prin-
 cipalia eadem: alteri addit mel & sebum bovinum ad consisten-
 tiam. Applicandi modus autem est diversus.

Sympathia, *inquit*, oder *Mitleidenheit* bringet viel in den
 menschlichen Dingen. Primo loco recenset *VULNERARIUM.* *Descriptio un-*

By. musci cranii humani, welches am Wetter gelegen ist ℥ ij. *guenti vulne-*
muscia ℥ l. pingued. humana ℥ ij. sanguin. humani ℥ l. *rarii.*
ol. lini ℥ ij. *ol. rosar.* ℥ j. *boli armenii* ℥ j.

Contusa & mista omnia in mortario, in pyxide ad usum serva.

UTENDI MODUS talis. So dir eine Wunde vorkommt / *Vtendi modus*
 so mach allein in der Wunden ein Holz blutig / steck darnach das
 blutig Holzlein in die Salb / wenn das Blut zuvor daran tru-
 cken worden ist: und verbind dem Verwundten solche Wunde
 alle Tag am Morgen mit einer neuen Binden / die in seinem ei-
 genen Harn geneht sey: So heylet die Wunde / wie gros sie
 ist / ohne alle Pflaster und Behtagen. Und magst also einen heil-
 en / der zehen oder zwanzig Meilwegs von dir ist / wann du allein
 seines Blutes hast.

Subjungit descriptionem unguenti armarii. Also magst du *Descriptio un-*
 auch eine Salbe machen / wann du das *Waffen* / damit einer be- *guenti armarii.*
 schädiget / mit der Salben bestreichest / so heylet die Wunde ohn
 alle Schmerzen. Diese ist wie die oben / allein daß du darzu
 nimmest ℥ j. Honigs / und ℥ j. Ochsenfett. Dieweil man aber die
Waffen nit allzeit haben mag / ist die mit dem Holz desto besser.

Ioh. Baptista Porta mag. nat. lib. 8. cap. 12. ὁπλοχρησµατ *Io. Bapt. Porta?*

unguenti armorii nomine utrumque dignatur, à Paracelfo Maximiliano Cæsari datum, ab eodem expertum, maximè quamdiu vixit, carum habitum, subjungens.

3.
Crollius.

Crollius basil. chim. unguentum sympatheticum Paracelfi vocat, sed de armario solùm agit, plura mutat, magni æstimat & summis extollit laudibus.

4.
VVittichius.

VVittichius Medicus Arnstatensis assertor est armorii unguenti, sed pro musco sumit fimum, fortassis Germanicæ linguæ errore. Facile pro Moeß legi potuit Mist.

5.
Hartmannus.

Hartmannus commentator basilicæ, nullâ utriusque habitâ distinctione, unguentum hopliatricum magni æstimat.

6.
Helmontius.
Singularis pul-
vis sympathet-
icus.

Unguenti utriusq; magnetismum defendit Helmont. tom.I. tract.de magnetica vulnerum curat.& pluribus exemplis illustrat. SINGULARIS pulveris sympathetici, qui cum armis nul- lum habet commercium, sed solùm cum sanguine vulneris, linteo magnitudini vulneris correspondente excepto, & duplex est: sim- plex unus ex ☉-lo viridi Solis radiis exposito, & ad albedinem calcinato, compositus alter æquali proportione ☉-li ad albedinem calcinati, & gommi tragacanthæ, concinnatus, meminit Ludovic. de Nassau, autore Joh. Beverovicio epistolice quest. medic.

LIGNORUM SYMPATHICORUM, inter quæ excel- lit Fraxini lignum, vis est nota. Paratur ex eodem baculus ☉ & ☽ in V conjunctis, sola admotione omnes sistens hæmorrhagias. Videatur Borellus cent.3. observ.78.

Contradicientes.
Libavius.

Libavius de vulnerario Paracelfico unguento nullam fa- ciens mentionem, tract.physico 1.de impostoria vulnerum per un- guentum armorium sanatione Paracelficis usitatâ, commendata- que, prolixo sermone armorium unguentum impugnat.

Sennertus.

Sennert. l.5. part.4. c.10. unguentû armorii itidem improbat.

Alii.

Alii effectus malo genio, & diabolicis pactis adscribunt.

Ἐπιχειρισ-
ταυτοῦ.

Sed quid opus est tanto calore! Virtus magnetica stultitiæ Paracelficæ anchora tanti non est facienda: parum patrocinator meritis causæ. Vulnera, quæ ipsi eligunt, sine magnorum vasorum læsione, ossium fracturâ, dislocatione & luxatione sponte suâ sanantur & consolidantur, absque ullis medicamentis, modò à pu- re & sordibus mundentur.

Exempla magneticarum sympathiarum ab Helmontio ad- lata, partim sunt falsa, partim ad rem non faciunt. GUER-

GUERNERI ROLFIN-
CII, CHIMIÆ IN AR-
TIS FORMAM REDA.

CTÆ,

LIBER VI.

De effectis seu operibus
imaginariis, & non entibus chemicis.

CAPUT I.

de iisdem in genere agit.



NOMEN hoc adeptæ sunt, opera- *Nominis ratio.*
tiones & opera quædam chimica, quæ cum
non sint in rerum natura, nec esse possint, ma-
gno tamen strepitu à vulgo chemicorum passim
circumferuntur, & à fumidis thaumaturgis or-
bi literato obtruduntur, quique ea non admit-
tunt, *ἰσχυρισμῶν* censentur digni.

De illis editus prostat liber singularis *ἀνάγνωσις*. *Autor in Liber τῆς*
sine præfationis ad LECTOREM adponit nomen **UTIS**. *Οὐδεὶς ἰδενός.*

NEMO vult appellari, quod ut de non entibus scripsit, ita & ille
NON ENS haberi velit.

Argumentum scriptionis heroicum est, scriptum ipsum fe-
licissimi ingenii, iudicii & omnigenæ experientiae fœtus.

NON ENTIA hæc quædam sunt communia triplici re- *Alia*
gno, quædam singulis regnis propria.

COMMUNIA sunt quintæ essentiae, ex vegetabilibus, ani- *communis,*
malibus, mineralibus quæ ostendi solent.

PROPRIA non entia, ex quolibet regno in scenam produ- *propria alia.*
cuntur.

Ggg

CAPUT

CAPVT II.

De non entibus chemicis in specie & I.
communibus, quintis essentiis.

Paracelsici
quintam essen-
tiam adserunt.

PARACELSICI ferè omnes, Petrus Severinus ideâ medic. Quercetanus præfat. de veter. medic. Crollius præfat. basil. chemic. & alii in eo olim unanimiter conveniebant, quod in singulis rerum generibus seu corporibus mixtis contineatur natura quædam radicalis, vitæ principium, actionum omnium causa. Hanc ob excellentiam **COELUM**: propter puritatem & fulgorem **ASTRUM**: propter fecunditatem **SEMEN**: propter incorruptibilitatem **BALSAMUM**: ob immunitatem **ELEMENTARIÆ** sortis **QUINTAM ESSENTIAM** appellabant, & eam Hippocratem per τὰς δυνάμεις, facultates intellexisse firmiter adseriebant.

Nonnulli cœ-
lestis naturæ
statuunt.

NONNULLI eò usque progressi sunt, ut non fuerint veriti, quintam essentiam, seu balsamicam hanc in mixtis naturam, ex quâ medicamentorum actiones promanant, nō tantum ἀνάλυσιν, verum etiam τῆ ἐσίας cœlestem indigitare.

Iusta censura.

IUSTA est censura: **QUINTAS ESSENTIAS** diversæ naturæ, originis, & ab elementorum consortio indolis, corporum, quæ vel planè nullam vel imperfectam sustinent ἀνάλογίαν, qualia sunt metalla, essenon entia: entia item esse, quæ ex vegetabilibus, quorum principia separabilia sunt, extrahuntur, cum titulo, quod singulare quiddam sint & sublimius supra elementa: neque minus non entia esse, quæ hoc titulo ex animalibus, eorumve partibus depromuntur.

Ἐπίκρισις.
confirmatur

Verisimile est, substantiam illam in mixtis, ex quâ medicæ facultates promanant, τῆ φύσεως ἐσίας cœlestem non esse, aut medicamenta, quæcunque tandem sint, in quintam essentiam reducta, nihil habere commune cum cœlestibus sideribus, sed esse elementaris naturæ.

1. autoritate

CONFIRMATUR argumento ducto ἀπὸ τῶν ἔξωθεν, à principiis ext. insecis, quæ sunt **AUCTORITATES**:

Paracelsus,

Paracelsus 4. archidox. quo agit de quintis essentiis, t. I. quinta essentia

essentia, *inquit*, est materia corporea extracta ex omnibus, & ex omni, in quo est vita, ab omni impuritate & mortalitate liberata, & ab elementari consortio separata. Ex humana carne aut sanguine non potest extrahi quinta essentia, vita enim in anima, non in re. *Subjungit*: non esse distinctum quid supra elementa, sed elementum ipsum, neque distinctè temperatum, sed calidum, frigidum, humidum, siccum. Quinta essentia ☉ igni, ☽ aquæ, ♁ terræ, ☿ aëris naturam participat. Extrahendi ex metallis, mineralibus, crescentibus, aromatibus modum post subjungit.

Erastus disp. antiparacels. parte altera p. 182. somnium vocat *Erasti.* hominum otiosorum, & fallere alios cupientium, quo modo se deceptos senserunt, & doluerunt.

De quinta essentia fictitia sincere judicans *Libavius libr. I. Libavii.* *epist. 9.* quidam velani, *scribit*, putant, se essentias formales & específicas à rebus separare posse, ita ut non amplius ad censum elementorum pertineant, sed qualitatibus elementaribus spoliatae in cœlestium ἀποιῶν naturam transeant.

Rulandus progymnasmatum alchimia, quest. 27. de essentiis *Rulandi.* chemicorum, mitius sentit, nempe, eas elementarium qualitatuum non esse omninò expertes: quod enim συσχημάσθ conflatum est, arte nullâ per ἀνασχημάσθιν ad eam essentiam perducitur potest, quæ fit expertis omnis elementaris πάθης, & non referat naturam principiorum & constituentium. At essentia chimica ex elementis educitur. E.

At *quest. 73. respons.* ad secundum misochemicorum argumentum, suam sententiam hanc exponit, quod quinta essentia sit corpus, sed nobilior elementari, separabile tamen arte, misti tamen elementaris purissimæ parti cohærens,

PRINCIPIA deducta ἀπὸ τῶν ἑσώθεν, καὶ τῶν κατὰ τὸν τῆς ἐσίας λόγον ἐνεόντων idem confirmant.

Ἀσύμβλητον est æthereum corpus cum elementis. Portio illa cœli compositis corporibus inesset, aut κατὰ μίξιν per modum *mixtionis*, aut κατὰ παράθεσιν per modum *juxtapositionis*.

Non inest κατὰ μίξιν, quia quæ hoc modo permiscentur, sunt παθητικὰ καὶ ποιητικὰ ἀκλήλων, adeoque iisdem agendi &

patiendi qualitatibus instructa, eâdemque constanti materiâ, ut colligitur ex *Philosophia 2. de generat. & corrupt. cap. 6.* Atqui cœlum nō habet eandem materiam secundam cum elementis, neque qualitates easdem, calorem & frigus, humiditatem & siccitatem, neque ita agit in Elementa, ut ab iis repati queat. Ergo cœlestis substantia cum elementis, tanquam ἀσύμμελον, penitissimè in unum aliquod συνιστάμενον ὁμογενές, quod formâ & essentiâ sit unum, coire per mixturem non potest.

Neque κατὰ παράθεσιν inest, quia corpora naturalia non essent unum per se, sed per accidens solum, per aggregationem partium diversæ speciei, & per consequens, non essent unum τῆ ἰσότητος, quod tamen maximè est necessarium. Ex his inferre licet nullo modo inesse.

CAPUT III.

De non entibus chemicis certo regno propriis, & I. vegetabilium ex classe petitis. Resuscitatio plantæ ex cineribus, vel salibus, est non ens.

Paracelsus adfirmat.

Paracelsus libro de naturâ rerum sexto, qui inscribitur de resuscitatione rerum naturalium, resuscitationem & restorationem ligni, difficilem quidem, sed naturæ possibilem esse docet, non tamen sine magna circumspectione impetrabilem. Modum etiam subjungit: Cineres ligni in cucurbitâ miscet RESINÆ, LIQUORI, & OLEO ejusdem ligni, æquali portione. In leni liquore liquecunt, & emergit inde mucilaginosâ materia, imprægnata tribus principiis, Θ. ♀. ☿. Putrescant in ventre equino. Post recondantur in tellure pingui. Exsurget arbor multo speciosior priori. Sed scopæ sunt dissolutæ.

Επιχειρησις.

Quercetanus.

Nec persuadet contrarium *Quercetanus*, qui *hermetica medicina defens. cap. 32.* ut probet calcinatione humidi primigenium in salibus non absumi, at ipsas formas in constanti illo principio delitescere, demonstrationes experienciâ sæpè confirmatas exhibet quasdam, & I. CUJUSDAM POLONI, Medici apud Cracovienses magni nominis, cujus nomen tamen ipsi excidit

cidit, qui apparare docet cinerem, ex omnibus cujusvis plantæ partibus, idque cum omnibus tincturis atque impressionibus omnium plantæ partium, earumque usque adeò spiritus conservare, omnium facultatum autores, ut plures quam triginta ejusmodi artificiosè ex cineribus paratas plantas, easque diversas haberet vasculis suis vitreis contentas, Hermetico sigillo obfignatas, quæ titulum plantæ ac proprietatis ejus inscriptum haberent, ita ut si quis rogaret, sibi rosam ac calendulam demonstrari, aut aliquid aliud, utpote papaver rubrum, album ac variegatum, tunc cinerem illius plantæ arriperet, cujus specimen esset editurus, ut si nempe rosam tibi monstrari cuperes, vasculum rosæ titulo insignitum exhiberet, ex cujus vasis fundo, lucernæ igni admoto, aliquantum incalescens, tenuissimus ac impalpabilis ille cinis ex se apertam rosæ speciem emitteret, quam sensim crescere, vegetari, ac formam penitus, caulis, foliorum, tandemque geminæ floridæ rosæ, umbram ac figuram exprimere & denique explicatissimam rosam producere apertis oculis intueri liceret, ut nihil certiùs nec elegantius, quam ex umbratili illâ rosâ, apertissima rosa enucleari ac conspici posset, omnibus usque quaque suis partibus absoluta, ut planè corpoream diceres, quæ spiritali tantùm ideâ, reverâ tamen essentiâ spiritali dotata sese intuendam præberet, cui nihil aliud restaret, quàm congruæ terræ mandari, ut solidius corpus assumeret. Hæc autem umbratilis figura, vase ab igne remoto, rursus in suos cineres relabebatur, suumque chaos evanescendo sensim repetebat. II. Decocti absinthii exemplo confirmare similem resuscitationem adnititur.

Beguinus tyrocin. chim. l. 2. c. 1. probaturus: vitam vegetabilium operationibus chemicis non destrui, nec humidum mistorum primigenium iisdem absorberi, certum est, & multoties probatum, *inquit*, sales herbarum præsertim calidarum, si certo quodam modo & nobis incognito seminentur, alias producere suæ speciei herbas. *Beguinus.*

Andreas Libavius magisterium resuscitationis plantarum *Libavius.* tantopere cordi habuit, ut hanc Quercetanæam resuscitationem pro verâ habuerit, eamque *syntagmate arcanor. chemic. de*

magisteriis formalibus lib. 1. cap. 22. appendice, illustravit historiâ, & icone plantulæ ex aquâ destillatâ in vitro enatæ, à Jeremia Cornario Philosopho & Medico excellenti, archiatro Brandeburgico Culmbacensi, ipsi communicatâ.

Borellus.

ADMIRANDAM rerum resurrectionem credit *Petrus Borellus hist. & observat. rariorum medicophys. cent. 4. cap. 62.* pro rato habens, semina rerum in salibus delitescere, illudque confirmat ex eo, quod serendo plantarum salia, plantæ iterum nascantur, & in lixiviis plantarum figuræ combustæ plantæ umbratilis ejus figura emergat: sperat etiam, se totum artificium brevi temporis intervallo comprehensurum, & publicaturum, imo de inventi gloriâ, ne aliquis eam sibi surripiat, est sollicitus.

*Επίχεισις
de singulis.*

VERUM *Epicharmεῖον* illud in singulis habet locum: nervos atque artus esse sapientiæ, non temere credere. Non entia sunt hæ arbores, flores, plantæ omnes. Quamvis vita naturæ curiosorum chemicorum ad credulitatem festinantium, quod optant, millies & iterum millies verum desiderent, nunquam tamen expectationem suam, vel aliorum satiabunt.

MODUS *Paracelsicus nullius valoris. Ο' δὲ λόγος & θαυμαστός, ὁ δὲ λέγων ἄπιστος.* Fabula auditur, non historia.

Quercetanea exempla *Riolanus* vocat præstigias, & fallaciam per umbram aut imaginum refractionem procuratam. *Billichius Thessalo redivivo cap. 7.* stupenda & suspicienda hæc exempla, vilipendit, unum de lixivio urticarum congelato vocat stupidum: alterum de cineribus plantarum suspectum. In primo experimento desideratur iudicium, in altero fides. *Quercetani* hanc anatomiam signatam & pyromantiam explodit etiam *Helmontius, pharmacapoliū ac dispensatorium modernum* inscripto libro, t. 13. Bonus ille vir, inquit, suam principiorum declarat inscitiam, nesciens, quod omnis glacies incipiens, dentatas cuspides, ad figuram folii urticæ faciat. 2. quod *Archeus* sit figurator rei generandæ, qui per ignem conflagretur dudum, antequam vel carbo fiat, vel cinis. 3. Si ens seminale herbarum exprimeret lixivium, non sane folia, sed radicem, caudicem, flores & fructus referret.

Beguinus & sequentes παραδόξα proponunt.

CAPUT

CAPVT IV.

*Mercurius vivus seu argentum vivum currens,
 ☿ verum, ex vegetabilibus extractum
 est non ens.*



O audaciæ processerunt nonnulli, ut actu Paracelsica prin-
 cipia vegetabilibus inesse probaturi, non veriti fuerint, id
 asserere. Confirmant exemplis. In Alpibus argentum
 vivum in arborum foliis & radicibus, ad radices herba-
 rum, & sub fœni acervis oculariter cernitur.

*Nonnulli ad-
 firmant.*

*Consentit
 Beguinus.*

CREDULITAS nimia circumvenit *Beguinum*, cum *tyrocin.*
chim. lib. 2. cap. 13. scriberet: In hac urbe plures viros fide dignos,
 & præcipuæ auctoritatis dignitatisque novi, qui non modò è mi-
 neralibus & metallis, sed etiam ex sanguine humano prius calcina-
 to, & ex plantis etiam ☿ vivum ad metallorum transmutationem
 elicuere.

Rectè Borellus hist. & observ. rar. medicophys. 3. observ. 98. Επιχεισις.

Certum est nullum educi argentum vivum ex plantis, nisi mistis
 rebus mercurialibus in operatione, ut cinnabari. Sin in foliis &
 propè radices ☿ currens inventus, ut & sub acervis fœni, coa-
 gulatus is est, ex vaporibus mercurialibus subterraneis condensa-
 tus. Potest per aëra volare, & iis quæ occurrunt, se insinuare.
 Cum ense deaurato cinctus prope adstaret aurifabro, qui tum for-
 tè malagmate ☉ & ☿ inaurabat poculum argenteum, vidit capu-
 lum ensis inaurati dealbari. Primùm magicum censuit incanta-
 mentum, mox veram causam agnovit.

CAPUT V.

*Non entia ex animalibus petita, 1. ☿
 ex sanguine animalium.*



B inunctione ☿ ali lue Venereâ infectorum, sanguinem
 atomis mercurii fœdari posse, verisimile quidem est,
 sed rarò observatum, licet à multis adnotatum. Arte
 chemicâ autem metallicum simile ex sanguine eductum
 inauditum, & nunquam factò comprobatum.

CAPUT

CAPUT VI.

Homunculus, secretâ ratione in vitro, vel ampulla chimica fabricatus, non ens est.

*Autor primus
Paracelsus.*

Paracelsus alicubi, modum, quo sine patre & matre, artis beneficio, homunculus generatur, proponit: *addunt alii*, à quo omnem scientiam universamque naturam & ejus mysteria, præsertim verò lapidis Philosophici confectionem, discere liceat.

*Amplificat
opinionem Bo-
rellus exemplo
vegetabilium.*

Petrus Borellus hist. & observ. rar. cent. 4. observ. 62. resurrectionis mysterium à vegetabilibus extendit etiam ad animalia. In phialis, *inquit*, licita necromantia, patrem, avum, atavum, totamque prosapiam, imò antiquos Hebræos, Romanos, & quemcunque volueris, accerses, cum propriis figuris, modo eorum cineres vel ossa servaveris. Experimentis petitis à sanguine confirmat id destillato, in quo phantasma, seu idolum humanum apparuit.

& animalium.

Resurrectionem hanc chemicam etiam locum habere in animalibus & insectis docet *centur. 4. observ. 34.* Ab amicis expertis duobus accepi, *inquit*, se cancos fluviatiles restituisse; cinere eorum in loco humido, vel in vase terreo, cum aqua modica relicto. Tum enim intra dies xx, innumerae atomi animatae videntur, quæ si sanguine bovino irrorentur, in cancos paulatim commutantur.

*Calculus ad
jicere judica-
tur pullities
Ægyptiaca.*

Probabilem hanc resurrectionem facit pullities Ægyptiaca, à curiosissimo Bellonio *lib. 2. observ. 32.* & Danica à novo natura bibliothecario, Bartholino *hist. anat. & med. cent. 6. hist. 11.* proposita, ut & Florentina ab ingeniosissimo Nardio communicata Weslingio, mandatu Serenissimæ Majestatis regis Divi Christiani IV. & Magni Ducis Hetruriæ Ferdinandi II. Medicei adornata. Ova fornacibus concreduntur & justo ignis regimine excluduntur pulli.

Επιχειρησις.

Verùm artis sphaeram transcendunt prius memorata miracula. Longè alia ratio pullitiei, effectu ipso sapius comprobata. Eam imitari in hominis representatione non licet. Si quis

quis

Cap. VII. Aurum in Microcosmo generatum est non ens. 427
quis αὐτόπῃς possibilitatem urgeat, is tractetur tenore veteris
versiculi:

Nil spernat auris, ne tamen credat statim.

CAPVT VII.

Aurum in humano corpore generari nequit.

Dens fuit fictitius, Gallina aurea non ens.

ANNO M D XCIII. paucis diebus ante ferias Paschatis, Christophoro Mullero, puero Silesio rustico, molitoris pauperis filio, cum cecidissent dentes septimo ætatis anno, ultimus in inferiori maxillâ versûs sinistram partem, AUREUS DENS MOLARIS eâdem conformatione, magnitudine, numero, & positu, quo dentes alii, enascitur.

Possibilitatem
huius genera-
tionis adstru-
unt.

Iacobus Horstius Medicus Helmstadiensis, & M. Iohannes Ingolstetterus Norimbergensis, peculiaribus libellis eundem asserunt naturaliter genitum, & Romano imperio multa salutaria inde promittunt.

*Iacobus Hor-
stius & M. In-
golstetterus,*

Meminit incomparabilis *Sennertus libro de consensu cap. 19.* & *Wendlerus.* *Franciscum Wendlerum Medicum Görlicensem, saginasse Gallinam foliorum auri libris iv. maceratamque hanc in pectore tres lineas purè aureas, habuisse, quasi ab artifice aliquo inductæ fuissent.*

Sed dentem fuisse supposititium, lamellâ aureâ obductum, biennio elapso, detexit accuratior αὐλοψία, seu χρυσοδοντοκοπία, & libellus à *Martino Rulando filio, Medico Ratisponense,* anno M D XCVII. in lucem editus.

Επίχεισις.

Gallinæ aureum miraculum vanum detectum à *Sennerto, lib. de consensu & diff.* cum omnibus tentatis nihil tale appareret, & *Agricolâ comm. in Poppium.*

CAPVT VIII.

Mercurius metallorum perfectorum & imperfectorum est non ens.

Hhh

Am-

(Iii suché bey H)



Ambitiosi crepant artificium hoc, sed cum ad rem ventum, pisce magis apparent muti. Præparandi arcanos suos modos non addunt, veriti censuram. Si manus admoveatur propius, scopæ sunt dissolutæ.

Libavius lib. 7. syntagm. arcan. omnium facit mentionem.

*Beguinus as-
firmat.*

Beguinus, postquam tyrocini chim. lib. 2. cap. 13. factitium

☿um ex mineralibus, sanguine humano & plantis elici posse monuerat, subjungit modum eundem eliciendi ex Lunâ.

*Disquisitio He-
liana confir-
mat.*

Disquisitio Heliana nobilioribus ex metallis ☿ eliciendi modum, sicco pede præterit, de imperfectis duris & mollibus, marte: solùm & plumbo sollicita.

*Modus conver-
sionis*

MODUS, quo per calcinationem siccam i. e. pulveres, Mars: in currentem ☿ convertitur, hic proponitur.

☿ in ☿.

*℞. limaturæ chalybis * minutissimè triti āa. ʒß.*

℞. ti, non cum ☉, sed cum salibus ☿ & ☽ parati ʒj.

Limati chalybis nucleus primum ponatur in crucibulo: superimponatur * minutissimè triti, misti & pisti pulvis cum sublimato. Mox crucibulum collocetur in medio leniter accensarum prunarum, idque sub camino, aut aëre libero. Quamprimum calorem fenserit sal armoniacum, cum sublimato incipiet sublimari. (Cavendus autem est vapor, propter mercurii venenositatem, ne imprudentiùs naribus excipiatur.) Paulò post incipiet sal armoniacum cum sublimato fundi & fluere, quoad tria vel quatuor momenta peracta (visu enim tutò percipitur sub camino) statim crucibulum auferatur, & sponte refrigescat. Postea super patellâ diffractum monstrabit chalybis limaturam magnâ ex parte sui in argentum vivum abiisse. Hâc patellâ vel vitro exceptum per linteam exigatur, unde percipietur limpidissimum, & ita vivacis naturæ, ut in plano decurrens quasi subsiliat: adeò igneæ naturæ est Mars sive chalybs. Quin nec in vase ligneo, ne seorsim evolet, penè ulla observandi ratione conservari potest, sed in solo vitro firmiter obsignato. Est tamen verum & naturale hydrargyron, omni proprietate hydrargyri constans.

*Modus conver-
sionis*

☿ in ☿um.

MODUS, quo per calcinationem humidam, i. e. ☽ as & solutiones metalla mollia possint converti in currentem ☿, hic est.

℞. plumb.

℞. *plumbi limati, rasi vel scalpro detriti, vel fusi inter duas patellas ligneas, & minutim pulverisati, qualis est arena plumbea ferè clepsydram q.v.*

Solvatur in sua principia sequente aquâ :

℞. *aq. fortis purificatæ ℥ij.*

Dissolve in ea ℥ *vivi communis ℥j.* in ampullâ probè obstipatâ, levi carbonum igne supposito, donec in aquam limpidam abierit. Postea remove à calore ignis, & aperto ore sensim injice

plumbi rasilis vel pulverisati ℥j.

Effervescit enim aqua sponte, & tumultuatur, si simul omnia aut nimis ingeras. Iterum obtura orificium vitri, & aliquantisper dissolvere sine aquam : mox videbis vulgare argentum vivum, quod prius erat in aquâ dissolutum, subsidere instar calcis & pulveris albi : plumbi verò ramenta oculis spectantibus, si agitentur, resolvi sensim in argentum vivum currens, adeò ut duæ, & quandoque tres partes uncia ex plumbo sint futuræ argentum vivum, quarta pars circiter (si ritè omnia peracta fuerint) scoria & fex sulphuris plumbi superstes. His peractis effunde

aquam fortem

in aliud vas vitreum. Reliquum

argenti vivi, ex plumbo facti,

exime, & trajice per corium vel linteum cum chordâ (ut moris est) compressum & constrictum, & videbis, quantum ex plumbo elicueris mercurii vivi, & quantum restet fecis terreæ & sulphuræ.

Calcem quoque albam ex dissolutione argenti vivi primò in aquam impositi subsidentem collige, quæ vel ulterius præcipitari poterit in pulverem rubeum per

aquam fortem,

vel revificari in pristinum argenti vivi pondus per sublimationem & decoctionem, chalybis frusto imposito aquæ communi, ut rerum chemicarum peritis notum est.

Ita ad oculum evidenter apparebit, quomodo plumbum in argentum vivum redeat, ex quo fuerat ab initio creatum, pondere etiam residuæ fecis restante, quantum plumbi in hydrargyrum abierit, quod à communi discrepat, nisi quod

H h h 2 sit

fit lividius paulò & segnius, prout cujusque metalli natura peculiaris postulat: sicut contra id, quod ex ferro fit, omnium vivacissimum & agillimum est.

Verùm Libaviana, Beguinæa, & hæc exempla εδέν προς διό-
νυσον. Non confunduntur transmutationum adversarii, ut pu-
tabat *Libavius lib. cit. cap. 19.* autoritate *Holleri*, cum in *instit. chi-
rurgicis libro 6. cap. 3.* quatuor ☿ generibus addit quintum ex
plumbo. Non ens etiam hic est.

CAPUT IX.

☿ ☿ est non ens.

Modus ex ☿ conficiendi ☿ currentem, plures proponunt,
Libavius syntagm. arcan. chim. lib. 7. cap. 17. *Schroderus*
pharmac. med. chim. lib. 3. cap. 17. *Joh. Rhenanus* ☉ è pi-
teo emergente, clavi, & manu ductione in libros *Paracelsi*
p. 18. descriptionem singularem proponit, addit autem eidem
☿ ☿. Non nemo hunc processum magni æstimavit.

℞. ☿ ☿, ♀ crudi āa. part. j. ♂. part. iij.
destilla per retortam. Emergit inde ☿ currens.

Nonnulli ☿um ☿ adserturi monstrant ☿, calcinatione
☿ ☉ & ♀ qui emergit.

Vera Επι-
χειρις Sala.

Veritatis censura *Angeli Sala anatom. ☿ part. 1. cap. 5.* Si
omnibus modis vivi argenti vel tantillam guttulam ex ☿ elicue-
ris, quem illi ipse non permiscueris, ostende mihi reipsâ opus
tuum, experientiâque confirma effectum conatûs tui, & tunc
demum ostendam tibi fidem ac credulitatem meam. Sin secus,
non possum accommodare aures meas talibus contemplatio-
nibus, (quas ars ipsa demonstrat esse vanas & ridiculas) tan-
quam editum esset aliquod, cui adsertiri aut acquiescere debeat.
In primo processu in oleo Mercurius mortificatus revivi-
scit, & non sine crimine ☿ adscribitur. In altero processu à
non nemine magno æstimato, occurrit elenchus non obscurus.
Mercurius, qui elicitur, est cinnabaris, qui non solùm ex hâc,
sed etiam ex alterâ cum ☿ & ♀ paratâ elicitur, additione scoria-
rum ferri per retortam ignis regimini expositam. In tertio pro-
cessu non evincitur ἡ ζήλοῦ μόνον. Regulus est ipsa ☿ & ♂ sub-
stan-

stantia, quæ in Ψ currentem nullâ artis operâ, sine mangonio fallaci converti potest.

CAPUT X.

Sal metallorum est non ens.

Dari genuinum metallorum Θ , multi sollicitè & anxie affirmant, de principiorum chemicorum actuali inexistentiâ actum rati, nisi culter chemicus hinc solertiam suam exercere nosset. Sed quotusquisque genuinum parandi modum adsequitur? Pronunciatum ξ & δ ενδς, ESSE NON ENS, tamdiu vacuâ dominatur in aulâ, quamdiu non analogum quid, sed sincerum ostendetur. *Videatur lib. I. cap. 19. p. 56.*

CAPUT XI.

φ metallorum est non ens.

Grandis dica hoc titulo scribitur illis, qui φ ris realem inexistentiâ in metallis ipsâ probatum eunt resolutione, & artificiali centrali extrâ versione in circumferentiâ.

In omnibus metallis se φ deprehendisse, \odot excepto, tradit *Cornelius Martini.*

Alii facilem in singulis hanc censent operationem. Fulvam in docimastico lapide, affricu Ungaricorum ducatorum in lineolâ, & rubellum à tritura cum saccharo cantho, nigrum etiam, qui ab affricu digitorum ad thaleros Philippinos *Dicte thaler* apparet, colorem vocant φ ris progeniem. Idem iudicium ferunt de reliquis.

Libavius arcanorum naturæ scientissimus, nostri seculi Ismael, cujus manus contra omnes ferè, & omnium manus contra illû, multa ex hypothesi, plura ex luxuriante fertilis ingenii segete, non omnia ex domestico tradens experimento, in modis Ψ ex metallis eliciendi *lib. 7. syntagm. arcan. chim.* proponendis, liberalissimus est, at de φ eorundem non nisi per transfennam agit, *eodem libro*, hinc & inde sine certo ordine, veritus fortè, ne incurrat censuram. Inconsideratè etiam de eo loquitur; cum *capite II.* quod aceto, stillatio extrahitur ex \mathfrak{H} , vocat φ dulce.

Hhh 3

In

In *κεραυνοχέρσῳ* sclopetans vis adscribitur à nonnullis ☉
olis.

E ♀, qui extrà vertitur colorum ☉ & ☽ æmulorum in-
extinguibilium, salium centralium igneorum & oleorum volati-
lium opera utrinque prolectorum lusus censetur ☉ cupri.

Επίκελευσις.

Sed liberum de his cuilibet iudicium.

CAPUT XII.

*Non ens est medicina universalis. Panacearum
variarum vana est ostentatio.*

Antiquitus notam eam fuisse multi nullatenus dubitant.
Nec destituuntur exemplis. Neque hoc seculo poten-
tiam divinæ manus contractiorem putant, & iniquiorem
vetusto, cum beneficiis majoribus fecem mundi bea-
verit, quàm florem. Sed quid de eâ & panaceis aliis sentien-
dum, exponit *libri I. cap. 9.*

CAPUT XIII.

*Non ens in transmutatione metallorum est conver-
sio imperfectorum metallorum in ☉ aut ☽.*

*Affirmantium
argumentum.*

ARia in metallis imperfectis considerari possunt: *Φύσις,*
ἐπιτηδείότης, καὶ ὄρμη. Hæc patroni harum transmuta-
tionum in imperfectis metallis agnoscunt, ad nobilio-
rem formam ☉ & ☽ suscipiendam. Ad aurum & Lu-
nam tendunt singula hæc auri rudimenta, ceu finem, perfectio-
nem & beatitudinem suam. Aurum ultimus est eorum conatus,
inquiunt, ut maturitas in visis nondum consummatis.

*Possibilitas ad-
mittitur potif-
simum in
♀ ☉ ♀.*

Possibilem itaque sibi imaginantur *χρυσωποιάν*, cum natu-
ram habeant non solum inclinantem, sed etiam cooperantem,
imò urgentem, præcipuè ♀ris & ☽ii.

Nota est sententia *Gabri Arabis*, ♀ esse medium inter ☉ &
☽. Facilis ergò erit in utrumque conversio. ☿ est Protheus, in
omnes qui se mutare potest formas.

Diluunt.

Metalla perfecta quidem sunt, *inquiunt*, ratione *speciei*, &
forma

forma: quodlibet propriam, per quam ab alia differt, & à quâ nomen habet, possidet formam; sed *mistionis* ratione imperfectionem obtinent gradualem, ulterius dum coquantur & arte depurantur, ad maturitatem deduci, sicque quam natura non præstitit perfectionem, artis operâ acquirere queunt. Perfectum in se potest habere potentiam, cujus vi ad nobilius adspirat.

De MODO, quo ☉ per artem fiat, non sunt unanimes.

Nonnulli novam quasi promittunt auri generationem, non per artem solam, sed per media naturalia aliunde ex naturæ operibus mutata. Hæc ad suum institutum idonea faciunt, cætera ex analogiâ instituunt, ut respondeant vasa artis & adjuvantia vasis, adjuvantibusque naturæ. Hoc absoluto aurum fit, non vi artis, sed naturæ adjunctæ, & in opus excitatæ. Aurum hoc modo paratum naturale univocè appellant. Artificialis appellatio, inquit *Libavius*, *chrysopeia propugnator acerrimus*, notis in *Gastonis Clavei apologiam*, ex accidente est & æquivoca; nec magis istud aurum artificiale est, quàm hordeum ex satu seminis, colente terram rustico, semenque ei committente natum, aut pullus ope clibanorum ex ovo exclusus &c. *Alii* non verum esse aurum, ajunt: nam ars non essentialem, sed realem formam inducit. Aurum autem est aurum per formam essentialem, quæ est substantia.

Alii clariùs, non esse propriè transmutationem, & generationem primi, sed secundi modi solùm, seu secretionem docent. Nam omnibus metallis inest aurum, plus quidem in aurichalco, vel ære, minus in plumbo, aut ferro. Ars ex insensibili facit sensibile, ad sensum & apparentem substantiam. Dico, inquit *Rhenanus* ☉ è puteo emerg. lib. 2. nullam esse metallorum transmutationem omninò, sed mutationem tantummodò & ablationem accidentium, cum perfectionis infusione. Metalla enim solo gradu perfectionis ac puritatis, non specie differunt. Nam si specie differrent, eorum in ☉ perfectio planè esset impossibilis. Addunt tamen, sine spe lucri hîc laborare, quia sumtus excedit quæstum: deinde etiam non esse verum aurum, ars enim non essentialem, sed accidentalem formam inducit. Aurum autem est aurum per formam essentialem, quæ est substantia.

Non

tacitam objectionem.

Modus chrysopeias non explicatur uno modo.

L.

2.

3. Non longè à primo generationis modo absunt, qui μεταβολῶν & μεταμόρφωσιν, mutationem, transmutationem, ita instituunt. Tincturam in formâ pulveris vel liquoris, projiciunt supra ☽. ♂. ♀. ♃. ♄. ☽. Statim tinguntur in aurum, per abjectionem formæ veteris, & novæ adsumptionem.

4. *Quidam* eò etiam deveniunt; ut tincturis suis vim multiplicandi adscribant ultra mensuram: nempe ut ℥j. projectionis habeat efficaciam aliquot unciam, easq; tingere possit, si cuiquam metallo adhibeatur.

5. *Alii* factitio suo auro plus tribuunt, eoque magis delectantur, quàm nativo, imitati vulgus tempore Parmenonis. Hic, autore Plutarcho in symposio, decade 5. in problem, 2. erat ex hominum eorum genere, qui varias animantium & hominum voces ita scitè imitari norunt, ac repræsentare, ut audientibus veræ, non imitatae voces videantur. Cum aliquando in theatro publico, magno populi applausu, suis grunnitum expressisset, alter sub palliolo porcellum occultavit, qui naturalem grunnitum ederet, sperans fore, ut majori applausu vox naturalis, quàm artificialis exciperetur. Sed spe suâ excidit. Omnes acclamarunt: Εὖ μὲν. ἀλλ' ἔδέν πρὸς τὴν Παρμένονος ὄν. *Bene omnia! sed nihil ad Parmenonis suem.*

Exempla chrysopeia.

1. Stanni in ☽ ♂ ♀.

EXEMPLA transmutationum, & specimina non desunt, Οὐκ ἀπίθανον ὁ πρὸς τὸ κρεῖττον μεταβολῆ τῆς ὕλης, inquit Aeneæ Gazæi Theophrastus, ἐπεὶ καὶ παρ' ἡμῖν οἱ πρὸς τὴν ὕλην σοφοὶ ἄργυρον ἢ κατ' ἄλλο τερὸν πρὸς τὸ χρυσοῦν ἢ τὸ εἶδος ἀφανίσαντες, ἐπὶ τὸ σεμνότερον μεταβαλόντες τὴν ἕλλη, χρυσὸν καὶ κίον ἐποίησαν. *Non materia in melius translatio fide indigna; sic namq; apud nos quoque materiarii, talium periti, argentum stannumque accipientes, speciem priorem delent, in excellentiorem rem transigunt, aurum efficiunt pulcherrimum.*

2. ♂ in ☽

Turnheiserus perhibetur, præsentem Magnæ Hetruriae Ducem, Cosmo Medicæo, clavum ferreum intinxisse mediâ parte in tincturam suam, illamque extemplò factam aurum solidum. Miraculosa hæc transmutatio vel etiamnum hodie peregrinantibus exteris deprædicatur.

3.

Pharmacopola Tarvisinus, autore Cardano de subtilitate libro 6. in-

6. *in scripto de metallis, χρυσοποιίας* famam, multorum iudicio, habebatam. Ajunt eum coram principe & sapientibus reipublicæ Venetæ argentum vivum commutasse in aurum. Ponitur catinus: injicitur ☿: submittitur calefacto pulvis chemicus, non suo marte, sed aliunde acceptus à Gallo quodam. Evadit metallum, ex quo annuli sunt fabrefacti ope aurifabrorum, cujus miraculi quædam adhuc vestigia. *Libavius lib. 2. contra transmutationem metallorum apolog. χρυσοποιίας* propugnator acerrimus, veram historiam de phamacopolâ censet, & contradicentes explodit. Riolani & Guiberti Lotharingi etiam contra transmutationem metallorum allata argumenta *alibi* operosè refutat.

Jam autem æternum est SAPIENTIS RATIONIS iudicium: artificibus in suâ arte, aliquid providè enunciantibus, & principia ex ipsa naturâ proferentibus, suaque experimenta ponentibus, credendum esse, & non ideò statim negandum, quod uni vel alteri videatur res impossibilis, aut quomodocunque agentis eventus non respondeat, cum innumera queant intervenire, quæ actum impediunt exercitati.

Possibilis per naturam licet censeatur chrysopeia, difficilissima tamen est. Metalla sunt species perfectæ, quæ jam constituerunt, nec amplius, *ut quidam loqui amant*, sunt in motu ad nobiliorem formam: quemadmodum chylus inclinatur ad sanguinis formam recipiendam, ovum ad pulli. Mineræ ☽. ♂. ♀. ♃. ♄. ☿. cum semel hanc formam receperunt, licet centum annis in mineris nobilioribus lateant, nunquam ascendent ad ☉is sphaeram, & in aurum convertentur, etiamsi succi minerales Solares affluerint. Mista manebit minera illa & composita. An jam ars manum adhibere, & viam monstrare valeat, viderint, quibus contemplatio animi cibus.

Magna de modo dissensio ostendit multam hujus operis difficultatem. Qui minimum hac de re intelligunt, verbosissimos, pluribusque rationibus instructissimos se exhibere solent in exedris, in privatis colloquiis, in compitis, imò nulli non: & alii quidem ut videantur, alii ut ægre faciant aliis, alii ut emungant oculos.

Gazeana traditio suspecta.

Specimina reliqua vocantur in dubium.

Pharmacopola miraculum non satiis probata fidei.

Cardanus dubitat.

Fallopium.

Scaliger.

Libavii patrocini-um rejacitur.

Exempla moderna plena fraudis.

Dehortatio.

Chrysopeia non est pars

Chimia.

Libavii opinio rejicitur.

Gazeana transmutatio nititur relatione aliorum. Suspecta planè est ἡ τῶν φυτῶν μεταβολή, ἣν μὲν ἄδρασι τῶν γεωργῶν οἱ παῖδες, *plantarum commutatio*, quam mox subjungit, *puerisq; agricolarum* adeò notam esse scribit, ut *cantilenis eam suis* confirmet. Ut hæc, ita & illa fidem non merentur. Videatur *libri I. cap. 10.*

SPECIMINA recentiora reliqua nullo firmo nituntur pede. *Turnheuseri* transfiguratio & substantialis mutatio eodem pondere, nullis abjectis impuritatibus, extemporanea, est fabulosa. Fucus ostenditur peregrinantibus, novarum rerum avidis, in rarithecio Florentino, & fumus venditur imperitis. Mirabile fatum est *pharmacopolæ Tarvisini*. Autor fabulæ, *Cardanus* ipse, dubitat, imò contradicit. Sed quomodocunque id contigerit, hæc sunt ejus verba. certum est, argentum vivum non posse in aurum, multò minus in argentum mutari. *Fallopium* fucum *seplasiarii Tarvisini* agnovit. Fraudem subfuisse innuit *Scalig. exercit. 106. Libavii* patrocini-um & causæ merita parvi æstimantur. Mirum est, hunc hyperaspistem tanto favore addictum fuisse deceptoribus illis.

Nostro seculo qui artem auriferam crepant, imperitisque eam se tenere persuadere conantur, omnes sunt fumivenduli, lucripetæ, quorum animus vanæ gloriationis & nummorum cupido obsedit. *Jo. Gerb. Vossius* meminit talium deceptorum *lib. de philosoph. c. 15.* Historias collegit *Borellus cent. 3. observ. 21.* Eorum aliqui in carbone, quo crucibulum texerant, aliqui in *Ξριο*, aliqui in aquâ forti, aliqui in baculo, quo fulam materiam movebant, alii ad latera crucibuli, alii in fundo *Ο*lem absconderant.

Caveat sibi ab hac opum deprædatrice arte, cui salus sua cordi. Qui alicui malè vult, eum autem aperto Marte aggredi non audet, saltem autor ipsi sit, ut huic studio se tradat. Hoc *Bernhardi Penoni*, quem periculi plena hæc studia redegerunt ad incitatas, *judicium lib. 1. cap. 1.* cui libet sit in oculis. Tantò minùs chimiater *chrysopeiam* cordi habeat, quo minùs ad eum pertinet, utpote quæ finem habet divitiarum, autore *Vossio libro de philosophia cap. 15. §. 16. Libavius*, dum *triumpho cap. 14.* *chimiatriæ* partem esse defendit, quatenus ex illo auro medicamenta præparantur, nimis est liberalis.

CAPUT

CAPUT XIV.

Non ens in transmutatione metallorum est conversio imperfectorum metallorum in alia imperfecta, ut ♂ in ♀.

Um chrysopeias patroni, ut *Gasto Claveus apolog. Gerb. Joh. Vosius l. de philosoph. cap. 15. & alii*, ceu fundamento utantur conversione ferri in cuprum, eamque ceu certam præsupponant, hæc præcipuè ventilanda.

Propensio magna est ♂ in ♀, & arcta amicitia. Eam adumbrant Poëtæ, cum illicitos utriusque concubitus meditantur. Ostendunt eo ipso, ♂ cum ♀ libenter nuptiales inire societates, & Martis bellicosi magnanimitatem venustati Veneris cedere, Veneris blandimentis Martis austeritatem longè superantibus. Inde Chimici quidam parilem in ♀ & ♂ amicitiam imaginatione concipientes, statuunt, ea se naturali inclinatione amplecti, & ferrum mediante Θ -lo, facili negotio, in æs transire, indissolubilique nexu amoris, ac affinitatis vinculo colligari, combinari, nullo unquam dissidio separanda.

Confirmant id *autores gravissimi, Agricola, libris de naturâ eorũ, quæ ex terrâ effluunt, & de natura fossilium nominato Smolnicio. Georgius Vernerus regius consiliarius, & apud Saros præfectus, de admirandis Ungariæ aquis. Joh. Bapt. Portal. 5. magiæ c. 4. Libavius variis in locis. Imprimis autem Lazarus Erckerus præfectus metallorum imperatorius in docimastico vom probiren lib. 3. ad Imperatorem Maximilianum II. Germanico idiomate edito, hanc ferri in cuprum mutationem adserit. Sciat, inquit, me diu in eâ fuisse sententiâ, quoniam ferrum in aquis ærosis, veluti ex chalchantho, viridi q̄ sæpius usurpato, & similibus æs præcipitat & descendere facit, quod tantum cuprum in ejusmodi aquis dejiciatur, non autem*
FERRUM IN CUPRUM TRANSMUTETUR. Verùm observavi, & expertus interim sum, quod in montibus atramentosis, in eadem fodinâ retinacula scalarum, & clavi, aliaque ferramenta diuturno tempore ita sint penetrata, ut penitus in verum purumque cuprum abierint. Idcirco egor tandem inde concludere, quòd ex ferro fiat cuprum. Transmutationem eandem confirmat *Glauberus miraculi mundi parte 2. p. 36. usus Lazari Erckeri verbis.*

Consentiunt
 autores gravissimi:
 Agricola,
 Vernerus,
 Joh. Bapt. Portal,
 Libavius,
 Lazarus Erckerus.

Glauberus.

RATIONES hæ sunt.

I. NA-

Probant natu-
ralibus exem-
plis.

I. NATURALES aquæ ♂ in ♀ transmutant, 1. In Ungariâ fons est ☉lo multo abundans, & ex eo promanans torrens vi-
triosus, qui quodvis ferrum in cupream calcem convertit. Hæc
calx extremo ignis gradu, follibus suscitato, in optimum & lau-
datissimum cuprum liquatur. 2. Fons quidam Transsylvaniæ,
juxta Carpathum montem, propè urbem Schmolnicium, ☉li fe-
rax. In hunc rustici ferrum demergunt, extrahunt cuprum, non
ampliùs in ferrum reducibile.

2.
artificialibus.

II. ARTIS experimentis idem probant. Ferro in aquana
☉latam coniecto, illud rubescit, imò planè nonnunquam pulvis
rubeus adhærescit, qui collectus & igne fusus cuprum evadit.
Culter sive clavus ferreus atramento vulgari ex ☉lo, & gallis pa-
rato, per ♀ unam aut alteram impositus, rufescit planè, & ♀
æmulatur colore cupreo.

Επίκρισις.

Verùm enim verò res aliter habet. Non est vera, sed appa-
rens solùm transmutatio.

Ab hisce parti-
bus stant Gui-
bertus.

1.
2.

3.
4.

5.

Talem adserit *Nicolaus Guibertus Lotharingus in expugna-
tione alchim. transmutat.* 1. mistionem agnoscens, & temperatu-
ram ♂ & ♀ satis exactam, quæ dederit mendacio locum, non verò
formæ mutationem. 2. Quin illud æs hoc modo conflatum non
persistit, sed in pristinam ferri formam; detractâ æris seu cuprilar-
vâ, utpote fallaci tincturâ infectum, relabitur, si ad examen re-
vocetur. 3. Conjunctio est quædam solùm, ob cognationem &
similitudinem naturarum, non transmutatio. 4. Conjunctio illa
eo fit modo, quo ☽ in ☿ soluta, se conjungit æris laminis aquæ
simplici impositis. Non dissimili ratione ferrum aquis atramen-
tosis, quæ multum æris continent,mersum, æs in dictas aquas li-
quatum & confusum congregat, & ad se rapit. *Commistio* quædam
hîc occurrit seu κράμα, non μεταβολή, *transmutatio*. 5. Si con-
tingat aliquid evenire tale, separatio ex commisto est, neutiquam
transmutatio.

Sennertus.

Οὐ πάνυ *Sennertus*, licet ante, libro nempe *de consensu & dissen-
su cap. 2.* primæ sententiæ adhæserit, παλινοδίαν tamen in *para-
lipomenis pag. 188.* canit, & ferrum in æs non mutari, sed æs ex
☉latis aquis saltem beneficio ferri separari, ferroque sic adhæ-
rere, probabile censet.

Borellus.

Idem sentit *Borellus centur. 3. observ. 75.*

APPEN-



APPENDIX ADDENDORUM.

Pag. 2. post lineam sextam, deleantur sequentes
lineæ quatuor, & hæc adponantur.



Artem diabolicam vocat Riolanus in Apologiâ, inventam in ruina generis humani, & perniciem operum Dei. Destruitur enim per eam harmonia elementorum, & ex contrariis naturis orta temperies, & mirabilis mixtionis concentus, in quo majestas Dei lucet, sub illo prætextu, ut separantur essentiæ, quibus si servetur unus, mille pereunt. Dæmonum vocat culinam meram, magiæ succenturiatam, & chimica Paracelso diabolum suggestisse, ut magica facilius disseminaret.

Artem diabolicam vocat Riolanus.

1. Hoc κακολόγιον quadrat in deceptores, non in veros artis cultores. Deceptores sunt auriperdæ illi, qui aurificinam somniant, artis imperiti, qui crepant arcana, nullorum compotes.

1.

2. Calendariographia in precio etiam est, rectè sentientium iudicio.

2.

3. Decreta Juris Canonici, Gregorii XIII. Pontificis maximè jussu edita, extravagantium communium lib. 5. tit. 4. tit. 6. de furtis, prohibent non chimiaticam, sed alchimiaticam auro adulterino inhiantem & argento. Proscribit alchimistas pauperes, qui spondent, quas non exhibent, divitias, facultates exhauriunt, & falsas monetas cudunt.

3.

4. Diocletianus libros aurifices, in quibus ars χρυσοποιίας putabatur descripta, abolevit, non merito artis execrandæ, sed metu vano, Ægyptios divitiis adfluentes futuros rebelles. Διοκλιτιανὸς ἐπέληθε τὴν αἰγυπτίαν ὅτε τὴν καὶ τὰ πειχυμείας ἀργύρας ἢ χρυσοῦ τοῖς παλαιοῖς αὐτῶν γεγραμμένα βιβλία διερευνησάμενος ἔκαυσε πρὸς τὸ μηκέτι πλεόντων αἰγυπτίοις ἐκ τῆς τοιαύτης πειγίνας τῆς τέχνης, μήτε χρημάτων αὐτοῖς θαρρύντας πεισίσια, τῶν

4.

Kkk λοιπῶν

λοιπὸν ῥωμαίοις ἀνταίρειν, Diocletivnus venite *Egyptum*; Quo tempore etiam illos de argenti aurique fusione libros, ab antiquis conscriptos perscrutatus, combussit, ne hâc arte *AEgyptii* divitias sibi amplius pararent, neve pecuniarum copia freti, imposteriorum Romanis resisterent.

5. Magiæ vox etiam accipitur in bonam partem. In genere, autore Joh. Gerharde Vossio, notat sapientiæ studium. Medicina magica triplex est: UNA nititur naturâ, quæ Deum habet auctorem, tota est in naturæ proprietatibus indagandis, & earum operationibus promovendis. ALTERA medetur per incantationes, & magicos susurros. Αρχαία ἐστὶν ἡ διὰ τῆς ἐπαοιδῆς Θεραπεία, ait *Erymologus*, Antiqua est, per incantamenta qua fit, curatio. TERTIA spirituum commercio utitur, indeque omnem mendendi rationem intelligit. Duplex hæc iterum est: alba, quam Θεουργίαν bonorum spirituum commercio, & nigram, γοητείαν malorum consortio utentem vocant. Chimia, quam profiteamur, pertinet ad medicinam magicam primi ordinis, ceu pars sapientiæ & pharmaceuticæ nobilissima.

6. Dum Riolanus dæmonis inventum vocat artem, quæ essentias ex mistis, & speciem à materia secernit, videtur omnis modestiæ & veritatis studium pedibusterere, & in iracundiæ sinum deponere. Paracelsum gloriari, se chimiam à malo spiritu didicisse, calumnia est. Non destruit naturam chemicus, odio divinorum operum, sed sanctum habet propositum, ex amplissimo mundi campo, cum reverentia petere operi suo materiam, in qua investiget arcana majestatis divinæ, & non foris tantum, sed etiam intus naturæ arcana cognoscat. Singularis rei integritas destruitur isto opere, non τὸ καθόλου ἢ εἶδος. Nec solum chemicus occultam Dei sapientiam in naturæ penetralibus contemplatur, verum etiam ut opera sua & medicamenta saluti proximi velificentur, omnem movet lapidem.

Ad paginæ 177mæ lineam ultimam.

Preparatio medicamento-
rum consideratur tripliciter.
1. UT quælibet, ita etiam chimica medicamentorum præparatio consideratur tripliciter: 1. secundum modum miscendi, qui consistit ἐν ἐγχειρήσει, ἢ εὐρυδμίῃ τῶν χειρῶν, in dextrâ manuum applicatione, ignisque regimine, usuque & observatione at-
tenta comparatur, & hæc spectat ad medicinam, cum pharmaco-

ποι

præi munus exercet. 2. Secundùm modum **COMPONENDI**, quæ in methodo consistit, iusto simplicium delectu, aptâque proportionem ad invicem. 3. Secundùm justam usurpationem. Primæ & secundæ præparationis mentionem facit *Galenus*, de *antidotis lib. 1. cap. 2.* & priorem facilem, posteriorem apprehensu difficilem esse docet. *Τὴν σκευασίαν τῶν ἀντιδότηων, ἰνῆμιτ, καὶν ἄπαξις ἢ δὴ δριμύς ἀνθρώπος, εὐκόλως μαθήσεται. τῶν δὲ ἐμβαλλομένων φαρμάκων τὴν διάγνωσιν, οὐχ ἄπαξις ἢ δὴς ἢ τρεῖς ἀλλὰ πάνυ ποικίλεις ἐσραῶδες, δεῖται, καὶν ἀκρεβῶς ὑπόπνος δεικνύντος τε ἄμα καὶ λόγος, διδάσκόντος ὁποῖον, ἐστὶ τὸ ἀριστον, ἐκμάθοι.* *At artem antidotos conficiendi, si quis acuto vir ingenio, vel semel tantum inspexerit, facile discet: ut verò eorum quæ imponuntur, notitiam consequamur, non semel, bisve, aut ter, sed sæpius admodum sigillatim quæque observasse necessum est, etiamsi quis attentius ab aliquo commonstrante ac verbis docente, quæ sint optima, didicerit.*

2.

3.

Duorum priorum mentionem facit Galenus.

Experientiam necessariam esse confirmat etiam *Galenus* de *compos. medic. per generalib. 4. cap. 5.* ὡς περ, *inquiens*, ἀνευ λογικῆς μεθόδου συνθεῖναι φάρμακον ἀδύνατόν ἐστιν, ἔτις ἀνευ πείρας, ἔχουσι δὲ γενῶναι βεβαίως τε καὶ ἀκρεβῶς τὴν δύναμιν. *Sicut citra naturalem methodum medicamentum componere, ita vim illorum certè & accuratè cognoscere sine experientia, nemo potest.*

Experientia necessitas.

Chimia, secundùm **PRIMUM**, miscendi modum scil. considerata, comprehensu est facilis: secundùm **ALTERUM** componendi scil. qui virum exactâ notitiâ nititur, modū longius temporis requirit spacium, non enim nisi experientiâ comparari potest. **TERTIUS UTENDI MODUS**, & legitima applicatio etiam difficilis est. Non enim tantum præceptis nititur, sed etiam experimentalibus observationibus, vel ἀυλοπικῆ, vel ἰσορικῆ eorum, quæ frequenter eodem modo habere quis recordatur.

Applicatio ad chymiam.

In chimiâ quæ traduntur, sunt vel ἀκροαματικά, καὶ ἐποπτικά καὶ δόγματα, vel ἐξωτερικά, ἐγκύκλια, ἐκδεδομένα, καὶ ἐκφορατοῖς ἔξω κηρύγματα.

Chimica dogmata duplicia.

Ἀκροαματικά, sunt de arcanis nobilibus, subtilibus, insignibus, cuius notæ sunt, quæ nonnunquam planè σιωπᾶται, silentio involvuntur, nonnunquam quidem eduntur, sed tamen non eduntur, id est, συνεχιασμένως adumbratim obscuris ænigmatum velis ita obnubilantur, ut non intelligantur. Communi-

1. Acroamatica.

Kkk 2

cantur

cantur auribus & oculis solum τῶν μυημένων ἢ μυσῶν, *initiatorum* & *prolytarum*, qui jam dudum exspectant, & τῆς σκληραγωγίας, καὶ τῆς χαμεινίας, *severa disciplina* & *humiliationis* multa observarunt instituta, quorumque ingenium, eruditionisque elementa & in discendo studium, laborque explorata, & quidem sæpè sub juratâ silentii fide, solum communicantur, πρὸς τὸ μὴ ἐξορχεῖσθαι μυσήρια, ἃ μὲν & θέμις τοῖς ἀμυήτοις ἰσορεῖν κατὰ μέρῳ, *ne proferant palam arcana, quæ artis ignavis communicare nefas.*

2. Εξωτερικὰ
καὶ
applicatio.

Εξωτερικὰ *publicantur* καὶ τὰς ἐν κοινῇ λεγομένους καὶ πολλοῖς προσηθεμένους λόγους & *processus* complectuntur vulgo notos.

Ad posterioris classis traditiones brevius ad primæ, quæ ad ἐπιπέλειαν referuntur chimicam secretam, longius temporis requiritur spacium, & cum variis artisiisque probatæ fidei proceribus conversatio.

*Circumspectio-
ne hic opus.
Fidendum, sed
visi videndum.*

Circumspectus hîc tamen sit oportet, tum ὁ μὲν μαθηματικὸς εἰσαχθὲν, καὶ ὁ πεπαιδευμένος ἀκασματικὸς, *in primis* quæ *versatur tyrociniis*, & qui jam ad μύησιν καὶ ἐπιπέλειαν *admissus* fuit. Sæpe speciosa fallaci & lucripetâ animo promittuntur, ad eaque cæca mentis cupiditas obstupescit, quæ tamen lubrica sunt & incerta, magisque verisimilia, quàm vera. Paracelsici, *inquit Libavius dedicatione præfixa syntagmati*, odio habent lucem, quia ὑπουλόν τὴν αὐτῶν alunt, & versutias fraudesque coquunt. Si quid communicant, simul Hippocraticum silentium injungunt, commendantes eâ sanctitate mendacia, quâ divinæ scripturæ oracula impollutissima, &c.

Ad pag. 125.

CAPUT

Aquæ herbarum.

herbas acetosa, agerati, betonica, cichorii, &c. cum tota.

R Conscindantur, contendantur in mortario majori. Stent per aliquot dies in digestionem, admisto modico Θ & φ , vel *Wend. Nisch-und Pot. Nische* cōmuni idiomate dicto. Post, adfusâ aqua fontanâ per vesicam & XX destillentur, vel cupreum stanno intus obductum, vel stanneum planè. Liquor exstillatus excipiatur commodo receptaculo. VI.

VIREs congeneres simplicibus, jecori, capiti proficuae. *Vires.*

DOSIS variatur. *Dosis.*

UTENDI MODUS prout varius. Exhibetur per se cochlearis quantitate. Adulterino infectæ colore, vel tornâ ☉, vel violis aut rosis, spiritu ♀, ☉ li, ☉ acidulatae vel guttatim, vel ad ℥ij. ℥iij. ℥l. cerevisiæ, vel vino permixtæ cum emolumento exhibentur. *Utendi modus.*

Ad pag. 286.

CAPUT

Singularem salium cineritiorum affectionem & cum oleis affinitatem proponit.

ADmiranda verè hæc est & neququam imaginaria: at causa profundo latet in puteo. Oculorum fide confirmatur, salia misceri oleis, & solvere eadem. Sal ♀ noviter calcinatum miscetur oleo terebinthinæ, abietis, & leni digestionem facessunt in liquorem rubinescentem, mox in atrorubeum. ☉ ♀ per deliquium vel aquâ fontanâ in lixivium redactum solâ coctione solvit ♀, & rubram extrâ vertit tincturam, cujus atomi acidis spiritibus precipitantur in lacteum pulverem. Lixivium calcis vivæ in vulgaris saponis confectione miscetur cum sebaceis: sal cornu cervi volatile miscetur cum oleo & spiritu.

CAUSA ABDITA Infallibilis est menstruorum fatalis ad solvendas res proportiono, detecta & delineata *lib. I. cap. 14.* Quî fit ergò, quod salvâ regula ab omnibus receptâ, salina solvantur in oleosis, & oleosa recipiantur in familiarum salium?

Polem annus, libro de ♀ philosophorum censet: olea, intensioris ignis interventu, dum incinerantur vegetabilia, mutari in salia alcalia. Hæc mutatio civitate donari potest, donec clarior lux adfulgeat.

Ad pag. 325.

deleantur lineæ nona, decima, 11, 12.

℞. ☉ ♀ optimi sicci. q. v. spirit. ☉ li q. s.

Solutione facta, stent in leni calore. Decantetur liquor. Exhalat phlegma, & in frigido concresecunt crystalli. Eximantur hi & in chartâ expandantur. Super fornacem calidam, vel patellam ferream siccentur leniter, & pellucidi in vitro servantur, in frigido humido non amplius resolubiles.

Kkk 3

In



IN NOMINE IESU!

INDEX RERUM ET VERBORUM, recepto literarum alphabeticarum ordine & more digestus.

<i>A.</i>			
A Blutio quid	81	Aqua anodyna	377
Aceti usus modicus nulli nocet	142	aperiens Penoti	170
Acrimonia unde	140	ceraforum nigrorum	127
Acidum ☿ aluminatum	289	chrysulca seu ∇.	167
aronium	290	cinamomi spiritiosa	127
cinamomeum	ibid.	fl. lil. convall.	ibid.
rubrum	289	gehennæ seu ☿.	166
Acor Helmontianus	5	Herculea	157
Adamus fuit chimie peritus	7.24	hirundinum	115
Aër chemicum est instrumentum	109	picarum simpl. & comp.	155
		acida	157
Alcahest quid, ejus origo	299	rosarum per ascensum	125
lapidum	304	per descensum	126
metallicum	302	vitalis cordialis microcosmica	128
vegetabile	301	vitæ tutelaris	187
Alchimie transmut. fructus	26	analepticæ non nutriunt	129
Alcool quid, vox & ratio	279	apoplecticæ compositæ	142
Alichiro, stomachicum	237	cephalicæ	ibid.
Amalgamatio quid	86	destillatæ purgantes	131
Amoletum quid	410	epilepticæ	142
Amoleta composita chimica	415	hepaticæ, scorbuticæ	144
Antifebrile Crollii	379	spleneticæ	ibid.
Antihecticum Poterii	378	Arcanum duplicatum Minsichti	310
Antimonium diaphoreticum	377	rad. hellebor. Petr. Fabri	252
ejus hepar	397	Astrum est nomen æquivocum	409
regulus	338	serpentum	ibid.
		Aurum	

I N D E X.

Aurum fulminans	338	Bezoardica mineralia composita ex	
ejus sclopetans vis	340	electris c. & to	ibid.
in homine generari ne-		Butyrum ♂ii & ♀ti glaciale	167
quit	427	margaritarum	350
Auripigmenti rubinus	360	Ijni	343
B.		C.	
Balsamum quid	268	Cæmentum	87
angelicum	271	Calcinatio	85.88
antilimicum	273	CC.	152
apoplecticum comp.	272	△ aperto	380
antipestilentielle	147	filicum	ibid.
cinamomi	271	Calx cochlearum antifebrilis	370
citri	ibid.	Ceratio quid	81
panchrestum	273	Ceræ butyrum	189
polychrestum	ibid.	chimicæ	416
stomachale	ibid.	Characteres vilipenduntur	412
&ris	222	Chersa radice bistortæ	355
comp.internum	223	Chersæ origo	ibid.
aliud internum	222	Chimia est ars	26
externum	223	contemptum parit	2
rosarum	271	medicinæ ministra	29
salviæ	ibid.	pars	28
succini	ibid.	minatur paupertatem	2
Balsama destillata	146	nondum perfecta	9
&rata	224	particularis	24
Balsami colores	270	nniversalis	ibid.
corpus	269	utitur metallicis	3
ingredientia	ibid.	Chimiam addiscendi methodus	18
Bezahar undè dicatur	368	tempus	17
Bezoardicum minerale	369	propalavit Paracelsus	8
simplex	ibid.	Chimiæ causæ effic. animatæ	103
comp. ☉are	370	Chimiæ definitio	26
Dare	371	etymologia	19
♂iale	ibid.	finis externus	36
Bezoardicum minerale ♂iat.	Jovia-	internus	33
le	372		Chi-

I N D E X.

Chimiæ nobilitas	1	riana	337
objectum sunt corpora mi- sta	36	Corrosio humida, immerfiva sicca immerfiva	86 87
origo deus est	7	vaporosa	85
ofores	2	Crocus ♂tis metallorum	394. 385 397
propagatores	8	D.	
sectæ, seu hærefes	16	Deliquium quid	80
Chimici promptitudo auxiliandi	12	Dens aureus in homine est non ens	427
requisita	9	Destillatio quid, quotuplex artificialis duplex	77 7. 78
Chimicus arcana divulgare non te- netur	12	veteribus fuit nota	ib.
autoritate polleat	11	per descensum	79
naturæ arcana disqui- rit	3	Diaromaticum essenziale	213
verus non studet transmuta- torie arti	ibid.	Διάκρισις est principalis chimiæ pars	76
Chimicorum libri Vulcano conse- crati	2	Digestio quid	82
Chryfopœiæ difficultas	433	Diffolutio	76
Chryfopœia non est pars medici- næ	437	E.	
Chylisma catholicum & holago- gum	253	Ecclesiasticis chimica præparare atq; vendere non licet	15
Cineres vegetabiles	381	Elæofacch. antihypochondr.	277
Cinnabaris ♂ii vulgaris	363 ibid.	cochleariæ	275
Circulatio quid	81	componendi mod.	274
Clyffi quid	173	compos. c. succis	275
Coagulatio quid & quotuplex salium mineral.	89 385	polychrestum	276
Cohobatio quid	82	♂tiale spleneticum	ib.
Columba alba	168	stomachale	275
Combustio quid	88	Elæofacchari encomium	274
Commistio quid	87	Electrum quid	400
Conversio ♂ in ♀ est non ens	437	majus	403
Cornu cervi præparatio Zvvelfe-		minus ex ♂io crudo	401
		ex regulo ♂ii,	ib.
		ex ♀.	ib.
		Dare febrifug.	402
		Eli	

RERVM ET VERBORVM.

Elixiris etymologia	228	Essentia lap. ☉. fluviatil.	212
Elixir antihypochondriacum	238	nephritici	225
antiscorbuticum	ibid.	ligni febrifugi	207
camphoræ Hartmanni	230	sancti gummosi	208
cephalicum	ibid.	liliorum convallium	201
citri cordiale	232	Dnæ	215
hepaticum	238	moschi & ambrae	213
juniperinum	206	mumiae Aegyptiacæ	212
nephritic. lithontriptic.	239	mollis ☿ii	220
pectorale asthmaticum	231	♂tis	216
pestilentielle Paracelsi	240	♂aperiens nigra	ibid.
proprietas	233	♂alia c. succo acetos.	217
antiscorbuticum	2, 6	c. succ. pomor.	ibid.
correct. D. Schonii	235	♂aperiens q̄rifata	218
c. essent. absinth.	236	nasturtii Indici	200
Helmont. album	234	rad. pæoniæ	206
purgans	237	satyrii	ibid.
spleneticum	238	scorzoner.	ibid.
uterinum	239	rhabarbari	211
Essentia absinthii	201	rorellæ	204
composita	202	silicum	226
aloës	211	☉is	214
baccar. juniperi	205	☉ Alcahestina	215
calendulæ	200	succini	221
calthæ palustris	ibid.	tamarindorum	211
chelidoniæ	ibid.	q̄ri antiarthritica	219
cosmetica benzoina	208	composita	ibid.
coralliorum	228	simplex	209
fl. anagallidis	200	Exsiccatio quid	77
composita	204	Extractio quid	83
fl. & fol. centaur. min.	203	Extracti descriptio	241
fl. croci	201	Extractum absinthii	242
fol. senæ	211	aloës	251
fructuum alkekengi	205	cathol. & holagogum	253
gialapii	211	colocynthidos	251
hyperici	200	fl. croci orientalis	242
		L II	Ex

I N D E X.

Extractum hellebori	252	Gelatina C. C. vel alcis simpl.	ibid.
opii simplex	243		comp. 278
compositum	245	H.	
rad. acori veri	243	Hermeti falsò adscribitur chimiaè in-	
angelicæ	ibid.	ventio	7
tormentillæ	ibid.	Homunculus chemicè factus, est non	
zedoariæ	ibid.	ens	426
F.		Hypothesis prima Paracelsicorum de	
Febrifugum Riverii quartanarium		principiis chemicis	38
	373	Hypothesis prima impugnatur	48
Fecis nomen ambiguum	352	2da de analogia macro &	
Fecula ari	353	microcosmi	61
bryoniæ	354	tertia de curatione per	
Fermentatio ejusque requisita	82	similia	72
Filtratio quid	80	I.	
Fixatio quid	90	Ignis est principium externum opera-	
salis volatil. C. C.	152	tionum chemicarum	99
Flos est vox æquivoca	355	Ignis differentia ratione furnorum	
Flores ☿ simplices	356		106
compositi	ibid.	regimen	107
auripigmenti	360	gradus	ibid.
☿ simplices	357	Imbibitio quid	81
comp. c. colcothar.	ibid.	Incineratio	88
comp. c. aloë, myrrh.	359	Instrumenta manualia	114
Fortuna medici	14	L.	
Fœminæ chemicis operationibus sese		Laboratorium requiritur ad chimi-	
non immisceant	16	am	115
Furni structura	116	Lapis corrosivus	380
Furnus quid	ibid.	philosophicus	22
quotuplex	117	prunellæ	380
G.		salutis medicamentosus	381
Galenus artem totam non tradidit		Laudanum undè dicatur	245
	5	opiatum	ibid.
Gallina aurea est non ens	427	Laudani opiati encomia	246
Generatio chimica	93	& opiatorum vires & causæ	
Gelatina cranii humani	277	examinantur	248
		Lau.	

RERVM ET VERBORVM.

Laudanum opiatum quando usurpan-	Magisterium perlar. butyrac.	347
dum	per evapor.	349
Liquefactio quid, quotuplex	petroselini	319
Luta aquatica	pisolithi lithonript.	352
chimica, parandi modus	salinum fraxini	323
Luti antiquitas	juniperi	ibid.
Lutum	menthæ crispæ	ibid.
	portulacæ marin.	ib.
	sarmentorum vitis	ib.
	salis absinthii ⊕-lat.	322
	cichorii ⊕-lat.	ibid.
	hni per evaporat.	343
	præcipitat.	345
	scammonii comp. rosar.	333
	fantal.	334
	simplex	330
	sperniolæ Zvvelferian.	322
	♀ri ⊕-l. ♂are & ♀nare	327
	♀ri ⊕-latum	323
	Magisteria vegetabilium varia	320
	Manna vomitoria ⊕-li	317
	♂tis crocus	394
	Medicamentorum compositio com-	
	petit Medico	30
	Medicina prioribus seculis imperfecta	
		5
	universalis est non ens	22.
		432
	Menstruorum varietas	112
	Menstruum ad essentias	203
	ad extracta	241
	ad extractum opii	244
	est instrumentum chim.	110
	quotuplex	111
	♂♂ii est non ens	432
	coagulatus super ♀ fumo	384
	Lll 2	♂ colo-
Macro- & microcosmi analogia non		
facit ad cognitionem & cura-		
tionem morborum		69
Magisterii ὀμωυυμῖα		319
Magisterium anodynum		321
C. alcis		338
C. C. crudi		337
C. C.		336
corallior. per præcipit.		348
per evapor.		349
rosar. & pæoniæ.		
Minfichti		351
cranii humani		338
cremoris thermar. Caroli-		
narum		352
cosmeticum è marcasita		
h.		345
Gialapii		328
gomme gotte		329
gomm. gott. fantalinum		330
gom. ghittajemu rosar.		ib.
lacteum extemporan.		332
lactis ♀ris		346
♀næ		342
♂aperiens		217
⊕ ⊕-latum		328
ocul ♂. per evaporat.		349
præcipitat.		ib.

I N D E X.

☿ coloratio	384	N.	
fixatus	382	⊖ anodynum ☿iale	377
ex sanguine animalium est non ens	425	mineralia ☿ni	309
ex vegetabilibus est non ens	ib.	⊖ lat.	350
☿tis est non ens	428	⊖ ⊖ latum Gottorpiense	377
☿ni est non est	429	Non entia chimica	419. & seqq.
præcipitatus emeticus	375	O.	
vitæ	373	Objecta chimicæ sunt vegetabilia, mi-	
☿tus albus vulgaris	366	neralia, animalia	37
subruber, Azoth dictus	367	Ο'ινέλαιον parandi modus	183
rubeus	366	Ο'ινέλαιον	184
ruber compositus	367	Ο'ινέλαιος duplex natura	186
☿tus anti-epilepticus	362	rectificatio	184
anti-hydropticus	ibid.	Olea ex feminibus	177
cephalicus	ibid.	mineralium nomine talia, non	
dulcis	361	re	192
☽ naris	362	præparandi modus	175
purgans	361	quotuplicia	174
vulgaris	360	resinarum	181
Mistura anti-apoplectica	254	Olei C. C. rectificatio	152
anti-asthmatica	256	nomen æquivocum	174
anti-dinica	255	☿ri vini rectificatio	188
anti-epileptica	ibid.	Oleum absinthii	175
anti-paralytica	ibid.	ammoniacy	183
anti-sceletyrbica	257	☿ & ☿ ti glaciale	167
contra calculum	ibid.	aurantiorum	178
cordis infirmit.	256	bacc. juniperi	ibid.
pestem	257	lauri	ibid.
tussim	256	sambuci	ibid.
diaphoretica simplex	254	butyri	190
ophthalmica	255	camphoræ	182
quid	254	caryophyllorum	179
stomachalis	257	cerebri human.	198
sudorifera catholica	258	cinamomi	179
Misturæ compositæ	254	cochleariæ	176
		cochlearum alb. & nigr.	191
		Oleum	

RERVM ET VERBORVM.

Oleum cordis humani	190	Operationum chemic tabula	76
C.C.	ibid.	Operationum chemic. manualia in-	
corticum citri	178	strumenta	114
fl. chamæmeli	179	Operationum chemicar. effectus seu	
lavendul.	ibid.	species chemicæ	122.123
rosarum	177	Opium parandi modus	243
gumm. ammoniaci	183	P.	
galbani	ibid.	Panaceæ non entia	22
hepatis humani	190	Panac. duplicata Schröderi	310
hirundinum	ibid.	Penotus pauperiem patitur	2
laterinum	183	Præcipitationis materia	91
lignorum: sancti, corylini,		instrumentum	ib.
i. e. Heraclini Rulandi-		fundamentum	ib.
num, ebeni, querni, buxi,		Præcipitatio <i>συνγίσεως</i>	species
rhodii	180		90
macis	179	quotuplex	91
nucis moschatae	ibid.	Præparatio oleorum	174
pinguedinis humanæ	189	Principia chimica actu inexistencia	
saponis Veneti	183	39.40.41.42.43.&c.	
succini	191	Pseudochimici sunt auriperdæ	2
terebinthinæ	181	Pseudochimicus fit mendicus	ib.
fri vini	188	Pugna inter spiritus fixos & volatiles.	
vini	184		324
compositum	187	Pulvis Algarothi	373
Operationes chemicæ sunt magis		polychrestus	334
artificiales, quam naturales		Purificatio	77
	98	Putrefactio quid	82
Operationes chemicæ magis sunt ge-		vocatur in dubium	100
nerationes	97	Q.	
Operationes chemicæ sunt mutatio-		Quintæ essentia sunt non entia chi-	
nes	93	mica	420
Operationes chemicæ magis sunt vio-		R.	
lentæ, quam secundum natu-		Radix aurea Zehneri	367
ram.	101	Rectificatio quid	79
Operationum chemicarum instru-		salis C.C.	152
menta inanimata	105	Reductio chimica est varia	29
		LII 3	Re-

I N D E X.

Reductio quid	92	Salia essentialia vegetabilia parandi	
Regulus ☿	398	modus	286
Resina scammonii simplex	330	vegetabilium elementaria	281
Resuscitatio plantæ ex cineribus est		fixa	ibid.
non ens chemicum	42	volatilia	ibid.
ροδέλαιον	177	vegetabilium cineritia compo-	
Rosa vitæ mineralis	275	sita	297
S.		essentialia composita	ibid.
Sal absinthii	291	Salium vegetabilium essentialium	
alkahestinum quid	299	præparatio	290
coralliorum parandi modus	394	Salium vegetabilium cineritiorum	
C.C.	151.311	formæ an integræ maneat, quæ-	
☉. fluviatiliū	313	ritur	281
metallorum est non ens	431	Satyrii sanguis Paracelsi	206
☉ compositum febrile	304	Scammonium lactescens	331
essentiale diaphoretic.	308	♀rat.	334
per calcin. c. ♀.	306	Serum lactis alterans	130
per solutionem	305	Solutio per aquas fortes	68
sanguinis cervini volatile	311	Spiritus absinthii	132
Saturni	343	aceti vini	139
♀ tres parandi modi	293	ἀντιφυσικός	145
♀ essentialia	287	ardens ex floribus	136
♀ foliatum per filtrat.	295	ardens ℥ni	158
nitratum	304.298	est non ens, ibid.	
viperarum	313	carminativus	145
☉-li vomitivum	317	caryophyllorum	139
urinæ volatile	312	cerasorum	138
Salia an purgandi vires habeant		cinamomi	139
284		cochleariæ	133
cineritia an ejusdem sint indo-		compositi destillati	142
lis	285	cordialis balsamicus	147
cineritia & succulenta quæ sint		cordis cervi compos.	153
præstantiora	283	C.C.	151
cineritia vegetabilium	281	rectificatus	152
composita vegetabilium & mi-		tenellorum	253
neralium mista	298	è baccis & fructibus	137
			Spi-

RERVM ET VERBORVM.

Spiritus epilepticus	143	Spiritus ♀ ri simplex	149
fructuum carnosorum	138	compositus colcothar.	150
Glaubergianus ex ⊖ & ⊕-lo	170	Paracels.comp. ibid.	150
hepaticus	144	♀. & ✱. compositus	171
hepatis humani	154	theriacalis camphoratus	146
hirundinum acidus	156	typharum	153
compof.	155	vegetabil. balsamici	146
simplex	154	vini & aceti non uno se ha-	
lignorum: corylini	139	bent modo	140
guajaci	ibid.	vini camphor. Hartm. 232	
querni	ibid.	compos. cephalicus	189
magnanimitatis	157	lumbricatus	157
mellis	256	⊕ seu ♀ simplex	158
⊙.	160	⊕ ex ejusd. crySTALLIS	ibid.
⊙ comp. anticolicus	165	⊕-li antiepilepticus	171
antifebrilis	ibid.	⊕-li coagulat. absinthiacus	323
antipleuriticus	ibid.	cichoraceus	
dulcis	ibid.	ibid.	
⊙ & ⊖ compositus	166	⊕-li comp. gummosus	167
⊙ & ✱ comp. caustic.	167	philosoph.	169
⊙ & ⊕-li compositus	166	alius	170
panis	136	⊕-li correctus	165
rad. angelicæ	134	gummosus ex electris	169
fatyrri	135	lithonripticus	171
zedoariæ	134	♂ & ♀	164
roris majalis	137	roridus	161
rosarum	133	simplex regeneratus	164
falis	159	vires & encomia	162
balsamici coag.	323	vulgaris	161
✱.	160	urinæ per putrefact.	154
falis fixi vegetabilium	148	Sublimatio quid	77
scorbuticus	144	Sub-	
secundinæ humanæ	155		
feminum calidorum	136		
♀ ri simpl. & compof.	172		

23. 01. 85

Chem. 139.

